BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
27 K
6
ROMA

Digitized by Google

8.27.K.6

Digitized by Google

Digitized by Google

Assistentiæ Germaniæ Soc. Jesu

VERMIS MALAE CONSCIENTIÆ

HOMINIS IMPII

DOMESTICVS CARNIFEX

SVIS COLORIBVS

ADVMBRATVS.

A

PAVLO ZEHENTNER

SOCIETATIS IESV

Theologo.

CVM

TRIPLICI INDICE CAPITVM, paragraphorum, rerum præcipuarum, & Concionatorum.

MONACHII,

Sumptibus & formis CORNELII LEYSSERII,
Electoralis Typographi & Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XXXIII.

Cum gratia & priuilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.

Digitized by Google

Digitized by Google

NEC ENIM IMBELLEM PROGENERANT AQVILÆ COLVMBAM
FERDINANDVS II D G ROM IMPERAT S AVGVST
VERMIS
MALÆ CONSCIENTIÆ
FERDINANDO II
AVGVST: ROM: IMP:
EIVSQVE
VICTRICI AQVILÆ
CONSECRATVS
SVBIECTVS
HOC HABET

Digitized by Google

FERDINANDO II.

AVGVSTISSIMO VICTORIOSISSIMOQVE ROMANORVM IMPERATORI,

GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ REGI, &c.

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,

DVCI BVRGVNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, WIRTTENBERG. &c.

COMITI TYROLIS.

VETVS consuetudo fuit, & multis retrò sæculis vsurpata, *Cæsar Augustißime*, vt si quod insolens monstrum, aut raram bestiam orbis peperisset, Imperatoribus summisque Capitibus spectaculum fieret; eò iucundius, quò magis natura in partu suo peccâsset. Itaque & Sirenes, & Fauni, & Hippocentauri, magnis olim impendijs, terrâ

marique circumferebantur; etiam iam mortui, vt viuos mortalium oculos, breui curiositate pascerent.

Et Author est Diodorus Siculus, Ptolomæum Regem, quòd delectaretur portentis naturæ, aut nunquam visis beluis, hominum industriam amplis sponsionibus exacuisse; vt istiusmodi monstra, suâ nouitate pretiosa, conquirerent. Atque vt nihil est auro imperuium, nihil intentatum argento; errabant passim per siluas ac deserta, Afri, Lybicique venatores, capturi prodigiosas feras, etiam cum periculo suo; capti priùs ipsi, promissis regiæ magnificentiæ. Nullum tum erat abstrusum adeò solitudinis antrum, cui non viam aperuisset aurum. nusquam tam impeditum iter, quod Spes lucri non complanâsset. nullus adeò præruptus mons, quò se non penetrâsset cupiditas accipiendi.

Diodorus Siculus de antiquorũ gestis lib. 4.

Hanc historiam, vt veram narrari, patebit inspecturo ipsum Auctorem hîc allagatum.

Tandem ita euênit, vt iuuante

soler.

Digitized by Google

ſolertem audaciam fortunâ, eorum aliqui, portentoſæ magnitudinis ſerpentem offenderent, ipſos adeò triginta cubitos longum. Adhæc:

Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro; Ouid. lib. 3. Metam. fab. 1.
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Tréſque micant linguæ, triplici ſtant ordine dentes.

Et ſtabulabatur hæc peſtis juxta aquas, opportuno inſidijs loco: nã cùm pecora fontem hauſtura accederent, priuſquàm ſitim extinguerent, ipſa à ſerpente extincta ſunt; magno ſenſim numero. Iam verò vbi monſtrum beluæ conſpexit, ſibi ab hominibus tendiculas parari; effuſo in obuios furoris ſui impetu,

Occupat hos morſu, longis complexibus illos, Ouid. lib. 4. Metam. fab. 18.
Hos necat afflatu, funeſtâ hos tabe veneni.

Neque tamen reliquorum se fugâ seruantium, concidêre animi. Spes pollicitorum ingeniosa fuit, & pulchras artes docuit. Nam venatores nouâ inuentione, Retiarij facti, ad os spelæi, seu ad illas angustias, quæ tutum dabant receptum fugienti bestiæ, & latere volenti, collocant rete, intus spatiosè cauũ, & validissimis contextum funibus: ipso illo tempore, quo

Virgil. 3. Georg.

Pestis acerba boum

per agros longissimè grassabatur. Superuênit post paulò globus equitum: qui vbi hostem inflatis tubis prodere cæpit, telis insuper iactis, & incitatis molossis persequi; id effecit, vt metu consternatum, & consueta diuerticula quærentem, in sua fata, dispositósque laqueos impelleret. Ita denique irretitum serpentem, (& quod caput est) viuum, audaculi homines Ptolomæo Regi, Alexandriam attulerunt, eò gratius donum.

Digitized by Google

donum, quòd abiectâ dein feritate, venenatiſſima beſtia ad manſuetudinem tranſierit; ſpectaculo admirando, & nulla in regia hactenus viſo. Quæ etiam cauſa fuit, cur toto orbe celebraretur aula Ptolomæi, cui quotidianas delicias faceret ſiue Draco, ſiue ſerpens, ad humanæ ſocietatis aſſuetudinem cicuratus.

Sed à Ptolomæi regiâ, ad Majeſtatis Tuæ Auguſtiſſimum ſolium me conuerto, *Cæſar Victorioſiſſime*; atque ne vacuus veniam, quod olim Perſis lege cautum erat, apud Regem ſuum comparere volentibus, munus fero: & peregrinam beſtiam, imò non paucis domeſticam. ſed tantò ſæuius monſtrum, & nocentius, quantò manſuetius, ac cicur magis. Si genus quærimus & natales, patrem habet Impietatem; matrem, Contemptum Numinis; obſtetricem, Licentiam vitæ; familia-

res, Iniuriam diuinarum legum, futurorum neglectum, æternitatis obliuionem. Partus ipſe *Vermis* eſt, quem communi iam nomenclaturâ, Chriſtiani *Vermem malæ Conſcientiæ* appellamus. Sub exigui & contemptibilis animalculi voce, magnum malum, hoſtis minimè contemnendus latet. Auſim etiam dicere; nullam parem crudelitate beſtiam, orbis huic habet vermiculo. Non patitur ſe intra tenebras compingi, & longis noctibus damnari, in clarum ſolem prorepit. adit vrbes, oppida, domos: ipsiúſque meliorem corporis humani particulam, cor penetrat; nuſquam ſuauiùs quieturus, quàm cùm mortales in pectoris ſui medio, mollem ex ſceleribus puluillum ſubſtrauerint. Tum autem vbi hominis inquilinus eſt factus, nullâ habitâ ratione conceſſi hoſpitij, in ſæuum carnificem abit, & tormentis inexplicabilibus herum

rum ſuum diſcruciat. Neque ſatis illi eſt, hîc tyrannidem exercuiſſe; nam ſi improbus vitio ſuo, malam clauſulam peſſimæ vitæ imponit, transitque ad plures ſine legitimo pœnitudinis, ſacrorúmque Myſteriorum vſu, Vermis altero orbe ſupplicia ſua repetit, & quidem æterna tura. Atque hæc ipſa tam grauis, tam longa, jugíſque carnificina ſuadet, vt quiſquis flagitijs ſuis, ſibi domeſticum *malæ Conſcientiæ Vermem* fecit, ſtudeat hoc monſtrum in cædes ac funera natum, tempori extinguere. Eâ ratione, quam in ſequenti opere tenendam oſtendo.

Quanquam Tuam Majeſtatem, *Glorioſiſsime Imperator*, facilè ab hoc negotio exemerim, vt quæ dudum hunc hoſtem triumphauit, armis non aliundè, quàm è cælo petitis: ſincerâ in DEVM pietate, inconcuſsâ in Religionem conſtantiâ, Virtute ſemper eluctante per ardua in *re-*

ctum,

ctum, & vnam Numinis *gloriam.* Itaque ne animum Tuum, Maieſtate ſuâ, faſtigiiſque Imperialibus digniſſimum, Vermis infeſtus mordere poſſet, iam tum cauiſti Cæſar, quando à teneris adeò, teneræ Conſcientiæ aſſueuiſti. Quæ etiam juſtiſſima cauſa eſt, *Victorioſiſſime Imperator,* cur ego *malæ Conſcientiæ Vermem,* Maieſtatis Tuæ *Victrici Aquilæ,* victum hoſtem, triumphatúmque venerabundus ſubſternam; & acclamem plaudenti ſimilis, illud quondam in theatris à gladiatoribus vſurpatum verbum, *Hoc habet.*

Veniam ſpero dabit, Majeſtas Tua, neſcio dicam infantiæ meæ, an fiduciæ, tentanti ad Thronum Cæſareum accedere. Cauſa mihi duplex fuit audendi. Priuata altera, quam Germanus meus ſuggeſſit; *ſtudium obſequij erga Sereniſſimam Auſtriacorum Domum*; prælucentibus facem progenitoribus ſuis. quorum com-

complures, Maximis ex Auſtriaco ſanguine Imperatoribus, in officijs fuêre. Quin etiam hodiéque, Majeſtas Tua, Fratrem meum, ſupra viginti annos ſeruitijs ſuis deuotum, ampliſſimis gratiæ fauoribus proſequitur, vt idem rectiſſimè, ſiue calamo meo dictâſſe, ſiue imperâſſe videatur, in ſignum debiti obſequij, Librum hunc *ſacro Majeſtatis Tuæ Nomini inſcriberem*; ipſe ſupplex offerret; & teſtaretur ſe, ſuóſque à FERDINANDO II. Cæſare, eiuſque laudatiſſimis Maioribus beneficia accepiſſe, paria Auſtriacorum liberalitati, hoc eſt, *magna*.

Altera cauſa communis mihi eſt, cum vniuerſa SOCIETATE IESV; cuius vt genuinum agnoſcar membrum, ſemper volui, ſemper debui, Sacram Tuam Majeſtatem, tum cæterorum Ordinum, tum minimi Inſtituti noſtri, ſingularem velut Parentem ſuſpicere. Enimuerò pul-

cher-

cherrimum hoc, dignúmque Chri-
ſtiano Imperatore eſt patrocinium,
Religioſos omnes gratiarum ſuarũ
patentiſſimo ſinu complecti, quos
nouerit publico Eccleſiæ bono, ab
ipſo Numine deſtinatos eſſe. Sunt
& iſtæ ſinceræ gratitudinis leges, a-
gnoſcere fontes, vnde fluunt Gra-
tiæ ; Cæſarúmque fauores ad ſua
principia atque origines, cum vere-
cundo oſculo remittere; nunquam
memoriâ acceptæ ſemel beneuo-
lentiæ, intermoriturâ. Quod qui-
dem mecum vniuerſa SOCIETAS
noſtra, ante pedes Maieſtatis Tuæ
proſtrata, ita facit, vt ſimul cum ob-
ſequijs omnibus, ſeipſam, & quod
chariſſimũ eſt homini, vitam ſuam
promptiſſimè offerat. tum maximè
glorioſa apud poſteros futura, cùm
pro Cęſare ſuo, Capite Romani Im-
perij, Eccleſiæ Orthodoxæ propu-
gnatore, Summo Religioſarum fa-
miliarum Patrono, Patre patriæ, la-

tus

tus ſuum obiecerit, capútque. pugnantibus inuicem obſeruantiâ atque amore, pulcherrimâ certaminis mixturâ.

DEVS Optimus Maximus, Te, *Inuictiſsime Cæſar*, poſt parta tot felicibus prælijs trophęa, & formidandas hoſtibus victorias, ſeruare velit ſecuturæ tandē paci; cuius beneficio, attrita bellis Germania, cum auita Maiorum noſtrorū Religione, ſub tuis potiſſimū auſpicijs refloreſcere poſſit. Denique hæc ſumma meorum eſt votorum, hoc SOCIETATIS noſtræ vnum vnicúmque deſiderium, vt tandem cum FERDINANDO II. Auguſtiſſimo Imperatore, conſtanter æternúmque BONA CAVSA TRIVMPHET. Monachij. Ipſo feſto Beatiſſimæ Virginis Aſſumptæ.
M. DC. XXXIII.

Majeſtatis Veſtræ

Deuotiſsimus

PAVLVS ZEHENTNER.

APPRO-

APPROBATIO
R. P.
PROVINCIALIS.

VERMEM malæ Conſcientiæ, quem P. PAVLVS ZEHENTNER, Societatis noſtræ Theologus, ſuis coloribus adumbrauit, eiuſdémque Societatis Theologi aliquot cenſuerunt, atque approbârunt; Ego ANTONIVS WELSERVS, Societatis IESV, per Superiorem Germaniam Præpoſitus Prouincialis, conceſsâ mihi poteſtate, ab admodum R. P. N. Generali, Mutio Vitelleſco, permitto typis vulgari, & publici iuris fieri. Teſtem fidei appono manum meam, & conſuetum officij ſigillum. Monachij Idibus Junij. Anno Chriſtiano M. D. C. XXXIII.

ANTONIVS WELSER.

Pote-

PRAEFATIO

Ad Lectorem:

DE OCCASIONE PRÆSENTIS ARGVMENTI.

VI miserrimam præsentium temporum necessitatem serio considerat, belliſque deformatam turpiter Germaniam, & fraterno sanguine rubescentes patriæ campos, signa Numinis in vindictam lacessiti, ac punientis flagitia seculi nostri; facilè intelligit, eò collineare hanc meam de Verme malæ Conscientiæ *disputationem, vt culpas quisque suas, tam multiplicium fontem malorum agnoscat, verisque lacrymis deploret.*

Memorabile est quod de Xerxe Persarum rege aiunt, & tantò luculentius vanissimæ stoliditatis exemplum, quantò minus decet purpuras & diademata desipere. Nam vt intellexit, classem illam, quam adornárat expugnanda Græciæ, in mari Hellespontico, sæuâ tempestate fuisse disiectam, & magnâ sui parte perijsse: ita exarduit in pelagus, quemadmodum solet herus, in vilissimum mancipium exasperatus. Itaque misit qui Hellesponto, velut reo vinciendo par compedum inijcerent; fœda insuper stigmata inurerent, & colaphos, ac trecenta verbera infligerent, cum hoc insaniæ verbo: O aqua amara! dominus hanc tibi irrogat pœnam, quòd eum læsisti. *Barbari hominis, barbarum brutúmque mandatũ. quasi verò in maris sit potestate, legem dictare Æolo, ne ruptis per vim antris, venti sese in apertum effundant; nubes nubibus, fluctus fluctibus committant, & domini æquoris facti, ex imo fundo omnia susque deque permisceant. Hîc enim verò nullum dare potest imperium oceanus, accipere debet; & conspirantem in naufragia Eurum Notúmque, solâ patientiâ vincere; vt ea propter vesani argumentum ingenij fuerit, fretum Hellespontiacum seruilibus plagis, & infami ferro subijcere;*

Herodot. lib. 7. Valer. lib. 3. cap. 2. Iuuen. sat. 10.

nihil

nihil inde aut doloris, aut ignominiæ acceperunt. præterquam quòd neque mereri potuerit, hæc talia veris culpæ debita supplicia.

Aliam prorsus rationem tenet Deus; non irascitur, vbi nulla ratio, nulla libertatis malitia reperitur: eos duntaxat plectit, quos verè nocentes, & temerarios diuinarum legum violatores conspicit. Itaque sic etiam vsu venire solet, vt illa potissimum regiones calamitatibus premantur, & graui Numinis dexterâ, quarum habitatores sceleribus suis vltorem Deum prouocârunt. Et sanè his annis, quantus Martij furoris turbo peruasit patriam nostram! eodem quasi fulmine, omnes, quàm longè patent prouinciæ, afflatæ sunt, vt oppressæ ferè vniuersis nobis, tam subitaneâ atque insperatâ molemalarum, nihil fere amplius supersit, præter suspiria, & illud Gedeonis verbum: cur apprehenderunt nos hæc omnia? *Iudic. 6. 13.*

Curiosum est mortalium genus, & tum maximè, quando aduersis casibus vrgetur; sedente ad dictaturam Numinis prouidentiâ. Quia igitur iam pluribus annis Germania attrita est non vnâ clade, hæc passim quæstio per ædes, compita, & fora obambulat; cur apprehenderunt nos hæc omnia? *tot bella, & bellorum miserrima appendices? exustiones arcium, oppidorum, vrbium, ex quibus nihil præter fumantia rudera supereſt? vastationes prouinciarum, expoliationes diuitum; depræda tiones mediocrium, exilia pauperum? & ingens multis locis fames, & sæua pestilitas, cum publica plurimorum strage? denique hostilis gladius tantorum sanguine ebrius, & nondum satur?*

Possum igitur calamitosissimum temporis nostri statum deplorare ijs verbis, quibus sui sæculi tragœdias defleuit D. Hieronymus, cum ad Heliodorum sequentia scripsit. Horret animus temporum nostrorum ruinas persequi. Viginti & eò amplius anni sunt, quòd inter Constantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctásq; pannonias, Gottus, Sarmata, Quadus *S. Hieron. in Epist. 3. ad Heliod.*

dus, Alanus, Hunni, Wandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot Matronæ, quot Virgines Dei, & ingenua nobiliáque corpora, his belluis fuêre ludibrio? capti Episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia Clericorum, subuersæ Ecclesiæ; & ad altaria Christi stabulati equi; Martyrum effossæ reliquiæ. Vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago.

Hæc ipsissima nunc facies est Romani Imperij. Supra annos duodecim inimicum Martem passa Germania, inter suorum funera vix animam trahit. Et ne eximiam se à communi fato, prouincia aliqua iactare posset, inuoluit propè omnes eadem procella; Vngariam, Bohemiam, Austriam, Moraviam, Silesiam, Sueuiam, Palatinatum, Brunsuiciam, Pomeraniam, Saxoniam vtramque, Hassiam, Thuringiam, Franconiam, Bauariam, Alsatiam. Neque vni duntaxat genti cessêre in spolium, sed diuersissimis; conspirante discordiâ in vnum patriæ nostræ interitum. Itaque præter Germanos Bohemi, Vngari, Croatæ, Poloni, Cosaci, Itali, Hispani, Galli, Angli, Hollandi, Scoti, Hiberni, Dani, Sueci, Finni, Lappi, infestis agminibus, pulcherrimas regiones grauissimè afflixerunt. Heu! quot simul honestis matronis vitium factum? quot Deo charæ Virginibus illata vis? optantibus ferrum recipere, & propinantibus sanguinem, pulchrum redimendi pudoris pretium, si voluisset acceptare inuasor. Quot verò subuersæ basilicæ, aut bustum factæ? quot Diuorum imagines & lipsana, indecenter sacrilegéque habita? quot sacerdotes, virique religiosi, partim ignominiosissimè tractati, partim crudelissimè trucidati? quot templa fædissimè violata, stabulantibus hinc ad aras equis, illinc lasciuiente ipsis bestijs turpius milite? vt meritò huc applicare possim, quod de simili insolentiâ in templo quondam Salomonis exercitâ, sacer historicus dolenter queritur in hunc modum. Pessima, & vniuersis grauis erat malorum incursio; nam templũ luxuriâ & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus; sacratisque ædibus mulieres, se vltro ingerebant, intro se-

2. Machab. 6. 4.

tro ferentes ea, quæ non licebat. *Et hæc talia militaris licentiæ scelera, inter continuas sontium insontiumque cædes patrata, quid aliud apud cordatos extundere potuerunt, quàm profunda trepidantis animi suspiria? possum & hodie de plerisque omnibus tantæ calamitati superstitibus, illud D. Hieronymi affirmare*: vbique luctus, vbique gemitus & plurima mortis imago. *Sed etiam interrogatio redit*; cur apprehenderunt nos hoc omnia?

Equidem si hac super re differentes audire velimus Gentium Philosophos, alij quidem Casum, alij autem Fatum obtrudent; quasi hæc tota malorum series, aut temerè accidisset & fortuitò; aut ineuitabili quadam, ferreâque necessitate. Quod si temporis huius Politicos accedere est animus, culpã illi conijcient in hominum errores, partim infeliciter consulentium; partim sana consilia per ignauiam dissimulantium; aut nimis lentè exequentium. Ego verò, vt hac in materia mentis meæ sensus depromam, altius scando, atque ad ipsum fontem omnium quæ fiunt, certissimam Numinis prouidentiam me penetro; atóque præsentium tot, támque grauium bellorũ, veram principémque causam esse Dei voluntatem, statuentis patriæ nostræ, iam pluribus annis multiplicata flagitia, punire. Quod Dei decretum, si nul includit permissionem illorum denique errorum, qui siue in consilijs dandis, siue in effectum deducendis, passim à mortalibus committuntur.

Suffragatur huic doctrinæ clarissimè scriptura; nam quoties, mentionem facit hostis populum Israeliticum malè habentis; causa totius tragœdiæ in Numinis iram confertur, prouocatam noxarum grauitate. Ieremias certè, postquam gens Hebræa Babylonem, in longum exilium ducta fuit, Ierosolymã vrbium celeberrimam, quasi amissis liberis matrem viduatam, ipse lamentanti similis interrogauit: quomodo sedet sola ciuitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentium *Sed nullum sibi aliud responsum dedit, præterquam istud*: peccatum peccauit Ierusalem, & propterea instabilis facta est. *Quin & Baruch, vbi affectu commiserantis alloquutus fuit conciues suos, solo & captiuitate ab ipso diuisos:*

Iere. thren. 1. Vers. 1.

Idem ibid. Vers. 8.

diuisos: quid est ô Israel quod in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum; *causam continuò huius infortunij assignat*: dereliquisti fontem sapientiæ: nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. *Planissimè etiam Tobias, in eâdem naui cum suis contribulibus remigans; quando hi captiuitatis suæ infelicitatem conijciebant siue in consilia, ab euentu suo sinistra; siue in Duces militésque, quorum socordiâ Assyrijs in prædam venissent; ille digito ad Deum intento hæc sanissimæ mentis verba regessit*: Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras. *Quid ni igitur fateamur pariter, ideo Romanum Imperium, hu annis bellorum iniuriâ exhaustum, incendijs deformatum, spoliationibus ibsumptum; ideo sanguine suorũ purpuratam Germaniam, peccatum* peccauit; *quia* dereliquit fontem sapientiæ; *quia* in via Dei non ambulauit *Denique*, Deus castigauit nos propter iniquitates nostras.

Baruch. 3. 10.

Idem ibid. vers. 8.

Tobiæ. 13. 5.

Sed lubet inquirere, quænam præ cæteris culpæ, hæc vindici Deo fulmina, maláque præsentanea extorserint. Quà in re videor mihi tutissimè vestigijs S. Saluiani posse insistere. Nam quo tempore Galli olim, VVandali, Hunni, Dani, aliæque tum barbaræ, exteræque gentes Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, plurésque Romani Imperij prouincias, flammâ, & ferro mulctárunt; subijt multos admirari, & causam tam vastæ cladis indagare. Quibus vt satisfaceret S. Saluianus, eo sæculo Massilienſis Pontifex (vir singulari eruditione, & morum integritate celeberrimus) libros octo conscripsit, de vero judicio & prouidentia. *Vbi longo Catalogo, ea sui æui vitia perstringit, quæ non vanis coniecturis Deum in vltionem armasse credi poterant. Cuiusmodi erat pudenda Ecclesiasticorum in rebus sacris negligentia; torpor concionatorum, veritatem omnibus exosam subticentium; iniuria Numini illata per blasphemias, periuria, maledicta; tyrannus principum; insolentia nobilium; fastus aulicorum; cupiditas diuitum; fraudes mercatorum; militum crudelitas; pro-*

curatorum vana altercationes; vitiosa personarum acceptio, in conferendis dignitatibus, subleuandis oneribus; & sexcenta alia, indigna Christiano nomine probra. Quæ si nostris quoque annis exulâssent, confidere poteramus longius Germaniam suâ pace gauisuram.

Sed S. Saluianus noster, post illa calamitatis semina, descendit ad ipsam Carthaginem à Vvandalis eâ tempestate occupatam; docetque quatuor maximè scelera diuinam clementiam exasperasse in iras, vt Carthaginem, Africæ Metropolim, olim Romanæ vrbis æmulam, tunc Christianæ sedis gloriosam, Genserici non tam potestati permitteret, quàm libidini. Et initio quidem exaggerat Carthaginensium iniquitatem, non tantum miserè tondentium paupertinam plebem, sed etiam fædè deglubentium; donec quotidianis egenorum querimonijs, expugnatum cælum irasceretur improbitati. Ipsum Saluianum accipe. Jam vero istud cuiusmodi aut quàm graue! proscriptiones dico orphanorum, viduarum afflictiones, pauperum cruces? qui ingemiscentes quotidie ad Deum, finem malorum imprecantes, & quod grauissimum est, interdum vi nimiæ amaritudinis, etiam aduentum hostium postulantes, aliquando à Deo impetrârunt. *Hic subsistere possumus, & nostratium temporum mores contemplari, abundantem vtique materiam præsentibus pœnis. Nunquid enim plurimorum passim plebeiorum verissima vox est, inclementer se ab opulentis tractari? potentium dura nimis esse imperia? non tam dominos se habere, quam hirudines? vim præualere iuri? munera æquitati? denique ab hostibus & barbaris mitiora sperari posse. Hæc talia inopum lamenta, cælos Deúmque euerberant, vt plectendæ iniuriæ, inuolui sinat bellorum turbinibus etiam diuites, doceátque quàm non sit suaue homini, ab aliena innocentia premi, expilarique. Credamus igitur hanc vnam inter cæteras, esse nostræ infelicitatis causam. rigorosa pessim asperitas in subditos; onera citra necessitatem, supra priuatorum etiam facultates, imposita; ius pauperibus negatum, inuersum, corruptum; Numinis mentem exulcerârint, vt hostem*

S. Saluianus de vero iudicio & prouidentia lib. 7.

Digitized by Google

ſtem ſæuire in patria noſtrâ concederet, & æquilibrem omnes affligere, nullúſque copioſus præ mediocri, eximius eſſet.

Sed conueniamus iterum Saluianum, rogemúſque alteram expugnatæ Carthaginis occaſionem, & audiemus iſta dicentem. Quæ fuit pars ciuitatis non plena ſordibus? quæ intra vrbem platea, aut ſemita non lupanar? adeò pene omnia compita, omnes vias, quaſi foueæ libidinum intercideranr, aut quaſi retia prætexerant, vt etiam qui abſque penitus abhorrerent, tamen vitare vix poſſent. Latronum quodammodo excubias videres, commeantium viatorum ſpolia captantes; qui inſidiarum frequentium denſitate, ita omnes admodum calles, omnes anfractus, & diuerticula ſepiſſent, vt nullus fermè tam cautus eſſet, qui non in aliquos inſidiarum laqueos incurreret, etiam qui ſe de plurimis expediſſet. Fætebant (vt ita dixerim) cuncti vrbis illius ciues, cœno libidinis; ſpurcum ſibimet, ipſis mutuæ impudicitiæ nidorem exalantes. Sed horrori tamen eis horrida iſta non erant, quia idem omnes horror infecerat, vnam enim putes illis fuiſſe libidinum fornicationúmque ſentinam, cænum quaſi ex omni plateatum & cloacarum labe collectum. Illud grauius & ſceleſtius, quòd illa, de quibus B. Apoſtolus Paulus cum ſumma animi lamentatione queritur, in Afris pene omnia fuerunt; ſcilicet quia maſculi, relicto naturali vſu, &c. Quid rogo fieri illic prodigioſius potuit? in vrbe Chriſtianâ? in vrbe Eccleſiaſticâ? quam quondam doctrinis ſuis Apoſtoli inſtituerant, quam paſſionibus ſuis Martyres coronârant. Videbat hæc vniuerſa ciuitas, & patiebatur; videbant Iudices, & aquieſcebant; populus videbat, & plaudebat; ac ſic diffuſo per totam vrbem dedecoris ſceleríſque cõſortio, etſi commune hoc omnibus non faciebat actus, commune omnibus faciebat aſſenſus. *Hæc itaq; tam frequentes, tam manifeſtariæ Veneres, Carthaginem perdiderunt.*

S. Saluianus loco ſupra cit.

Et quoniam noſtri ſæculi non minor eſt petulantia, for-

taſſu etiam longè maior; mirari nemo debet Patriam noſtram tam grauibus flagellis à Deo ſubiectam. Ad eam impietatis lineam iam peruenére aliqui, vt negare audeant ſimplicem fornicationem inter veras culpas accenſeri. Alij vt credant ſcortantes peccare, ipſa tamen ſceleris conſuetudo pallium facit & mantelum, vt non paucis perſuaſum ſit, eò leuius hoc eſſe genus flagitij, quia multorum, & quotidianum eſt. Hinc inſidiantium alienæ integritati, longa agmina; vt miraculo propè ſit ſimilis, pudor in adoleſcentia ſine labe conſeruatus, & Virginitas ſibi conſtans ad maritalem vſq; thalamum, nec defloratæ. Quid? quod connubij fides, liberrimè in perfidiam apud quoſdam tranſire incipiat, aſſumptis ad tempus in alienum thorum alienis coniugibus, annuentibus, vtrinque maritis? quaſi petulci iſti Ep curi de grege, ſiue porci, ſiue hirci, leuitatis ſuæ malitiâ, leges matrimonio ab ipſo numine dictas, impunè violare poſſint, & alias facere ex libidinis ſuæ imperio. Tandem hodieque adeò inſolenter in pudicitiam, velut iuratum hoſtem conſpirat multorum proteruia, vt nec caſtus oculus legere, nec auris modeſta audire poſſit, quæ in hoc genere paſſim gentis noſtræ dedecora committuntur. Soli illi Veneris pulli, etiam cùm in leges naturæ delinquunt, ſtant ſine fronte, ſine colore, honeſtatis indice. Ita cùm ſemel depuduit impurus homo, neſcit amplius erubeſcere, quia Æthiops factus eſt, ſuis libidinibus denigratus. Et adhuc inter patriæ probra, & turpis luxuriæ facinora, quærimus rationes cauſáſque miſeriarum, quibus Germania vrgetur, toties rea? præſertim conniuente ſæpius Magiſtratuum indulgentiâ, ad iſtiuſmodi propudiorum hiſtorias, non ſine manifeſta Numinis iniuria.

Porrò ad Maſſilienſium pontificem redeamus, & accipiamus cætera, quæ Carthagini florentiſſimæ ciuitati exitium attulerunt. Itaque D. Saluianus tertiam mali originem numerat, Religioſorum ea tempeſtate contemptum, indigniſſimè habitorum à Profana turba. Eius ſunt hæc. Illa nobilibus ignobilibúſque communia, odia ſcilicet, atque execrationes ſanctorum omnium dico: ſacrilegij quippe genus eſt odiſſe Dei cultores. *Et poſt quædam de immanita-*

S. Saluianus de vero iudicio & prouidentia lib. 8.

te ſce-

te ſceleris inculcata, ſubiungit: ita igitur & in monachis, id eſt, Sanctis Dei, Afrorum probatur odium, quia irridebant ſcilicet, quia maledicebant, quia inſectabantur, quia deteſtabantur, quia omnia in illos pene fecerant, quæ in Saluatorem noſtrum Iudæorum impietas fecit. *Ponit verò exempli gratiâ, quæ ſequuntur*: non ſine cauſa itaque illud fuit, quòd intra Africæ ciuitates, & maximè intra Carthaginis muros, palliatum & pallidum, & reciſis comarum fluentium iubis ad cutem tonſum videre, tam infælix ille populus, quàm infidelis, ſine conuitio atque execratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei ſeruus, aut de Ægyptiorum cœnobijs, aut de ſacris Ieroſolymorum locis, aut de ſanctis eremi, venerandíſque ſecretis, ad vrbem illam officio diuini operis acceſſit, ſimul vt in populo apparuit, cõtumelias, ſacrilegia, & maledictiones excepit: nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis flagitioſorum hominum cachinnis, & deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur; verè vt ſi quis ea inſcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed nouum inauditúmque monſtrum abigi, atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum, & præcipuè Carthaginenſium fidem. *Exclamat deinde ad finem.* Et miramur ſi nunc barbaros illi perferunt, cùm videamus quod ſancti viri in illis barbaros pertulerunt? Iuſtus eſt ergo Dominus, & rectum judicium ſuum.

Nihil verius. juſtus eſt Deus, & videri poteſt hodieque plectere velle tam triſtibus annis, Contemptores Religioſorum. Nihil hic conqueror de ſannis hæreticorum, quibus veræ religionis ſacra, mera ſunt velut malè delirantium ſomnia. Illi qui inter orthodoxos cenſeri volunt, quàm ſæpe liberales ſunt conuitijs in religioſas familias, perſonáſque iactandis? quàm copioſi in diris atque execrationibus? Audiuntur nonnunquam hæc aliquorum pulcherrima vota: vtinam in peßimam crucem abirent omnes nigri, albi, varij! vtinam penderent omnes longo ordine, quo per ingens littoris Tyrij ſpatium, olim tria millia

Q. Curtius lib. 4. de rebus gestis Alex. M.

ligno affixorum militum pependerunt: spectaculum tàm jucundum nunquam orbis spectâsset. Aut si operosa nimis mora est parando singulis stipiti, cum ingenti syluarum damno; mille artifex cacodæmon compendium faciat, secúmq; momento uno vniuersos in tartarum præcipitet. Sic tellus inutili, noxióque pondere liberata, denuo respirabit; futura pulchrior cùm hos naeos, hæc mundi dehonestamenta, religioso nomine palliata amiserit. Isti sunt quorundam sensus & preces, vtinam paucorum, atque ex plebe tantum. Sed quod turpissimum est, etiam aliquando illi malè Religiosis precantur, à quibus prima pueritiæ rudimenta, bonas literas, morésq; docti sunt. istud minerual pendunt Magistris suis; mali discipuli, quia ingrati. Et quoniam permulti ex sacris familijs nunc cathedras cathedras curant, atque ex pulpito hominum actiones formant, secundùm rectæ rationis, legisq; diuinæ amussim; experiuntur ipsi quàm lubrico stent loco. Arguuntur imprudentiæ, cùm Veritatem palpare nesciam, sincerè candidéq; proponunt. Crimen est crimina exaggerâsse; & simile probro, publica probra, vrbiúmque dedecora carpsisse. Miseri pastores, quibus non licet ouiculas suas ducere, quà ambulandum est. Sed adhuc altero tanto miseriores, quando eorum oues & agni, degenerant in meros arietes, hircósque, vt pedo vti nunquã liceat, nunquam ferire baculo exerrantes, quin simul insultantium cornua de-

2. ad Timot. 2. 9.

beant formidari. Denique Verbum Dei, quod magnus Apostolus negauit alligatum esse; ita passim delicatè excipitur, vt neque infimæ tribus velint se minimâ parte, minimo verbulo tangi. Quod tantundem est, atque concionatoribus imperare, cum reliqui mortalium omnes, officijs suis satisfacere studeant, illi grauissimo muneri suo desint; & Dei gladium continuò in vagina reconditum teneant, ne nudatus salubria vulnera faciat; contra multiplex sacræ paginæ mandatum, ipsiúsque Numinis; vt vel ex hoc capite causas habeat irascendi, patriæque nostræ pessimos mores castigandi; & quidem hostili ferro, postquam gladius Verbi sui passim cum Religione Religiosisque, in contemptum fastidio plenum abit.

Sed inter omnes credo, præsentis tragœdiæ causas, prin-

ceps

ceps & quasi palmaria fuit, Neglectus Pœnitentiæ prioribus annis per inertiam commissus. Quo etiam scelere Carthaginienses sibi obstrinxerunt, priusquam à Genserico Metropolis eorum capta fuit. Nam cùm decennio ante, Vandali inuasissent Africam, & iam rerum potirentur, fusis Romanorum orientalibus atque occidentalibus copijs, sola Carthago reliqua mansit. Et quamquam ab omni parte, mille hostium periculis obsessa vrgeretur, incolæ tamen non desistebant mali esse; nec in eo quidem difficultatis articulo persuasi, ab assuetis vitijs delicijsque recedere: S. Saluiano oculato illorum temporum inspectore, sic affirmante. Circumsonabant armis muros Carthaginis, populi barbarorũ; & Ecclesia Carthaginiensis insaniebat in circis, luxuriabat in theatris; alij foris iugulabantur, alij intus fornicabantur; pars plebis erat foris captiua hostium, pars intus captiua vitiorum. *Et paulo post* Fragor extra muros, & intra muros præliorũ & ludicrorum confundebatur; vox morientium, voxque bacchantium; acvix discerni forsitan poterat plebis eiulatio, quę cadebat in bello, & sonus populi qui clamabat in circo. Et cũ hæc omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi vt cùm Deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret, vt periret?

D. Saluianus de vero iudicio & prouidentia lib. 6.

Nemo inficiari potest; hæc eadem multorum culpa fuit, nullam admodum de pœnitudine, vitáq; emendanda cogitationem suscipientium: quando ante annos proximè elapsos, bellorum turbo fulguris ac tonitrui more, Imperium cæpit percurrere. Dissitarum longè, vicinarúmq; interitus prouinciarum, nihil adeo euincere potuerunt, vt tantisper vrbibus nostris excederet improbitas, pietas immigraret. Pristini fastus, fraudes, luxus, & trecenta flagitiorum genera, solenne suum tenuerunt. Neq; Veneres ad conspectam fumantium pagorum flammam, extinctæ sunt; sed velut accepto incremento plus arserunt, vt animi malè amantium intùs pessimis ignibus conflagrarent, cùm foris incendio ædes & oppida absumebantur. Ita securos futurorum, & vitijs suis pessimè indormientes, eadem fax malorum complexa est; obstupescente tandem Germaniâ, se

cum

cum prouincijs pene omnibus, à Sueco interceptam esse, & spolium hostibus factam, antequam aduerteret. Sed culpa fuit indigenarum, perire volentium, & sceleribus suis accersentium idem exitiũ quo alios iam miserè comprehensos videbant.

Fortassè etiam nunc aliqui, inflicta patriæ nostræ vulnera, siccis oculis spectant; aut si sua damna deplorant, & propriarum iacturam fortunarum, minimè tamen fontem mali, peccata enormia obstruere satagunt; vt iure iterum veterem querimoniam repetat Dominus: attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur; nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. *Ierem.8.6.*

Atque hæc ipsa causa est, cur his tam calamitosis annis, scripturus asceticum aliquid, ad instruendos hominum mores, argumentum tempori accomodatũ sumpserim, de Vermemalæ Conscientiæ; *vellem enim quàm maximè, vt nunc vellicanti auriculam Vermiculo attenderemus, & obiectas ante oculos nostros proprias noxas, quibus in communem Germaniæ cladem Deum irritauimus, verissimis lacrimis, & seriâ pœnitudine extingueremus. Nulla expeditior est ratio placandi offensum Numen, quàm culpam agnoscere, reum se fateri, veniam supplicitèr petere, errorem sedulò corrigere. O si hoc improbi omnes agerent, ne illi Deum ad sua vota inclinarent, almámq; pacem, oliuis coronatam, in Romanum Imperium, bono publico reducerent. Væ ignauis hîc mortalibus, & stertentibus in veterno impietatis. præterquam enim quòd malo publico nõ pœniteant; etiam priuatum incurrunt; & quia* Vermem Conscientiæ *audire nolunt, nolunt etiam cum noxis tristem monitorem elidere, patientur eundem Carnificem orbe vtroque. Quod præsenti opusculo explicatiùs docebo, genere scribendi exhortatorio, & permixtis rei seriæ historiolis; quòd putem hoc doctiore sæculo, sic legentium animos & facilius delectari, & felicius moueri. Ita fieri per velim. Tu interim amice Lector, oculis æquis, affectu beneuolo, secuturas paginas euolue.*

INDEX.

INDEX.
LIBRORVM, CAPITVM, PARAGRARHORVM.

LIBER I.

De Verme malæ Conſcientiæ necando.

CAPVT I.

Lacrymis, & Verâ pœnitentiâ, perimendus eſt malus mala Conſcientia Vermis. 1.

Paragraphus 1. *Cur mala Conſcientia Vermis dicatur? quam moleſte peccantem vellicet, atque interpellet?* 4.

§. II. *Vermis mala Conſcientiæ, facundus curarum ac ſolicitudinum parens depingitur.* 14.

§. III. *Conſcientia mala Vermis, continuus Metus, timorumque faber, ante oculos ponitur* 22.

§. IV. *Miſerabilis iuxta, atq; infeliciſſima Cohabitatio, hominis flagitioſi cum Verme ſuo, deſcribitur.* 29.

§. V. *Vermis mala Conſcientiæ, Balneo lacrymarum mergendus, & ſuffocandus eſt.* 36.

§. VI. *Exemplo Sanctorum lacryma affundenda Vermi, lacerantis impium poſt noxam.* 45.

§. VII. *Chriſti exemplo, docemur illacrymari peccatis noſtris, malo Vermi intra viſcera perimendo.* 57.

§. VIII. *Latius proſequimur hoc de lacrymis argumentũ.* 67.

CAPVT II.

Vt improbus mala Conſcientiæ Vermis ſuffocetur, noxæq; dethales eluantur lacrymis, extra Confeſſionis Sacramentum, requiritur inſuper Contritio. 77.

Paragraphus 1. *Contritionis vera deſcriptio, petita è filij prodigi pœnitudine.* 79.

§. II. *Propoſitum ſerium deinceps non peccandi grauiter, Contritionis appendix.* 87.

§. III. *Propoſitũ amoliendi pericula, ſeu propinquas peccandi occaſiones, alia Contritionis appendix.* 99.

LIBER II.

De Verme malæ Conſcientiæ non ſopiendo.

CAPVT I.

Nequaquam ſopiendus eſt tantum, malus mala Conſcientiæ Vermis. 114.

Para-

Digitized by Google

Paragraphus I. *Impiorum aliqui deliciarum promulside, sopire volunt Vermẽ praua Cõscientia, sed inani conatu.* 116.

§. II. *Mulso noxiarum Voluptatum, quàm meritò sibi temperare debeat Christianus?* 123.

§. III. *Dolore, timore, insaniâ, exitio, emitur Voluptas momento interitura.* 134.

§. IV. *Alternatio mellis, & fellis, felicitatis & miseriæ, gaudij & luctûs, in hoc, alteróque orbe.* 146.

§. V. *Vindicis Dei gladius, iniquitatum vltor, fastidiũ inducit hianti ad melleas scelerum voluptates.* 156.

§. VI. *Thomas Morus, magnus Anglia Cancellarius magnus Christi Martyr, magnus bonorũ terrestrium contemptor, strenuus in præsenti materia, Moysis imitator.* 162.

CAPVT II.

Mala Conscientia Vermis, pessimè sopitur ab improbis, cùm prædestinationem diuinam, irrenocabilem iam decreto, super quouis hominũ factam esse inculcant. 168.

Paragraphus I. *Periculosi dilemmatis cantilenâ, impiorũ quidam, Vermi suo somnum conciliare laborant, sed oppidò exitialem.* 179.

§. II. *Probabile signum prædestinationis, seu consequendæ beatitudinis, Christiano esse potest, seriùs conatum bene viuendi.* 182.

§. III. *Perseuerantiæ incertitudo, neminem cordatũ, piumque Christianum, debet ad pusillanimitatem deijcere.* 189.

§. IV. *Preces non tantum cuiúsque propriæ, sed etiam alienæ, magnum momentum conferunt ad perseuerantiã & salutem.* 195.

LIBER III.

De Verme malæ Conscientiæ, immortali Damnatorum, & vario Carnifice.

CAPVT I.

Vermis mala Conscientiæ, fit immortalis scelestorũ Carnifex, in vita altera. 209.

Paragraphus I. *Humanam impietatem ex insolentia natam, retundit Deus exiguis bestiolis.* 216.

§. II. *Præter mures, ranas, locustas, muscas, vespas, crabrones, etiam Vermiculis castigat Deus humanam malitiam.* 225.

§. III.

§. III. *Veros Damnati Vermes patientur in Acheronte.* 232.
§. IV. *Homines scelerati, ipsi sibi parinnt Vermes carnifices pro tartaro.* 243.
§. V. *Inter Vermes, damnatorum hominum tortores, Regulus erit Vermis mala Conscientia.* 254.

CAPVT II.

Mala Conscientia Vermis, variè affligit animas apud inferos. 270.
Paragraphus I. *Conscientia mala, impijs in Acheronte est Ericius.* 272.
§. II. *Conscientia mala, Aquila est Damnatis, & Vultur.* 286.
§. III. *Mala Conscientia, improbis apud inferos flagellum est.* 300.
§. IV. *Conscientia mala, impios in vita altera terret, instar Spectrorum, & tristum Vmbrarum.* 314.
§. V. *Conscientia sua scelerates, incutit Fulminum timores, vtroque orbe.* 328.

LIBER IV.

De Verme malæ Conscientiæ, eiusque Morsibus, quibus Damnatos miserabiliter excruciat.

CAPVT I.

Accusatio sui aterna, grauis est Morsus, quo affligentur à Verme Conscientia, perditi apud inferos mortales. 338.
Paragraphus I. *Vanitas præteritorum, materiam dabit aternæ accusationi; quâ Damnatos mordebit Vermis Conscientia.* 343.
§. II. *Cacodamoni Vanissima pollicenti, detrahenda larua, ne deceptos, olim in Erebo Vermis Conscientia mordeat.* 355.
§. III. *Tempus gratia neglectum, & occasio salutis comparanda, aliam dabunt materiam aternæ exprobrationi.* 364.
§. IV. *Æternitas pœnarum, Vermi Conscientia nouã dabit materiã, accusandi & mordẽdi Erebi habitatores.* 377.
§. V. *Æternitas pœna, materia Morsûs apud Vermem Conscientia, reuocatur ad nouum calculum, captu facilem.* 387.
§. VI. *Æternitas Damnatorum, argumentũ accusationis & morsûs, apud malũ Conscientia Vermem, exaggeratur.* 390.

INDEX.

CAPVT II.

Confusio aterna, nouus Morsus est, quo mala Cõscientia Vermis exercebit Damnatos, denotas stygijs aris hostias. 404.

Paragraphus I. *Infantia perperam ab adultis exercita, Confusionis, & mali morsûs causa est, quibus plectuntur tartari cives.* 408.

§. II. *Primum Infantia studium, Pupas ornâsse.* 412.

§. III. *Alterum Infantia studium, Crepitaculis plausum fecisse.* 421.

§. IV. *Tertium Infantia studium, Construxisse domos ex luto & arena.* 431.

§. V. *Quartum Infantia studium, machinas atque aedificia in aëre molitum esse.* 438.

§. VI. *Quintum Infantia studium, Equitâsse in Arundinae longa.* 445.

§. VII. *Sextum Infantia studium, Papiliones venatum fuisse.* 453.

CAPVT III.

Confusionis & mali Morsûs, apud conclamatos orci indigenas, alia causa est, Somnolentia in medijs ad salutem necessarijs, ignauè dissimulata. 46[illegible]

Paragraphus I. *Socordia in precibus, causa Confusionis & Morsûs apud Damnatos.* 468.

§. II. *Ignauia in excipiendo Dei Verbo, causa ruboris, morsûsque apud stygis cives.* 479.

§. III. *Pigritia in Exemplis Diuorũ imitandis, causa pudoris simul ac doloris, apud orci incolas.* 491.

§. IV. *Somnolentia in suscipiendis legitimè Sacramentis, alia erubescendi causa apud Damnatos, alia mordendi occasio apud Vermem Conscientiae.* 504.

§. V. *Vlterior eiusdem materiae tractatio.* 413.

§. VI. *Neglectus diuinae Vocationis, materiam pudendi dabit Damnatis, Conscientia mordendi.* 519.

§. VII. *Prosequimur argumentũ superius, & amabilissimam diuinae Vocationis, trahentisque ad se Dei, rationem exponimus, Magistrâ S. Gertrude Virgine.* 526.

§. VIII. *Libri Conscientiarum, omnibus & perpetuò aperti, perpetuum pudorem, Vermisq; improbi morsum, concitabunt mortalibus ad inferos condemnatis.* 536.

§. IX. *Idem argumentum, de morsu & rubore Damnatorum, nascituro ex apertis Conscientiae libris, amplius illustratur* 551.

Coronis, sive, Epilogus Operis, De bono bona Conscientia. 561.

LIBER

Digitized by Google

LIBER PRIMVS DE VERME MALÆ CONSCIENTIÆ NECANDO.

CAPVT I.

LACHRYMIS, ET VERA pœnitentiâ, perimendus eſt malus malæ Conſcientiæ Vermis.

MVLTA ſunt in hoc inferiore mundo, quæ intra ſua viſcera Vermiculum alunt; eò infeſtiorem, quò occultiùs nocet. Ab hoc domeſtico hoſte, indignatus eſt Ionas cladem hederæ ſuæ illatam, cum repentino gratiſſimæ vmbræ interitu. Habent & ligna, & veſtimenta, & cucurbitæ, & iuglandes, aliíque hortorum complures fructus, ſuos Vermiculos. Præſertim autem verminoſa ſunt poma; & cùm minimè putamus, inteſtino laborant vitio, quod illis facit vix aſpectabile animalculum. Hoc vbi ſemel in ventrem mali, malus hoſpes immigrauit, dentémque

I

Vermiculi multis rebus innaſcuntur.

Ionæ. 4. 7.

ſuum fixit, occultâ carnificinâ ſenſim per intima graſſatur; & quidquid adeſt melioris ſucci, inſatiabilis exſugit heluo; tandémque monſtrat extimæ cutis purpuram, tantùm riſiſſe ad fucum faciendum.

II. Idem hoc multis contingit mortalibus: quos ſi pomo comparaueris, præſertim illi, quod Sodomiticum appellant, & intus cinere plenum eſt, leuíque manus compreſſione totum in fuliginem ſoluitur, non erraueris. Sanè vno mortis ſiue attactu, ſiue afflatu, homo omnis in fauillam abit; nullo ſexûs conditionísue habito diſcrimine. Interim ſceleſtus quiſque, quamuis hilaritatem vultu præferat, intra medullas tamen miſerrimè laniatur; quia carnificem Vermem circumfert, quo nomine malam Conſcientiam, teſtem ſimul & vindicem impietatis deſigno, materiam præſentis diſputationis.

Solinus cap. 36. Ioſephus lib. 5. de bello Iud. c. 5.

Homo ſimilis eſt pomo, quod Sodomiticum appellant.

Etiam homini improbo ſuus Vermis eſt.

III. Acturus igitur de mala impij hominis Conſcientia, præmitto quædam Theologiæ dogmata, tanquam ſcitu imprimis neceſſaria, ſpectantia ad Syntereſin & Conſcientiam. Et quidem Syntereſis deſcribitur, habitus ſeu conſeruatio principiorum practicorum; cuiuſmodi ſunt, bonum honeſtum amplectendum eſſe, malum peccati fugiendum: non plus minúſue iraſcendum, quàm oportet; iuſtè viuendum, cuique ſuum tribuen-

Syntereſis quid?

S. Thomas 1. p. q. 79. a. 12. Paulus Layman l. 1. Theol. moralis cap. 1.

buendum, &c. In hunc ſenſum loquitur S. Baſilius; *apud nos ipſos iudicium quoddam naturale habemus, per quod ab iniquis bona facilè diſcernimus.* Alludit Poëta; *S. Baſilius homil. 12. ad populum, quæ eſt principium proverbiorum Salomonis.*

Stat contra Ratio, & ſecretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo. *Perſius ſat. 5.*

IV.

Quemadmodum ergo ſyntereſis in ſcholis accipitur, pro quodam habitu principiorum practicorum in communi; ita Conſcientia ſignificat actum intellectus, qui, practicè iudicet, hîc & nunc in particulari, hoc illúdue, tanquam honeſtum aut inhoneſtum, agendum vel omittendum eſſe, fuiſſe. Et quoniam hominis opera jam ſemel præterita, duplicis ſunt generis, rectè, & perperam facta; ideo ſe Conſcientia humana dupliciter ad illa extendit; ſemel commendando quod geſtum eſt bene: quo ſenſu Apoſtolus ſcripſit; *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate & ſinceritate, non in ſapientia carnali, ſed in gratia DEI converſati ſumus in hoc mundo.* Quandoque verò Conſcientia reprehendit, quod homo malè patrauit. Pulchrè S. Au-

Conſcientia actus intellectûs.

2. *ad Corinth.* 1. 12.

Conſcientia duplex; approbans bona hominis opera, & improbans mala.

S. Augustinum lib. contra Secundinum Manichæum cap. 1.

gustinus de se ipso; *senti de Augustino quidquidlibet; sola me in oculis DEI Conscientia non accuset.* Solet verò ista Conscientiæ accusatio, passim apud Ascéticos dici *Vermis*, quem boni omnes pro virili necare lachrymis, & verâ pœnitentiâ debemus; quemadmodum hoc capite demonstrabo.

Conscientia accusatrix, eadem est cũ Verme malæ Conscientiæ.

PARAGRAPHVS I.

CVR MALA CONSCIENTIA Vermis dicatur? & quàm molestè peccantem vellicet atque interpellet?

I. *S. Thomas in 4. dist. 50. q. 11.* Conscientiæ remorsus, cur Vermis dicatur? *Gen. 3. 10.* Vermem Conscientiæ senserunt primi parentes.

VErmis, (ait S. Thomas) *est Conscientiæ remorsus; qui dicitur Vermis, in quantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit:* scilicet instar vermiculi intestina rodentis. Hunc Vermem & morsum culpantis Conscientiæ, primus inter mortales Adamus sensit. testes sunt latebræ, intra quas se recepit post piaculum, inani fugâ. Frustra declinat judicem impius, cui Conscientia domesticum est tribunal, & mille testes.

II. Sensit & Cain.

Proximus infelicitate parẽti suo, fuit filius Cain; hic enim vt crudeli fratricidio sceleravit manus, à Deo ipso in ius vocatus, misera-

bili

bili eiulatu queri cœpit: *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus; omnis qui inuenerit me, occidet me.* Verba hæc ſunt increpantis Conſcientiæ, & formidantis rei. Neque ſanè abſque cauſa formidauit Cain; nam ſi Procopio credimus, vbique exagitabatur poſt fraternam cædem; & cùm oculos in terram deiecit, contra ſe ſerpentes veneno, leones dentibus, vnguibus vrſos, tauros cornibus, calcibus equos, vidit armari. Neque illi clementius cælum fuit; indè enim præter continuas fulgurum coruſcationes, Genios cœleſtes ignitis romphæis, in ſuam perniciem conſpirare animaduertit. Inter hos tales metus, quid ni etiam in ſano corpore, æger animus habitaret?

Gen. 4. 13. & 14.

Apud Cornelium à Lap. in 4. Gen. v. 19.

Tellus & cælum conſpirant in Cain poſt fratricidiũ.

A Caino Abelis Germano, transeamus ad magni Ioſephi fratres; qui tametſi fraterno ſe ſanguine non aſperſerunt, improbâ nihilominus venditione, commiſerunt facinus vindictâ dignum. Certè cùm poſtea in Ægypto annonam pecuniâ compararent, atque à Ioſepho (fratre tum temporis ſibi incognito) duriuſculè haberi viderentur, hæc omnium vna fuit confeſſio; *merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum de-*

III. Ioſephi patriarchæ fratres, Vermem Conſcientiæ experti ſunt poſt ſcelus.

Gen. 42. 21.

precaretur nos, & nõ audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.

IV. Conſciẽtiæ malæ omnes ſe culpę ſiſtunt, prętet expectationem.

Admiranda vis Conſcientiæ, cuius obtutibus illico ſe culpæ omnes ſiſtunt, cùm à tergo inſtat vindex DEVS. Nullam hìc Ioſephus acceptæ injuriæ mentionem fecerat; viginti tres anni fluxerunt ab ea illata: & tamen ſe fratribus ſtitit, augurantibus vniuerſis, nunc impiam crudelitatem ſuam, in Ioſephum quondam malè exercitam, caſtigari. Adſtipulatus eſt Ruben, vnus ex denario fratrum numero, diſertíſque verbis, quòd olim ſeruando paruulo fruſtra laborâſſet, in memoriam reuocauit: *Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me; en ſanguis eius exquiritur.*

Gen. 42. 22.

V.

Ita nunquam delinquit homo, quin aculeum morſúmque latrantis Conſcientiæ, ſentiat poſt ſcelus. Seris etiam annis redeunt minæ, terrores, formidines, criminum vltrices furiæ; ſuſpenduntur aliquando Iouis fulmina, vt temporum ſenio grauiùs ruant in noxium caput. Interim ſuperuenturi metu exitij, exanimantur propè impij, neque audent oculos in cœlum attollere, prohibente partim timore, partim verecundiâ delicti. Teſtatur hoc Eſdras Sacerdos, qui poſt reditum ex Babylonica ſeruitute, in preces Ieroſoly-

Impij poſt flagitia erubeſcunt oculos ſuos ad cælum erigere.

Digitized by Google

ſolymis proſtratus, ſic magno Numini locutus eſt: *Deus meus confundor, & erubeſco leuare faciem meã ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrũ, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cœlum.* 1. Eſdræ. 9. 6.

Similis eſt illa Manaſſis Regis lamentatio, & plena pudore deprecatio: *Peccaui, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem cæli.* 2. paralip. vltimo.

VI.

Sed & D. Ambroſius Virginem Deo conſecratam, poſtea ſacrilego turpis amaſij congreſſu defloratam, compellat ſequentibus verbis: *Væ tibi miſera, & iterum væ, quæ tanta bona, propter parui temporis luxuriam perdidiſti. quam tibi ſpem apud Chriſtum Dominum reliquiſti, cuius membra tollens, feciſti meretricis? quis te ſpiritus viſitabit, quæ eum repudiaſti, qui ſe à cogitationibus quoque ſordidis, longe facit? Sed veniamus ad humana, vt illa diuina noſcantur. Aſpice quis ſanctorum atque ſanctarum, tibi approximare non horreat? aperi oculos tuos, ſi potes; erige frontem, ſi audes aliquem ſanctorum fiducialiter intueri?* S. Ambroſius tomo 5. libro ad Virginem lapſam. cap. 3.

Virgo defloratà, quantùm erubeſcere debeat?

Coram Chriſto.

Corã Sanctis.

tueri? nonne faciem tuam, Conſcientiæ commiſſum, tanquam plumbum inclinat & premit? nonne tenebræ ante oculos tuos, & dura caligo verſatur? nonne timor & tremor animam tuam caſſabit? ſi ergo homines in carne conſtitutos, & alicuius forſitan delicti obnoxios, non potes intueri; tam graui confuſione ſepulta, quid facies coram caſtis Apoſtolis? quid facies coram Elia & Daniele, & tantorum exercitu Prophetarum? quid facies coram Ioanne? quid facies coram MARIA, Thecla, Agnete, & immaculato thoro puritatis? quid denique coram Angelis ſanctis? nonne ſplendore & claritate immaculatorum, quaſi fulminibus percuſſa combureris?

Coram Apoſtolis & Prophetis.

Corã Deipara, Virginum ſanctarũ choro, & Angelis.

VII. Nuſquam igitur tuta, nuſquam ſecura eſt impietas; tenebras timet & ſolem; præſertim verò Dei oculũ, nunquam obdormientem, ſemper vigilem ad humanos conatus. Rectè Sapiens: *cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua, perturbata Conſcientia.* Nempe nocentium eſt trepidare & Vermem pati, qui poſt malos auſus, authorem iugiter velli-

Sapient. c. 17. 11.

Conſcientiæ impiæ Vermis, moleſtiſſimus

vellicat, moleſtiſſimus interpellator. Vin' vellicantem videre, audire interpellantem? Ergo oculos aperi, & aures pande.

vellicator atq; interpellator.

VIII. S. Medardus, inter mithratos Patres nō vltimum ſidus; numerauerat olim in gregis ſui pecoribus, eximium bouem; cuius palearia, vaſtíque totius corporis artus, poſtquam alienos ad ſe oculos rapuerunt, bos ipſe raptus fuit. Quia tamen nola, animalis collo appendula, furem prodere poterat, ſollicitè eam gramine ac fæno obſtruxit; ratus tum furtum fore incognitum, quando tintinnabulum obmutuiſſet. Ita impius raptor cum pulcherrima rapina, domum ſilentio venit; vbi, quando ſalua omnia credebat, ecce tibi campanula, quæ hucuſque tacuerat, ſponte ſuâ cæpit perſonare, & quaſi lictores ad ducendum furem conuocare.

Surius in vita S. Medardi, ad VIII. Iunij.

Occaſio fecit furem.

IX. Vidiſſes poſt inexpectatum æris ſonitū, expalleſcere reū, perturbari animo, formidare Iudicis tribunal, extimeſcere laqueum, furti crimen expiaturum. Ergo iterum os nolæ opplet, & ne aliena dedecora loqui poſſit, gramine, ſtramine, aliáque materiâ probè claudit. Quin etiam vt garruli inſtrumenti clamoribus, via omnis & exitus præcluderetur, intra cubilis ciſtas, & intima ciſtarum loculamenta recondidit. Neque tamen tintinnabulum ſilet, obſtupeſcente totâ vici-

Tintinnabulū ſponte ſonans, furem prodit.

niâ, ad insuetum iugemque sonum. Quæ causa fuit, cur ipse fur, cùm putaret facinus suum ampliùs latere non posse, & ab eo vellicaretur continuò, reúsque repetundarum ageretur; raptum bouem ad S. Medardum duxerit, & supplex viro factus, veniam multis precibus flagitauerit; quam etiam cum pristina animi sui tranquillitate accepit.

Fur veniam commissi furti precatur à S. Medardo, & accipit.

X. Nescio quid feliciùs peccatricem Conscientiam possit exprimere, & viui esse instar symboli, quàm illa ipsa perpetuò sonans, clamans, garriens nola, in singula momenta proditura reum; cuius hucusque mentionem fecimus. Nemo sibi etiam post clancularium scelus, persuadeat arcana silentia; mens ipsa malè conscia semper clamat, semper sonat; obstrui hoc tintinnabulum nullâ vi, nullis artibus ab improbo potest; inter gaudia quasi & pompas, & hilaritates, tristia omnia immurmurat auribus; vt quamdiu malus es, nulla tibi sincera lætitia esse possit.

Vermis Cõscientiæ, nolæ & tintinnabulo comparatus.

XI. Hîc mihi in mentem venit vetus triumphantium Romæ consuetudo, quos illustri quadrigâ aut equi, aut cerui, aut leones, in vrbem cum pompa traxerunt. Nam vt Zonaras & Tertullianus auctor est, in ipso curru minister publicus, qui ponè Coronam auro gemmísque distinctam tenebat, monere solitus est; vt triumphans Imperator respiceret,

Rosinus Antiquit. Roman. lib. 10. cap. 29.

Digitized by Google

ret, & hominem ſe meminiſſet. Appenſum quoque fuiſſe currui tintinnabulum aiunt, cum flagello; quibus notatum erat, ipſum ſiue propriâ malitiâ, ſiue fortunæ iniquitate, in eam adhuc calamitatem incidere poſſe, vt & flagris cæderetur, & capite damnaretur.

Idem Vermis componitur æri campano, olim appenſo ad currũ triumphantis.

XII.

Qui enim olim propter facinus ſupremo afficiebantur ſupplicio, tintinnabula geſtare ſolebant; in cautelam aliorum, ne quis piaculo ſe obſtringeret, ſi imprudens quouis modo ipſos, velut flagitijs ſuis contaminatos, contigiſſet. Itaque etiam qui cum plauſu publico omnium ordinum, quondam triumphum ſibi, & Virtuti ſuæ inſtituerant, exire non potuerunt mixtam terroribus triſtitiam, quando & poſt tergum lictorem audire clamantem, & tinniens campanum æs, atque infame flagellum conſpicere debuerunt; funeſta ſigna, & luctuoſa mali fati inſtrumenta, quibus fædari omnem feſtiuioris ſolennitatis gratiam neceſſe fuit.

Tintinnabula Romæ geſtare ſolebant Rei, ſupplicio afficiendi.

Triumphantes olim Romæ, mixtũ terroribus gaudium celebrârũt.

XIII.

Et quid arbitramur miſeri, quando triumphaturis ſimiles, per nefas graſſamur ad gloriam; quando titulis titulos, nomina nominibus, honores honoribus, cum aliorũ injuria copulamus: quando auro furtiuo innatamus, argentóque, & ludimus inter alienas gemmas: quando nos cingunt vndique

& po-

& pocula, & patinæ, & pateræ, & ciborum peregrinæ deliciæ, & vini rara pretia, & mensarum hilares vmbræ, & tota Liberi Patris ebria familia: quando nos mater Licentia, per omnia vetitarum oblectationum ducit vireta; quid arbitramur inquam, an verè possumus gaudere, & serenam vndique sine nubecula frontem exporrigere? neutiquam: clamans à tergo lictor, nocens animus, & semper sonans tintinnabulum, mala Conscientia, cum perpetua flagellorum interminatione, admensæ iam impietati pœnæ, solem reo obnubilant, diem atrum faciunt, lætitiam corrumpunt; quia perfundunt tristitiâ, terrore, metu, velut aceto & felle.

Mala Conſciẽtia omnem lætitiã corrumpit impio.

XIV. Nemo quantumuis iucundâ sociorum coronâ circundatus, quantumuis Hilaria celebraturus, tam constanter animosus est, qui si viderit eodem articulo à Iudice sibi diem dici, conuictum de crimine, & capite condemnatum proclamari, possit eodem vultu cæpta prosequi. Sanè Chaldæorum Rex Balthasar, in grandi illo regióq; conuiuio, quod mille optimatibus exhibebat, stupendâ munificentiâ; cùm præter opinionem, ab ignota manu, peregrina quædam verba in hanc sententiam inscribi conspexisset: *numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: appensus es in statera, & inuentus es minus habens:*

Dies homini dictus, inter Hilaria abrumpit gaudia.

Exemplum in Balthasare Rege Chaldæorum.

Dan. 5. v. 25 26. 27.

Digitized by Google

habens: diuisum est regnum tuum, & datum est Persis & Medis: etiam iam temulentus, cæpit tamen animo cadere; affirmante Scriptura: *tunc facies regis cõmutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur.* *Daniel. 5. v. 6.*

XV. Itaque nihil adeò mirum est, confundi sceleratorum mortalium gaudia, quando aduersùs se Iudicem suum vident continuò stare, clamare, nequitias exprobrare, plectendos æternis tormentis. Verissimè D. Chrysosto: *incorruptus Iudex Conscientia, cum aduersùs hominem exurgit* (quando autem non exurgit?) *clarâ voce clamat, & accusat, & ostendit, & quasi ante oculos scribit magnitudinem peccatorum.* *D. Chrysost. homil. 27. in Genes.*

Conscientia mala improbo ante oculos sua facinora depingit.

XVI. Quis non cum Balthasare Babylonio paucat, etiam inter obsequia famulantium, inter lautitias mensarum, inter Veneres & cupidines, sales mimorum & iocos, fides Musarum & voces; si interim probra quisq; sua, cum capitali sententia, pessimâ flagitiorum appendice, cogatur aspicere, legere, audire; Vermiculo vno domestico, & apparitore, & accusatore, & teste, & iudice? addo & carnifice.

Vermis Cõscientiæ sceleratorum est apparitor, accusator, testis, iudex, carnifex.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

VERMIS MALÆ CONSCIENTIÆ, fœcundus Curarum ac ſollicitudinum parens depingitur.

I. Vermis noxię Conſcientiæ, facinoroſum mille curis exercet.

ITaque ſi neſcis, mala Conſcientia mille modis nocentes exercet, mille curis conficit; facit caneſcere, antequam ſenectutem videant; agit toto orbe profugos & exules; etiam domi cùm ſunt, domi eſſe, aut manere non ſinit. Neque quies vlla eſt impio, quamdiu viuum intra ſe Vermem circumfert. Hæc omnia luculentiſſimus teſtis, & omni exceptione maior, exemplo ſuo comprobare poteſt Ludouicus Seuerus, ex Boiorum ſanguine Princeps. Hic cum aliquando Mariæ conjugis ſuæ literas, Dynaſtæ Ruchoni ſcriptas, per tabellarij errorem, domo abſens, intercepiſſet, neque epiſtolæ ſententiam aſſequeretur (vt eſt malitioſa ſuſpicio) cæpit de ſeruata thori fide dubitare, & credere vxorem commiſiſſe facinus, quod nunquam mente conceperat.

Radermus in Bauaria ſancta tom. 2. in Vita Mariæ Brabantinæ.

II. Suſpicio præceps, multiplicis mali cauſa;

Itaque augente omnia in maius iracundiâ Ducis, internuncius & lator litterarum, velut leno, primus ferro obtruncatur. Deinde vbi Donavverdam (vrbem tum ſuam, ac ſedem) redijt, etiam præfectum arcis per ſatellitem mandat iugulari, tanquam ſuſpectũ de

de dissimulato perfidiæ alienæ flagitio. Neque hîc furor malus substitit; siquidem matronam aulæ præsidem, eodem nomine, ex alta turris arce præcipitari imperauit.

III. Etiam truculentæ cædis, in Principis innocentissima coniuge.

Sed omnes pietatis limites egressa est sæuitia, quándo his quatuor funeribus, ipsa Maria, integerrima princeps, quintum accessit, sanctissimo capite à ceruicibus per carnificis manum amputato, ad imperium Ludouici, heu! verè Seueri in conjugis innocentiam. Interim complorante vniuersâ Ducis aulâ, & deflente tam chari capitis jacturam, etiam Rucho suam & Mariæ causam, ita lacrymis, verbis, tabulis probauit, vt Ludouicus ipse, posteaquàm deferbuit animi concitati æstus, grauitatem criminis serò nimis damnaret, multúmque erubesceret cruentus innoxio fidissimæ vxoris sanguine; secutus commune illud humani ingenij vitium, quo plerumque commissos errores damnamus, non cauemus ne fiant.

Facinoris præcipitati pœnitudo.

IV. Ludouicus Seuerus, Bauarorum Princeps, vnâ nocte incanescit.

Aiunt, Ludouicum primâ statim à cæde nocte, siue facinoris fœditate, siue Mariæ manibus exagitatum, cùm barbâ florente, & iuuenili decoráque comâ, cubitum se contulisset, ita incanuisse, vt manè senem septuagenarium referret. Nimirum etiam nocturnis horis:

Inuigi-

Statius lib. 3. Thebaid.

——Inuigilant animo, ſceleríſque parati
Supplicium exercent curæ; tunc plurima verſat
Peßimus in dubijs augur timor.

V. Poſt curas & anxias ſollicitudines, malus Conſcientiæ Vermis, auſus eſt Ducem domo ſuâ pellere, atque extra vrbem, quaſi in exilium mittere; quando Ludouicus longo, ac difficili itinere Romam properauit, ægro animo quæſiturus medicinam, apud Alexandrum IV. Pontificem, pacémq; Numinis & delicti veniam exoraturus. Quin etiam ad placandam ſibi Mariæ animam, & parricidium expiandum, nobile Cœnobium in Principis campo, qui inter Auguſtam & Monachium eſt, condidit, amplíſque prædijs, & annuo victu auxit.

Ludouicus Dux delicti veniam Romæ quærit.

In bonum occiſæ coniugis monaſterium ædificat. Fürſtenfeld.

VI. Itaque Vermis improbus nullũ diſcrimen inter mortales facit, æqualiter in omnes ſæuit; neque plus diſſimulat in purpura peccante, quàm ſago & ſacco: ſpectátque ad vniuerſos homines illa Iſidori ſententia: *nulla pœna grauior, pœnâ Conſcientiæ. Vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue. Secura mens triſtitiam leuiter ſuſtinet. bona vita gaudium ſemper habet; Conſcientia rei ſemper in pœna eſt. nunquam ſecurus reus eſt.*

Vermis Cõſcientiæ in omnes malos ſine diſcrimine ſæuit.

Lib. 2. ſoliloq.

est animus; mens malæ Conscientiæ proprijs agitatur stimulis.

Hîc velim obseruemus voculas, *nunquam, semper,* affirmante tã sincerè Isidoro, *nunquam securus est reus animus; conscientia rei semper in pœna est.* Profectò enim impius quisque, quamdiu talis fuerit, ab animo culpæ pleno, semper vulnera accipit, nunquam ferias habet. quocunque se conferat, pedes, eques; post peditem, *post equitem sedet atra cura*; éstque dens Vermiculi domestici pro stimulo & calcari. Quòd si hæc inter exigua numerare velis, & ludicra, plus dico, Vermémque malum, tædis flammantibus, ac serpentibus armatum, aio à tergo insequi nocentes animos. VII.

Nunquam impijs ferię sunt à Verme suo.

Horat. 3. Carm. 1.

Furiæ, Veteribus olim tres sorores, nomen suum acceperunt à furore. hinc cum accensis facibus, & manu colubris plenâ pingebantur, *terribiles visu formæ*, quia in terrorem mortaliũ excogitatæ. Furiarum istarum si quis augere numerũ velit, quartam sororem adjungat, Conscientiam sibi malè cõsciam. sanè enim ista, continuò post patratum facinus, horrifico schemate occursat, mentémque omnem hominis impij, non vnâ formidine percellit; etiam cum corpus in sopore ac quiete sua est. VIII.

Virgil lib. 6. Æneid.

Quarta Furiarum est impio suus Vermis, & rea Conscientia.

IX. Ita de Nerone Cæsare, postquam præceptorem suum, matrémque sustulit, testatur Suetonius in hunc modum: *occisâ demum matre, vidit per quietem, nauem sibi regenti, extortum gubernaculum, trahíque se ab Octauia matre in arctissimas tenebras; & modò pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulachris gentium.* Et quanquam militum suorum, ac senatus populíque gratulationibus firmaretur in imperio, sæpe tamen confessus est Nero, exagitari se maternâ specie, & velut Furiarum verberibus, ac tædis ardentibus; nullóque loco posse tutum consistere. tandem igitur & ipse violentum sibi fecit vitæ exitum, dignum flagitijs suis.

Sueton. in vita Neronis Cæsaris.

Nero paricida, matris specie, ac velut furijs exagitatur.

X. Aptissima sunt, atque ad nostrum omnino scopum, quæ Plutarchus commemorat de improbi Vermis excubijs, tum ferocissimè sæuientis, cùm scelerum authoribus infesta somnia fabricat, graue tormentum ipsa in quiete: quam vt maximè capere velint, non possunt, obuersantibus perpetuò Furijs, certè tristissimis speciebus. Eius hæc est sententia,

Plutarchus de tarda Dei vindicta.

Ipsâ in somni quiete, nulla quies impijs. Demõstratur Exéplis.

Clytemnestræ.

Ad veritatem effinxit Stesichorus Clytemnestræ insomnium, dum ait:

Ince-

Digitized by Google

Incedere visus est Draco, cui humanum caput esset,

Rex hinc Plisthenidas, obtulit sese oculis.

Etenim insomniorum species, spectra, oracula, portenta, fluctus inijciunt & trepidationes. Velut Apollodorum ferunt in somnio vidisse excoriari à Scythis se, mox elixari, cor autem ex lebete, missâ voce dicere: Ego tibi horum author sum. Iterum filias flagrantibus corporibus, in orbem circa ipsum currentes: Hipparcham Pisistrati filium, paulò ante mortem, sanguinem sibi Venerem in faciem ex phiala infundentem. Ptolemæi Cerauni amici, vocari videbant eum à Seleuco in iudicium, disceptatoribus vulturibus & lupis, vimque magnam carnium hostibus partiri. Pausanias virginem ingenuam, Byzantiam Cleonicen ad stuprũ acciuit, vt eâ per noctem potiretur. quam, cùm accessisset, ex perturbatione quapiam & suspicione interfecit. Eam frequenter vidit in somnis sibi dicentem:

Apollodori

Hipparchi.

Ptolemæi.

Pausaniæ.

Tu cole iustitiam, téque atque alios manet vltor.

Cùm hæc visio non consisteret, nauigauit Heracleam ad Psychomantium; vbi cùm placâsset manes inferijs & libamentis, excitauit puellæ animam. Venit illa in eius conspectum, ac defuncturum illis malis ostendit, cùm Lacedæmonem venisset. quò vt venit, expirauit.

Vaticinium Pausaniæ datum, impletúmq;.

XII. Nolite hallucinari ô homines! non istos solos vnicósque, suum olim exercuit scelus; sunt hodieque, quibus post commissa crimina, nocturni soporis quietem interturbant formidolosæ imagines, rapiúntque obtorto quasi collo, per omnia iudicum tribunalia. Trepidat mens improborum, etiam imprudens, & nescio quæ sibi ipsa, nocturnis præsertim tenebris, spectra fingit, tristiáque simulacra; vt verissimè in tales quadret, quod apud Iob consignatum est: *In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt; & cùm spiritus me præsente transiret, inhoruerunt pili carnis meæ. stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem audiui; ecce! qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis repe-*

Spectra fictitia noctu somnũ flagitiosis interturbant.

Iob. 4. 13. & seq.

Digitized by Google

reperit prauitatem; quantò magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?

Accedit post eiusmodi nocturnarum vmbras cogitationum, altera longè tristior cura: *homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, vbi quæso est?* aut potiùs, vbi erit? quis eum locus excipiet? quæ æternitas? ah! glorioſa illa, & ter beata? an infelix altera, & à damnatis inferorum incolis toties damnata? Hem! ô bone, non sinit animus nocens, omnes impio horas, dies, noctes, fluere ex sententia candidas. Mala conscientia, eiúsque Vermis, quarta Furiarum est, & soporatos æquè, ac vigilantes fatigat impios; nonnunquam etiam de statu sanæ mentis deijcit. XIII. *Iob.* 14. 10. Nocturnæ imagines atque cogitationes timoribus plenę, apud scelerato.

Et vide, nisi mecum sentit M. Tullius in Pisonem, sic pro rostris declamans: *nolite putare Patres Conscripti, vt in scena videtis, homines conscelerato, impulsu Deorum terreri, Furiarum tædis ardentibus; sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat. hæ sunt impiorum Furiæ, flammæ, hæ faces.* XIV. Cicero in Pisonem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Cicero pro Roſcio. Et pro Roſcio inquit: *Suus quemque error maximè vexat, ſuæ malæ cogitationes, amentiæq; animi terrent. hæſunt impijs aſſiduæ, domeſticæq; Furiæ.*

PARAGRAPHVS III.

CONSCIENTIÆ MALÆ *Vermis, continui Metus timorúmque faber, ante oculos ponitur.*

I. Peccatori minimus ſtrepitus eſt ſuſpectus. MInimum etiam ſtrepitũ improbis ſuſpectum eſſe, planiſſimè quondam apud Iobum Eliphaz pronunciauit, verbis ſequentibus: *ſonitus terroris ſemper in auribus impij; &, cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.* Quod quàm verum ſit, Ægyptij commonſtrârunt, quando cum Rege ſuo Pharaone, obſtinatæ perfidiæ dederunt pœnas, teterrimâ inſolitáque per triduum caligine implicati. Itaque vt Sapiens deſcribit, *vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati; ſiue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos, auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſi-*

Iob. 15. 21.

Sapient 17. v. 18. & 19.

tissimis montibus Echo, deficientes faciebant præ timore.

II. Hem formidolosos Ægyptios! quis multùm ex nobis trepidat, cui quæso animus cadit, cùm ex præruptis saxa præcipitant? quis ad quotidianum vaccæ mugitum timet? quis pauet, cùm serpentis riuuli lene murmur audit, & obsibilantia inter molles Zephyros arborum folia, & alternantes ex ordine volucrum choros, & verba clamantium reciproca, eâdē fide remissa, quâ venerunt ad montes, specus, petras, fornices? voluptas est percipere, cùm è conuallibus, & locis concameratis, numerosiore repercussu Echo resonat.

Ægyptijs in triduana caligine, quiuis sonus suspectus.

III. Est etiam commune omnibus studium, cùm tristis hyems exacta est tandem, iámque placidum ver, melior anni pars, terram floribus & gramine vestit; considere ad ripas, atque inter blandos arborum strepitus, suauésq; auium cantus, curas omnes in præterlabentem tacitè aquam mergere. Et interim hæ tales illecebræ, fuerunt merissima Ægyptijs terriculamenta. nimirum *sonitus terroris semper in auribus impij, &, cùm pax sit, ille insidias suspicatur.* nulla ipsi vox est sine metu, nullus clamor sine suspicione, vndique timet, læsi Numinis vindictam.

Veris optata atque amata amænitas.

Digitized by Google

IV. Luculentus teſtis eſt Ariſtobulus. Vix iſte apud Iudæos regnum ſuum auſpicatus, matrem, auſam aliquid de poteſtate contendere, fame enecuit. Quin etiam Antigonum fratrem, criminationibus per maleuolos compoſitis victus, iuſſit à ſatellitibus interimi; certo documento, ius naturæ, fraternámque beneuolentiam, non poſſe calumnijs, inuidiæque perpetuò obſiſtere.

Ariſtobuli crudelitas in matrem, fratrémq;.

V. Ariſtobulus verò mox *facinoris patrati cogitatione ſolicitus* (verba Ioſephi ſunt) *perturbato animo tabeſcebat, donec mæroris acerbitate, viſceribus laceratis, ſubitò ſanguinem vomeret. Hunc ergo vnus è ſeruulis, eius miniſterio deſtinatus, foras efferens, prouidentiâ Numinis errauit; &, vbi Antigonus erat occiſus, ſuper extantes adhuc cædis maculas, cruorem interfectoris effudit. Vlulatu autem eorum, qui id conſpexerant, continuò ſublato, tanquam puer de induſtria ſanguinem illic libâſſet, clamor ad aures regis peruenit, cauſámque requirebat: & cùm eam prodere nullus auderet, ad reſciendum magis ardebat. ad extremum verò minitanti, vimque adhibenti, verum quod erat,*

Ioſephus de bello Iud. lib. 1. cap. 3.

Conſcientiæ malæ cruciatus Ariſtobulo viſcera lacerat.

Ariſtobulus clamorem temerè ſublatum formidat, cõſcius fratricidij ſui.

Digitized by Google

erat, iudicauerunt. Atque ille cùm lacrimis oppleſſet oculos, quantúmq; poterat, ingemuiſſet, hæc dixit. Sperandum certè non erat, vt maximum Dei lumen facta mea nefaria laterent, nam citò me vltrix cognatæ cædis iuſtitia perſequitur. quamdiu, ô corpus improbum, fratri matríque damnatam animam detinebis? quamdiu paulatim illis libabo ſanguinem meum? ſimul totum accipiant; neque iam meorum viſcerum inferias fortuna derideat. His dictis illico moritur, cùm non plus anno regnâſſet.

Conſcientia ſceleris Ariſtobulo animã extorquet.

Viden' mi bone! Ariſtobulus, cùm iam ſe ipſum deſignati fratricidij pœnitudine conficeret, & ex viſceribus, mæroris copiâ ſauciatis, ſanguinem ſpueret, timebat omnia, formidabat omnia; etiam clamor temere ſublatus ei ſuſpicionẽ mouit, mali impendentis, & caſuri fulminis. hinc tot examina, tot quæſtiones minis intermixtas, tot indignantis animi ſigna repetiuit, vt veritatem ab inuitis extunderet. Jta nimis verum eſt illud, *ſonitus terroris ſemper in auribus impij, &, cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.*

VI.

Timentis malè animi icon Ariſtobulus.

VII. Est non nemo, quem vincula & carcer captiuum tenent, incertum de judicis sententia, & fortunæ euentu. hic, quoties ad ianuam murmur audit, aut peregrinã loquentis vocem, jam putat actum esse de capite; iam timet se à carnifice raptum iri ad ferrum, laqueum, rotam, mortem. Et adest fortassis illâ ipsâ horâ, qui felicem nuncium fert de condonata vita. neque interim credit miser, cui tam ingens facta est gratia. nempe vt amantes sibi somnia fingunt, sic & metuentes; sed illi suauia, isti tristia fabricant, neque sibi vigilantibus fidem semper faciunt. Profectò *sonitus terroris semper in auribus impij; & , cùm pax sit , ille insidias suspicatur.*

Captiui ergastulo clausi, formidãt quamuis peregrini vocem.

VIII. Ah! quàm ex improbis multi sibi insidias apud pacem, & pacis amantes comminiscuntur! hinc est, quòd aliqui nolint dicentem ex pulpito Ecclesiasten audire! cùm enim deprehendunt, se non vno crimine reos, statim sua ipsorum Conscientia, atque vt Sapiens loquitur, *timida nequitia dat testimonium condemnationis.* Et, quia metuunt, ne bis condemnentur, horrent Oratorem in cathedrâ. Ex eodem fonte nascitur alia quorundam impiorum stultitia, persuadentiũ sibi, non aliena, sed sua duntaxat scelera

Improbi metuunt pulpita & sacros Oratores.

Sapient. 17. 10.

Scelerati sua duntaxat crimina putant pro concione perstringi.

Digitized by Google

lera perſtringi apud confertam in templo concionem; nouâ timoris pariter, & ruboris occaſione.

IX.

Appoſitè omnino, & clarè Diuus Chryſoſtomus: *talis eſt peccantium conſuetudo; omnia ſuſpecta habent, vmbras tremunt, omnem ſtrepitum timent, & quemque exiſtimant contra ſe venire; & alijs alia diſſerentibus, ſibi ipſis conſcij, cogitant illos de ſe ſermocinari. Talis res peccatum eſt, nullo arguente prodit, nullo accuſante condemnat, pauidum facit, & timidum peccatorem.*

S. Chryſoſt. Hom. 8. ad popul. Antioch.

Malè ſibi conſcius, ſuſpicatur contra ſe alios loqui.

X.

Beſſus apud Plutarchum, cùm patrem ſuum nefando parricidio ſuſtuliſſet, diúque id ſcelus clàm fuiſſet; poſtea temporis ad aliquos iens cænatum, nidum quendam hirundinum haſtâ incuſsâ deiecit, pullóſque ad vnũ omnes interfecit. Jnterrogatus à præſentibus de inſolentia facti: *non*, inquit, *auditis, hirundines falſa de me vociferari, & teſtari, me patris mei eſſe interfectorem?* Mirati, qui intererant, hunc ſermonem ad regem tulerunt, & Beſſus ſuo indicio accuſatus, tum deinde conuictus, pœnas luit. En, quàm non falſum ſit illud, *ſonitus terroris*

Plutarchus de ſera Num. vind.

Beſſus hirundines enecat, de parricidio ſuo arbitratus eas confabulari.

ſem-

ſemper in auribus impij; quia enim Beſſus garrientes audiuit volucres, credebat ſuum ipſis crimen, materiem eſſe confabulationis.

XI. Jdem hoc ingenium eſt ſceleratis; per-faſcinum putant, ſacros diuini verbi præcones, dum ad populum dicunt, hirundines eſſe, & ſua ipſis occulta flagitia obtrudere. quoniámque in eadem illa grauiter invehuntur, non ſine ſeueris vindictæ ſecuturæ denunciationibus, quot verba volant, tot fulmina contra ſe torqueri arbitrantur; cùm ſint fulgura tantùm, & coruſcationes, quæ rationabilem cauſam inijciant timendi Numinis; & doceant declinare ſolum illud formidabile Fulmen, quod Deus olim vibrabit in hoſtes pietatis, inimicos ſuos, cùm dicturus eſt, *diſcedite à me maledicti, in ignem æternum.* Repeto cum Eliphaz, *ſonitus terroris ſemper in auribus impij; &, cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.*

Concionatoris verba, velut Fulmina metuunt impij.

Fulmen verè formidandum, eſt fatalis illa ſententia Chriſti iudicis, Diſcedite, &c.

Matt. 25. 41.

XII. Sed nemo arbitrari debet, intra iſtos terrores malæ Conſcientiæ, omne eius malũ ſtare; numerant alij plura tormenta; inter-quæ jure merito grauiſſima carnificina cenſeri poteſt, ipſa cohabitatio impij hominis cum Verme ſuo; quemadmodum patebit ex ſequentibus.

PARA-

Digitized by Google

PARAGRAPHVS IV.

MISERABILIS IVXTA ATQVE infeliciſsima Cohabitatio, hominis flagitioſi cum Verme ſuo, deſcribitur.

I.

TOrmentum eſt omnis ſocietas, quæ inrixis & iurgijs debet caneſcere: vt non rarò fit apud diſcordes conjuges, quando vnus alteri palàm in aurem clamat;

Non poſſum tecum viuere, nec ſine te.

Et quia ſæpius contentionis vitium in fœminis eſt, enunciat clarè Sapiens: *melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa.* quaſi dicat; præſtat ſolum eſſe, & ab humana ſocietate fieri extorrem, quàm ſociam vitæ habere vxorem implacabilem. Neque immeritò: quia ſolitaria vita, etſi mutuo cõuictus ſolatio careat, nihil tamen turbarum habet; cùm interim mulier contentioſa, omnem prope viro tranquillitatem furetur. Accedit grauiſſima S. Chryſoſtomi cenſura, cuius hæc ſunt: *Scio ego, & aſpides blandimentis incantantium mitigari, leones, & tigres, & pardos domitâ feritate manſueſcere; non item mulier mala.* Itaq; ſecun-

Prou 21.19.

Cohabitatio viri cum muliere cõtentioſa, magnũ malum.

S. Chryſoſt. homil. 15. de Gorijs in Matthæum locis.

Feræ manſuefieri poſ-

ſunt, vix mala fœmina.

ſecundùm Sapientem, omnis cohabitatio cum rixoſa femina, longa tyrannis eſt.

II.

Grauior multò eſt cohabitatio cum Verme cõſcientiæ, quàm cum muliere rixoſa.

Neque tamen ad illud accedit ſupplicium, quod improbo facit indiſſolubilis ſiue conſuetudo, ſiue lucta cum Verme ſuo. Sicut enim poteſt maritus ad tempus domo abeſſe, atque vxorijs ſeſe moleſtijs, aliquo ſaltem ſpatio ſubducere; ita amoliri à ſe malã Conſcientiam nemo poteſt, adhæret vt indiuiduus comes, & vbiuis locorum, etiam in medijs epulis, tripudijs, choreis, ſomno, facinoroſi iugulum petit, ſecúmque viuentem trahit per continuos cruciatus in vltimum exitium. Libet huius mali imaginem aliquam proponere, in luctuoſiſſimo caſu, quo ſiue Draco, ſiue ſerpens, ſiue Vermis monſtroſus, miſerũ olim homuncionem inuoluit, quemadmodum Sanctiſſimus vir, Petrus Damianus, ab oculato teſte accepit, ſuíſque monumentis inſeruit totidem verbis.

Cohabitationis prædictæ imago, Draco biceps, hominẽ in ſpecum ſuam trahens.

III.

Petrus Damianus lib. 1. Epiſtol. ad sũmos Pontifices. Epiſt. 10. ad Alex. 2.

Quidam pœnitens ſub peregrino habitu, in noſtris partibus exulabat. Qui perquiſitus, quæ eum exiliari culpa compelleret? Cum cõuicaneo meo inquit, ad ligna cædenda pergebam, & ecce trabalis magnitudinis ſerpens, duobus attollens ſquamoſa colla capitibus, ſinuoſis flexibus obrepebat. Qui nos

vt

vt eò ambulantes aſpexit, continuò ſcintillans oculis, & tanquam linguis exacuens ora triſulcis, in nos impetum fecit. Cui protinus conuiator meus librata ſecuri, vnum caput abſcidit; moxq; ferramentum ex eius manibus cecidit. Protinus ſerpens in furoris rabiem implacabiliter efferatus, in ſublime ſe erigit, quod ſolum remanſerat, caput attollit, auctorèmque proprij vulneris, mordicùs apprehendit; quem mox vt inuaſit, ſinuoſis eum ſpiris implicuit & inuoluit, totúmque hominem ſuis viribus vindicans, in ſubterraneæ ſpecûs latebras aſportauit. Sed dum traheretur ille, quod ſolum poterat, me flagitat, in me clamoſas voces ingeminat, vt vel ipſe ſibi promptus adiutor accurrerem; vel ſecurim, quæ in meis erat manibus, porrigere feſtinarem. Ego autem infelix & degener, vltricibus flammis obnoxius, & ipſe potiùs à ſerpentibus meritò deuorandus, væ mihi homicidæ! contremui; & cùm manibus eſſet agendum, (cauſâ dictante) non pedibus, fugam paraui; ideóque à Sacerdotibus iniunctum mihi hoc exilium patior, méque,

Duellũ inter hominẽ & Draconem, ſeu ſerpentem.

Draco victor hominis, auxiliũ ſocij ſui nequidquam inclamãtis.

Exilium à Sacerdote iniunctum pœnitenti, ob neglectũ charitatis opus.

Digitized by Google

méque, vt reuera mortis illius auctorem, deflere compellor.

IV. Atque hæc narratio est hominis alienam miseriam lugentis, & scelus suum, quando rogatus, inuocatus, inclamatus à pereunte, vt morti eriperet, fidissimum sodalem, & pius esset, per flagitium inertissimæ formidinis dissimulauit. Neque se continere potuit B. Petrus Damianus, quin in hoc lugubri argumento animi sui intimos sensus aperiret. Sic igitur pergit.

Loco supra citato.

V. *Quæ gemendæ calamitatis historia, ita totum meum cor tremefacit & concutit, vt immensam cordis mei formidinem nec stylo tradere, nec sermone valeam proferre. Meditor enim sæpe, ecce homo & bestia, duo pariter in spelunca. non mediator interuenit, non ereptor accedit; ferinum sanè cor, pietas non emollit, præsertim cùm rabidæ voracitati, hoc etiam superadditur, vt illatæ contumeliæ grauis vltio compensetur. Quæso quæ rei huius tunc species erat, imò quæ mens miseri hominis esse poterat, cùm præda factus esset hosti, nescio misereri? cum euadendi spes nulla supereesset, sed potiùs cruentis den-*

Non bene conueniunt nec in vna sede morãtur, Homo & fera bestia.

tibus

tibus in eſcam traditis, ferinam protinus ingluuiem ſatiaret ?

VI. Quanquam hæc omnis carnificina adhuc tolerabilior eſt illâ, quâ Vermis malæ Conſcientiæ ſæuit in perditos mortales. Neque enim tantùm graſſatur in carnem, & corporis membra, ad diem vnum alterúmque, vt biceps illud monſtrum fecit; inuadit ipſum immortalem animum, & longiſſimo cruciatu, pérque omnem ſæpe vitam, ad inſaniam vſque exercet. Quid nî etiam hîc exclamem, *Ecce homo & beſtia ! duo pariter in ſpelunca*, duo pariter in eodē contubernio, duo intimè ſimul; ſed capitales inimici, cō jurati hoſtes, adamantinâ neceſſitate copulati in mutuas iras, odia, bella; ita tamen, vt impius Vermi ſuo ſuccumbat, tanto turpiùs, quanto ſæpius ad deſperatiſſima conſilia cogit eum victor deſcendere.

Miuùs bene cōueniunt, Homo & Vermis malę Conſciētiæ.

VII. Siquidem, vt frequentiſſimis experimentis comprobatum eſt, non pauci vltricis Conſcientiæ impatientes, ad mortem, quaſi leuius ſupplicium confugerunt. Itaque fuêre, qui longâ tyrannide, per breuem ſaltum, ac præcipitia ſe exemerunt. Alij inter fluctus & vndas hauſti ſunt, vt ſecum ſuum Vermem ſuffocarent. Nonnulli armatam ferro dexteram, in malè conſcium pectus,

Quídam vitam ſibi per violentiam abrúpunt, vt mali Vermis carnificinâ abſoluantur.

capulo tenus merſerunt; eodem vulnere cõfecturi & reum, & carnificem. Plurimi innexo gulæ laqueo, animam ipſi ſibi ſemel excluſerunt, ne inuitam trahere inter perpetua tormenta cogerentur.

VIII. Chryſoſtomum audiamus, cuius ſunt iſta: *ad eum modum Iudas Conſcientiam coarguentem minimè ſufferens, ad laqueum ſe conuertit, eóque ſibi ademit vitam. Et quidem cùm impudens illud pactum inire non dubitaret, dicens, quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? non eos qui id audiebant, verebatur, (nempe, quod Diſcipulus in magiſtrum eiuſmodi ſcelera moliretur) nec per eos dies, qui interea fluxerunt, vllo dolore pungebatur; ſed lucri voluptate temulentus, Conſcientiæ accuſationem non ſentiebat. At acceptâ pecuniâ, & lucri voluptate finitâ, criminis accuſatio vigere incepit; & tunc nemine exterius accuſante, nemine vim afferente, nemine cohortante, ſponte ſuâ abiens, pecuniam his, à quibus acceperat, proiecit, & ſcelus ſuum palàm confeſſus eſt, dicens: peccaui tradens ſanguinem iuſtum. neque enim Conſcientiam,*

D. Chryſoſt. Epiſt. 7.

Iudas auaritiâ ebrius Conſcientiæ Vermé initio non ſentit; poſtea ad reſtim actus eſt.

entiam, quæ ipſum coarguebat, potuit ferre. Ea enim peccati natura eſt, vt priusquam omnino perpetratum ſit, hominem afficiat temulentia; ſed poſt ipſum expletum, tũ voluptas ſeſe proripiat, & extinguatur; & ſolus deinceps ſtet accuſator Conſcientia, carnificis locum tenens, & peccatorem lancinans, & extremas pœnas ab eo exigens: donec & deſperationibus actum, præcipitet ad violentæ mortis conſilia. Quo quidem medio, id vnum impetrat ſceleratus homo, vt Vermis ſuus poſt breue temporis interuallum, iterum altero in orbe, grauiúſque furat, furoris tum ſui nullum amplius finem facturus; quia omnem excludit ſemel inchoata Æternitas.

Peccati voluptas temulentum facit hominem.

O! quiſquis inter inuiſa Cælo facinora, vitam miſerè, peſſiméque exigis, & pateris ſæuum intra præcordia tortorem, perime hoſtem domeſticum; perimendus ipſe, ſi peperceris, & iturus in exitium æternum, exitium multò quàm luctuoſiſſimum. Jnterrogas, quod remedium ſit elidendo Vermi? aio, contineri ſiue lacrymis, ſiue lacrymulâ, pœnitentis ſincerè animi. Nimirum vt medicinæ propemodum omnes, inſuaues ſunt, & fellis aliquid habent; ita extinguendo Ver-

IX.

Vermis nocentis Conſcientiæ perimendus.

Medicinæ inſuaues.

mi malo, dulce nullum valet antidotum; amaris acidísque balneis opus est.

PARAGRAPHVS V.

VERMIS MALÆ CONSCIENtiæ, Balneo lacrymarum mergendus, & suffocandus est.

I. QVod Herculem quondam fecisse fabulæ produnt, atque ipsis in cunis bellum cũ anguibus susceepisse; id nobis vniuersis necessarium est imitari, & quàm mox crepundijs positis, malitiosum nocentis Conscientiæ Vermem, persequi ad internecionem. Ad hos conatus luctámque, nos adigit sacramẽtum, quod in fonte Baptismatis, adhuc paruuli & elingues infantuli, alieno ore edidimus Christo Jmperatori; longè profectò sanctius, atque illud erat, quo Annibal nouennis puer, Amilcari parenti iurauit, futurum se æternum Romani populi hostem. Tenemur itaque tanquam iureiurando obstricti, & crimina, & criminum malam clausulam, prolémque noxiam, Vermem dico reæ Conscientiæ, animo excludere; quin etiam imprudentibus illapsum, omni studio extinguere. Sed quæstio est, qualis sit ratio seruanda in hac molitione; quandoquidem varijs modis, & Dracones, & Serpentes, & Vermes, ab hominibus interemptos lego.

Malæ Conscientiæ Vermem, velut hostẽ persequi ab ipsa infantia debemus.

Obligat nos sacramentum in Baptismo factum.

Plutarchus in Annibale.

Multiplex ratio necãdi dracones, serpentes, vermes.

Ducen-

Digitized by Google

II.

Ducentis ab hinc annis, in insula Rhodo, immanis grassabatur Draco, cladémque latè pecoribus atque hominibus inferebat. Et quoniam aliquammulti ex equestri ordine viri, infeliciter cum bestia congressi, eidem in prædam cesserunt; ideo supremus Equitum Magister, audaciæ leges posuit, adiectâ capitis pœnâ in eos, quos animi sui fiducia, & incertæ gloriæ stimulus, ad duellum cum impari hoste tentandũ impulisset. Gallus interim homo, Adeoditus cognomento, potestate in patriam redeundi acceptâ, ad conspecti Draconis similitudinem, domi suæ curauit imaginem effigiari, ita vt artificioso motu, vitam mentiri posset, quam non habebat. Aduersùs id monstrum, & formidandam fictitiæ molem bestiæ, velut pugnaturus Adeoditus, equum suum, binósque molossos, vt secum rem præclarè gererent, diuturno exercitio assuefecit. iámque probè assuefactos, in futuræ victoriæ laudem, socios sibi Rhodum aduexit. Jbi Draconem viuũ, præsentem totius Jnsulæ pestem, adortus, auxiliantibus equo ac molossis suis, feliciter confecit.

Hieron. Possius.

Gallus Eques pestiferi Draconis ingenio sus victor.

Equus & molossi, aduersùs Draconẽ docti pugnare.

III.

Est & illud plenum admiratione, quod Veteres suis monumentis consignârunt, de invsitatæ magnitudinis Serpente, cuius longitudo centum & viginti pedes tenebat. Sta-

Serpẽs immanis oppugnatus, atq; expug-

natus. ab Attilij Reguli exercitu.

bulabatur hęc beſtia apud Bagradam flumen, quo tempore ibidem Attilius Regulus, caſtra ſua poſuerat. Et neceſſarium duxit hunc hoſtem delere, antequã Pœnos inuaderet. Jtaque velut ingens oppidum expugnandũ foret, omnem exercitum eduxit in campum, acies inſtruxit, balliſtas admouit, ſtetítque res non paruo labore, donec debellatũ fuit; ſpatioſiſſimâ monſtri pelle, velut pulcherrimo virtutis ſuæ ſpolio, Romam in ſpectaculum advectâ.

Gellius lib. 6. noct. attic. cap. 3. Plinius lib. 8. nat. hiſt. cap. 14.

IV. Nemo ſibi perſuadeat, vt Vermem malum improbæ Conſcientiæ enecet, opus eſſe his talibus machinis, catapultis, balliſtis, alióque difficili militarium armorum apparatu; aut etiam ferocientibus equis, exercitatis moloſſis, quibus ſupra Adeoditus vſus eſt. Jnimicus noſter Vermis, ſine haſta, glædio, ſagitta, perimi poteſt. balneo non magno, non operoſo poteſt ſubmergi. Pauculæ lacrymulæ, quas pœnitentes oculi effundunt, ſuffocando iurato hoſti, ſatis ſunt. Explico animum meum, rémque totam clariùs ante oculos conſiderandam propono.

Vermis impiorũ tortor, lacrymis pœnitentię mergendus.

V. Memorabile quidpiam olim Ferariæ contigit. Juuenis ea in vrbe erat, vt apparebat, robuſtæ valetudinis, & qui longam poſſet ſperare ſenectam. Sed interrupit ſpem inopinata mors, juſsítque animam hoſpitio

Sauanarola cap. 6. in Michaam.

ſuo

Digitized by Google

ſuo præproperè migrare. Indignabantur alij de tam duro imperio; alij mirabantur, & mali cauſam indagaturos Medicos, in conſilium cogunt. Illi poſt breuem deliberationem viſcera inſpecturi, corpus aperiunt; rimantur iecur, pulmones, ſplenem; nihil vſquam vitij deprehendunt; integra vident omnia, ſanáque: tandem vbi cor ſcrutari cæperunt, Vermem in eo conſpiciunt, fædâ lanienâ graſſari. Abſtrahitur ergo peſtifer inquilinus ab exeſo, maléque mulctato corde; mox etiam ad mortem condemnatur, quam inſonti adoleſcenti attulerat. atque vt ſupplicium citò penderet, mergitur varijs liquoribus, nec tamen ſubmergitur; donec in ſuccum è cepis, alliiſque expreſſum, coniectus eſt; ibi denique crudelis heluo animam egit.

Iuuenem conficit Fariæ inteſtinus Vermis.

Idem Vermis ceparũ liquore perimitur.

VI.

Quiſquis es ô bone, mentem applica. Fortè alienum te peculium vrit, *metíſque vbi non ſeminâſti, & congregas vbi non ſparſiſti*, facturus compendiosè lucrum ex furto, rapina, malis fraudibus. Fortean' inuidia te expugnauit, & inueteratum odium, perſuaſítque pingui officio & fortunâ ſuâ, innocentem deturbare. Fortaſſis Veneris te troſſulus ſagittâ fixit, egítque præcipitem ad proſtibula, & turpes ſcortorum amores. Forſan intemperantior gula te beſtiam fecit, & iuſſit

Luca 19.21.

Materiam naſcendo Vermi malo, ſubminiſtrant noxæ.

humi repere, cœlo natum; aut quod his omnibus grauius eſt, forſitan ſpes mirandarum artium, ad Sathanæ te gymnaſium duxit, docuítque cœleſtem Magiſtrum, Deum execrari, vt magnis incrementis nouam è ſtyge diſciplinam caperes.

VII. Poſt hæc talia facinora, auſúſque temerarios, id tibi denique vſuvenit, quod clariſſimis verbis ſibi olim Cain dictũ audiuerat; *Gen. 4. 7.* *nonne ſi bene egeris recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quâ ſententiâ notatur infeſtus Vermis, qui poſt deſignatum facinus, ſine mora dentem infigit reo, eiúſque cor ſenſim ad interitum depaſcitur; niſi mala peſtis, & domeſticus tortor perimatur in ortu ſuo.

Vermis malus cor impij poſt ſcelus ſenſim depaſcitur.

VIII. Vis igitur miſer, peſtiferum Vermem, natum tibi in ſcelere tuo tyrannum, citò extinguere? affunde liquorem, & merge. ſed caue affundas frigidã, aut lac, mel, mulſum, vinum; hæc talia delicatæ illi ſunt balneæ, quibus ſine damno innatabit; affunde potiùs aliquid de aceto, de felle, de cepis & allijs; verbo dico, lachrymas affunde, quas cepæ & allia ex mortalium oculis ſolent elicere. Hîc ego malis omnibus, quos proprij criminis culpa fædauit, illud breue inculco, quod Bias, vnus ex Græciæ ſapientibus, olim Haliatti, Lydorum Reg. faciendum ſuaſit, in

Aceti vice, lachrymæ ſunt pœnitentium, ſuffocando Vermi improbo.

hæc

hæc verba; *Ego Haliatti mando cepas comeſſe.* *Caelius Rhodiginus l. 12. antiq. lect. cap. 4.*

IX. Stetit rex admirabundus ad tam tenebricoſum ænigma, juſsítque ſapientes ſuos hîc Oedipos eſſe, & euoluere latentem in abſtruſa ſententia veritatem. Vox omnium vna erat, eadémque, cepis (quia lachrymas ex oculo prouocarent) lachrymas notari, fundendas omnibus vniuerſim mortalibus, inter communes humanæ vitæ calamitates, quibus Regum purpuræ non minùs ſubiectæ ſunt, atque viles mendicorum centunculi. Ego verò hanc pulcherrimam Biantis gnomam, refero ad peccata, velut maximum humani generis malum, nunquam non deflendũ; & mando peſſimo cuique, *cepas comeſſe*, hoc eſt, lachrymari, & flagitia ſua largis oculorum imbribus aſpergere, Vermémque ex ſcelere genitum, hoc medicinali ſucco mergere. *Lacrymis deploranda humana miſeria.* *Sed multò magis peccata.*

X. Quanquam neque pluuijs magnis opus eſt; lacrymulæ pauculæ, quas verus dolor, ſinceráq; pœnitentia ex oculo protruſerit, ſufficiunt inteſtino hoſti elidendo, afflictæque per noxam Conſcientiæ, in optatam tranquillitatem reſtituendæ. Confirmat ſententiam meam calculo ſuo S. Chryſoſtomus: *Sicut poſt vehementes imbres (inquit ipſe)* *D. Chryſoſt. homil. 6. in c. 2. Matth.*

mundus aër ac purus efficitur; ita etiam lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas, omníſque illa de peccatorum tenebris, offuſa caligo diſſoluitur.

Lachrymas pœnitétiæ, ſequitur tranquillitas mentis.

XI. Expertus eſt re ipsâ hoc ingens lachrymarum bonum, vir grauiſſimus Raymundus, vnus ex albo D. Dominici, quem in ſacris olim Moderatorem habuit S. Catharina, Senenſis vrbis ampliſſimum decus. Hic locupletiſſimus teſtis, de ſe ipſo in publicas tabulas retulit, quòd aliquando ſuam in Chriſto filiam, Catharinam acceſſerit, efflictim obteſtatus, vt à Deo bullam plenariæ Jndulgentiæ, (ſic loqui placuit) impetraret; indubium ſignum expiatarum plenè culparum, veniáque acceptæ. Credibile eſt, in eam vſque horam, morſicantem ſubinde vermiculum aliquem ſenſiſſe.

Bellarminus lib. 3. de gemitu Columbæ c. 1.

Raymundus Bullam petit plenariæ Indulgentiæ à Deo.

XII. Recipit tum Virgo facturam ſe, quod poſtulata eſſet, vrgente non vnâ debiti obſequij obligatione. Jtaque die poſtero, cum pro obtinenda Magiſtro ſuo bulla, linguam, animúmque in preces largè effudiſſet, iámq; quid agendum inſuper foret, à Sponſo Chriſto edocta eſſet, Raymundum adijt; cæpítque alia omnia cogitanti, de diuinis beneficijs ſermonem obtrudere, fædámque mortalium ingra-

S. Catharina Senenſis Raymundo impetrat contritionem.

ingratitudinem, calidiſſimis verbis deteſtari; quippe, qui DEVM, ſummum bonum, mille ſceleribus ad iram laceſſere non formidarent: eò plectendi atrociùs, quò ſæpius poſt conniuentiam deliquiſſent.

XIII. Nondum virgo ad epilogum venerat; cùm Raymundus ſibi viſus eſt coram intueri, omnes vitæ ſuæ noxas, quaſi in grandem cumulum aggeſtas; ſtatímque dolentis animæ impetu, in largos ſimul fletus, & miſtos lacrymis rugitus, liberaliſſimè prorupit; erátque non paruum periculum, ne tam prodigè errores ſuos deplorantis, cor & pectus rumperetur. Vbi vidit Catharina adeò ſinceri doloris teſtes, lacrymas in Raymundo, diuino afflatu plena, *hæc* (inquit) *eſt bulla Indulgentiæ, quam tibi Dominus miſit.* Alluſit ad pœnitentis oculi fletum, eúmque dixit certum argumentum eſſe veniæ, criminibus à Deo conceſſæ. Sanè ex eo tempore ſerenitas ſua menti acceſſit, Vermíſque, quiſquis ille fuit, ſeu dubiæ, ſeu ſcrupuloſioris conſcientiæ, pijs lacrymis hauſtus fuit.

Memoria peccatorũ lacrymas excutit Raymundo.

Bulla Indulgentiæ, ſunt lacrymæ, profectæ ex ſincero de culpis dolore.

XIV. Quod ſi ita eſt, & pauculis lachrymulis ſerpens per ilia coluber perimitur, quid agimus? cur non poſt flagitia noſtra, quiſque ſtillas aliquot fundimus, & communi ploratu ſanamus factum Conſcientiæ vulnus? Id actitatum quondam à Iudæis reperio, quando Ge-

Suadentur piæ poſt peccata lacrymæ.

Exemplo Iudæorum.

do Genius cœleſtis, Numinis vice, grauem querimoniam depoſuit, ſequenti ſententiâ:

Iudicũ 12.1. *Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui Patribus veſtris, & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum, ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuertere-tis; & noluiſtis audire vocem meam: cur hoc feciſtis? quamobrem, nolui eos delere à facie veſtra, vt habeatis hoſtes, & dij eorum ſint vobis in ruinam.*

Grauis increpatio neglectæ obedientiæ.

XV. Hem! quam valida neglectæ Obedientiæ increpatio, poſt tot præſtitas liberaliter gratias, & factas tam amplas promiſſiones, ictúmque inſuper fœdus? fulminati fuerunt Hebræi hac manifeſtâ longi ſupplicij denunciatione. Et quid putamus eos in rebus adeò arctis egiſſe? audi ſacrum Canonem. *Cum loqueretur Angelus Domini hæc verba, ad omnes filios Iſrael, eleuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt; & vocatum eſt nomen loci illius, locus flentium, ſeu lachrymarum.* Publica hæc ludæorum comploratio, luculentum fuit teſtimonium veri doloris, quem animo conceperant poſt agnitam culpam.

Iudicũ 2.4.

Publica Iudaici populi comploratio, poſt agnitã prævaricationem.

Serarius hic in Commentario.

Quin

XVI. Quin igitur ſequimur, & cùm acclamat bonus Genius, cùm nos Conſcientia arguit ſcelerum, factíque per nefas fæderis cum habitatoribus terræ, Baccho, inquam, Venere, Sathana, damnatâ ſocietate: cur non aperimus fontes oculos? & in loco flentium, in valle lacrymarum conſtituti, cur non affundimus lachrymas, placando Numini, & ſerenandæ Conſcientiæ? nõ erimus primi; præiuerunt exemplo laudabili complures è Sanctorum numero, docturi poſteros, nihil hac in re inſolens fieri.

In hac Valle lacrymarum, lacrymę fundendæ propter peccata.

PARAGRAPHVS VI.

EXEMPLO SANCTORVM, lachrymæ affundendæ Vermi, laceranti impium poſt noxam.

I. AGmen piè plorantium ducere poteſt Rex in Iſraël, Dauid. hic quantùm deflerit geminum ſuum crimen, adulterij & homicidij, iam quoque condonatum à Deo, ipſe loco non vno faſſus eſt. Vix poculum ori admouit ſitibundus, & fontana temperando vino fluxit, ex ſiphone oculo; hinc illud eius teſtimonium; *potum meum cum fletu miſcebam.* Neque hîc ſtetit optimi Regis pœnitentia; ſed quia interdiu plerumque animum ſibi rapiebant negotia domeſtica, ciui-

Sanctorum culpas ſuas deplorantium, exemplũ Dauid.

pſ. 101. 10.

ciuilia, bellica, quo minùs indulgere posset deplorandæ culpæ; idcircò cõpensaturus nocturnis tenebris, quod claro sole neglexerat,

Psal. 6. 7. *lauabo* (inquit) *per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.*

II. Molestissimus labor, & præsertim Regibus insuetus; cum dormiendum est, insomnes noctes trahere. neque vnam duntaxat, alteramuè, sed singulas: & interim deflere piacula, lachrymísque tam copiosis, quæ sufficiant lecto rigando; parum hoc; etiam lauando. Quid ni DEVS has vespertinas pluuias, hunc matutinum rorem, benigno oculo aspiceret? Pulchrè, atque ad propositum de Dauide S. Chrysostomus scripsit: *cùm omnes quietem & otium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, suáq; profitenti mala.* Quis vero ad iugem hunc fletum compulit Dauidem, iam defæcatum? nemo præter vermiculum vnum, intra ilia latentem. hic post designatum, condonatúmque facinus, importunissimè tamen molestus fuit: *peccatum meum contra me est semper*, clamat querulus Dauid; manifestè notans perpetuũ Conscientiæ remorsum. Hinc illæ tot lachry-

S. Chrysostomus concione 1. de Lazaro.

Psal. 50. 5.

mæ,

mæ, apertis ſemper oſtijs fluxerunt, vt malè natus Vermis, his denique acidulis mergeretur.

III. Equidem hunc pium Regem, peccatis ſuis conſtantiſſimè illachrymantem, videtur laudandâ æmulatione olim S. Petrus, Apoſtolorum caput, imitari voluiſſe. Cùm enim ab imbelli vna ancillula, ad trinam Domini abnegationem deiectus eſſet, improuidus æquè ac meticuloſus pugil; ſimul vt gallum accinentem audijt, ſenſítque vermiculum, exercitæ perfidiæ monitorem, *Petrus fleuit amarè.* Alterũ exemplũ, Petrus Apoſtolus. *Luca. 22. 62.*

IV. *Rectè* (inquit D. Ambroſius) *Petrus flevit, & tacuit; quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari; & quod defendi non poteſt, abluipoteſt. Lacrymæ, tacitæ quodammodo preces ſunt. Veniam non poſtulant, & merentur; cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur. Vtiliores lacrymarum preces ſunt, quàm ſermonum. ſermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma ſemper totum prodit affectum. Et ideò Petrus mauult cauſam ſuam flere, quã dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri.* Et poſt paucula. *Vide quantum* D. Ambroſius ſer. 46. de pœnitentia Petri.

fletus

fletus profuerit Petro; antequã fleret, lapsus est; postquam fleuit, erectus est: & qui ante lacrymas prævaricator extitit, post lacrymas pastor assumptus est, & alios regendos accepit, qui priùs se ipse non rexit.

V. Heu! quàm longè à Petro absumus mortales! multi post deflenda sanguineis guttis facinora, cum Heracliti esse deberent, Democriti fiunt, & quidquid domi cachinnorum habent, largissimè effundunt; atque (quod Sapiens deplorat) *lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Prouerb. 2. 14. Ita non pauci, cùm alijs insigne conuitium fecêre, cùm manifestarium damnum intulerunt, cùm clandestinâ se vindictâ probè vlti sunt, cùm litârunt Veneri & Baccho, aut impium Numen, Diuósque cœlites, iniuriosè blasphemi fuêre; tum demum splenem in petulantem risum soluunt. Verè pessimi mortales, verè fatui, verè deflendi; siquidem eorũ *risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit.* Pron. 14. 13.

VI. Longè sapientiùs egit Petrus; post turpem perfidiæ, & vnius lapsum, fleuit, & scripturâ teste, *fleuit amarè.* Neque contentus vnâ criminis deploratione fuit, repetiuit eandem sæpius, erátque illi solenne, per omnem

nem dein' vitam reliquam, quotidie ad primum galli cantum, ſtrato leuare corpuſculum, prouolui in genua, & per noctis reliquias, inter vota precéſque, patratam olim culpam iugiter deflere; factúmque eſt, vt ex continuo ſtillantium oculorum fluxu, ſulcos in genis acciperet, binóſque velut canales, præclarum dolentis animi honeſtamentum. *Clemens Alex. lib. 1. Recognit.*

VII.

Jungamus verò lachrymanti Petro, ſociam Magdalenam, & ipſam à lachrymis ſuis famoſam. Hæc vt orbi conſtaret, quantùm priora, luxuriantis vitæ iterata ſcelera damnaret; Magiſtro ſuo IESV, cuius doctrinâ dediſcere cœpit turpitudinem, nouo atque inſolenti exemplo balneum parauit: ſed ex ijs aquis, quas oculi miniſtrârunt, & veriſſimus de ſceleribus dolor. Facundè S. Chryſoſtomus in deprædicanda Magdalenę pœnitentia, ait: *illa in Euangelio meretrix, incredibilis in Chriſtum amoris igne ſuccenſa, & à maximis ſordibus peccatorum, largiſſimo lacrymarum fonte purgata, quia perfectè incaluerat pœnitendo, bacchari (vt ita dixerim) cœpit, deſiderio exagitata Chriſti. ſiquidem continuò & crines reſoluit, & ſanctos pedes vberius diluens lacrymis, ac pro-* Exemplum tertium, S. Magdalena. *S. Chryſoſt. hom. 6. in c. 2. Matth.*

prijs extergens capillis, pretioſo rigauit vnguento. Nullæ Diocletiani thermæ, placuiſſent Chriſto præ iſtis balneis; quas vt inſigniter commendaret, conuiuatori Phariſæo, neſcio quid obmurmuranti, palàm obtruſit, *intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.*

Luca 7. 44.

VIII. Eſt & aliud diuinæ approbationis in lacrymante Magdalena argumentum. Fuit, quem præteritæ vitæ næui, anxium, triſtémque fecerunt, etiam poſtquam in Religioſo Statu eos emaculâſſe videbatur. fortean Vermis adhuc aliquis lacerabat conſcientiam; & hinc perpetui ex capite imbres fatigabant ſollicitum hominem. Cùm ecce ſomnianti illi, obijcitur Chriſti ſpecies, Sacerdotis more, in ara operantis, ſacrúmque calicem ſæpius circumfuſæ plebi offerentis, ſpectandũ. Admirans ſoporatus, tam frequenter id fieri, viſus ſibi eſt interrogare Myſtam, cur toties tandem poculum ſuum, contemplandum propinaret? audiítque à Domino, câ ſe gratiâ facere, vt liquidò conſtet omnibus, quanti æſtimaret fletum, ſincerè de peccatis dolentium; hoc ſiquidem aureo vaſculo contineri Magdalenæ omnes lachrymas, quas ad pedes ſuos, in domo Simonis non parcè profude-

Lib. de illuſtribus Viris Ord. Ciſterc. ſpecul. Exempl. V. Contritio, Exemplo 2.

Lachrymæ dolétis Magdalenæ, quã Chriſto gratæ.

fuderat; liquorem quouis opobalſamo præſtantiorem, & certum ſuffocando malo Vermi medium. Docilis erat diſcipulus, qui hæc talia in ſomno ſpectabat; cœpit enim exinde adhuc largiùs lamentari, noxáſque frequentioribus lachrymis eluere, cùm videret hunc ſuccum præ cæteris Deo, Diuíſque ſapere.

IX. Suauiſſimè mellifluus Bernardus; *lacrymæ pœnitentium ſunt vinum Angelorum: in illis odor vitæ, ſapor gratiæ, guſtus indulgentiæ, ſanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas, & ſerenatæ Conſcientiæ ſuauitas.* En, paruulæ ſtillæ, quas ſerius dolor protrudit ex oculo reſipiſcentis, reconciliant prouocatam Numinis iram, amiſſum gratiæ theſaurum reparant, læſam innocentiam redintegrant, ſerenant perturbatam mentem, Vermem ilia rodentem necant. denique Angelorum ſunt nectar. Mi DEVS! quàm ingentia bona condis, vel vnâ aquæ guttulâ? ſingulæ lachrymæ, ſinguli tibi ſunt vniones; præ omnibus illis longè ſapidiſſimi, quos Cleopatra quondam, nouiſſima Ægypti Regina, maceratos aceto, glutire ſolita eſt; nimis prodigâ voracitate, & cum grandi magnarum opum clade.

S. Bernardus ſuper Cant.

Quãta bona ſub parua pœnitétium lacryma continéantur?

X. Refert Plinius, duos olim fuiſſe vniones, per totum orbem celebratiſſimos, eóſq;

Plinius ſecundus lib.

9. naturalis historiæ. cap. 35.

possediſſe Cleopatram, per manus Ægyptiorum regum ſibi traditos. Hæc cùm Antonium Romanum, Amaſium ſuum, exquiſitis quotidie epulis cerneret ſaginari, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, lautitiam eius, omnémque apparatum obtrectabat. Quærente illo, quid aſtrui magnificentię poſſit? reſpondit, vnâ ſe cænâ abſumpturam centies ſeſtertiûm, hoc eſt, iuxta monetæ noſtræ calculum, ducenta quinquaginta millia aureorum coronatorum; ſiue, trecenta duodecim millia dalerorum, & quingentos.

Certamen de luxu & pretio cænæ.

Henricus Vranius in Epitome de rerumaria tanti æſtimatũ Cleopatra Vniouem ait.

XI. Fieri hoc nequaquam poſſe putabat Antonius; cupiebat tamen diſcere. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die, Cleopatra magnificam cænam, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationémque expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturámque ſe eâ cænâ taxationem confirmans, inferri ſecundam menſam iuſſit. Igitur ex præcepto miniſtri ante eam poſuêre vaſculum vnum aceti, cuius aſperitas vſque in tabẽ reſoluit margaritas. Gerebat auribus Cleopatra, tum maximè ſingulare illud, & verè vnicũ Naturæ opus, Vniones geminos, Ægyptiornm regum gloriam. Itaque expectante Antonio, quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, & abſorbuit; paranti ſimili modo & alterum abſumere, injecta manus

Cleopatræ pretioſiſſimus Vnio, in cæna abſumptus.

Digitized by Google

manus fuit; victúsque Antonius pronunciatus.

XII. Traxerunt Romani in exemplum, hanc tam pretiosam Cleopatræ gulam, atque vt ipsi quoque scirent, quid saperent margaritæ, non semel mensis suis adhibuerunt. Et quidem Clodius Tragœdi Æsopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, Romæ epulum, in quo singulos vniones (magni censûs) conuiuis absorbendos dedit, raras delicias. Nemo arbitretur fuisse tantùm Ægyptios olim, aut Romanos, delicatioris palati; amat & DEVS cupedias suas, amat Vniones suos, non quales marina concha peperit Cleopatræ; sed quales ex oculo impij nascuntur, cum obstetricante dolore, pœnitentiáq; scelerum, verissimæ lachrymæ defluunt in genas. Ausim dicere, pœnitentem flagitiorum suorum hominem, tot pretiosissimos vniones DEO offerre, quot sinceras lacrymas fuderit; dignissimas Vnionum nomine; quia cum Deo vnum faciunt eum, quem diuiserat improbitas, longáque culparum catena dæmoni adstrinxerat.

Plinium supra loco cit.

Vnionibus comparantur lachrymæ.

XIII. Candidè Iudæis olim fatebatur Isaias; *Iniquitates vestræ, diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.* Sed & Sapientis sunt ista: *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus*

Isa. cap. 59. 2.

Prou. 5. 22.

peccatorum ſuorum conſtringitur. Septuaginta ſic legunt; *& catenis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur.* In hunc ferè ſenſum S. Auguſtinus loquitur: *prauitas ſibi connexa, ducitur in longum, & non cogitat præcidere, quod malè texuit, ſed addere, protendere, vt habeat in fine, vnde illi ligentur manus & pedes, & proijciatur in tenebras exteriores.*

S. Auguſtinus in pſal. 139.

XIV. Agite ergo mali, & ad calculum reuocate libidines veſtras, inueterata odia, canescentem invidiam, malas ſtrophas, ſuperſtitioſas artes, exercitam millies gulam, aliáq; non leuia piacula; ſingula hæc fila ſunt & annuli, quibus ipſi vobis nexuiſtis funes, catenáſque, vt forent mancipia, quæ miſerè captiua, carnifex diabolus duceret ad ſupplicium. Sed ſi vobis animus eſt, his Sathanæ vinculis ſolui, abire in libertatem filiorum Dei, ipſíque iterum Numini ſuauiſſimè adſtringi, alijs opus non eſt impendijs, vnus Vnio, vna lachrymula, ſinceræ pœnitudinis ſoboles, rumpere poteſt quoslibet, vel adamantinos ſcelerum nodos. Audi rem prodigioſam, & fidem dictis habe.

Lachrymis ſoluuntur vincula, quibus ſe ipsũ induit ſceleratus homo.

XV. Fuit homo improbus, qui nunquam verbo Dei audiendo, templum viſeret; fortè

Collector Speculi in

hamum

hamum timuit, ne reluctantis animus ad meliora traheretur; & sanè multi odisse solent, vndè timent meliores fieri. Semel tamen, cùm famosus Orator pulpitum conscendisset, curiositate magis quàm pietate ductus, in conferta multitudine audijt dicentem. Sed qui pro rostris stabat, vehemens contra vitia declamator, clarè conspexit, misero illi adsistere ad latus lictorem dæmonem, à quo vinctus tenebatur catenâ longâ, cuius singuli nexus & annuli, ex singulis noxis in vnum ferrum visi sunt coire. Jgitur ex hoc tam tristi spectaculo, nactus occasionem Ecclesiastes, cœpit ostendere, quàm graui seruitute, quàm durâ captiuitate, apud humani generis hostem, omnes illi detineantur mortales, qui exleges apud Deum, & libertini, licentiosam in vetitis voluptatibus vitam sequuntur. Dúmque id fortiter agit, altùm alter ingemiscens super sceleribus suis, pœnitentiæ exordium à fletu largissimè fecit. Mox in cathedra orator, inconniui oculo flentem obseruat, vidérque ex illis beatis imbribus, guttulam vnam, hoc est, lachrymulam, super catenam cadere, & continuò eam suo allapsu rumpere, miserúmque captiuum iam exemptum vinculis, in felicem libertatem restituere.

Speculo Exempl. V. cõtritio Exemplo. 11.

Dæmonem lictorem ad latus habet impius.

Lachryma pœnitentis, rumpit catenam Sathanæ.

En quid, quantúmque possit vna verè XVI.

dolentis animi lacryma; vnus Vnio, pœnitenti oculo excluſus; & à cacodæmone abiungit, & Deo jungit, copulátque firmiſſimè.

D. Chryſoſtomus in c. 2. Matth. homil. 6.

S. Chryſoſtomum audi: *nihil ita conglutinat, atque vnit Deo, vt illæ lacrymæ, quas peccati dolor effundit.*

XVII. O quiſquis adhuc gemis ſub laqueo dæmonis, ſub ferrea delictorum compede, *Iſa. c. 58. 6.* *diſſolue colligationes impietatis*, lacrymulam ſinceram affunde, & liber es, & iterum cum Deo vnus. Hîc ſi aridus fueris, hinc ſi abſq; vera pœnitudine migraueris, durus te carcer, dura vincula, duriſſimæ æternitati adſtringent. Non igitur vanè exclamat S. Bernardus; *quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, vt præueniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, & manuum pedúmque dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, vrentium, nec conſumentium.* Hæc credo etiã cauſa eſt, cur Dauid, Petrus, Magdalena, & ſexcenti alij ſancti, quà verbo, quà exemplo, reos ad fletum poſt noxas inuitent.

Lacrymæ commendantur reſipiſcentibus.

S. Bernardus ſer. 16. in Cant.

XVIII. Audi S. Cyprianum: *Quæſumus fratres*, (inquit) *acquieſcite ſalutaribus remedijs,*

S. Cyprian. lib. de lapſis

dijs, cum lacrymis noſtris, lacrymas jungite veſtras, cum gemitu noſtro, gemitus veſtros copulate; rogamus vos, agite pœnitentiam plenã, dolentis ac lamentantis animi: nec vos quorundam moueat, aut error improuidus, aut ſtupor vanus, qui, cùm teneantur in peccato, percuſsi ſunt animi cæcitate, vt nec delicta plangant, nec intelligant indignantis Dei maiorem hanc eſſe plagam. medelam vulneris negligunt, agere pœnitentiam nolunt, ante admiſſum facinus improuidi, poſt facinus obſtinati; nec priùs ſtabiles, nec poſtmodum ſupplices.

PARAGRAPHVS VII.

CHRISTI EXEMPLO, DOcemur illacrymari peccatis noſtris, malo Vermi intra viſcera perimendo.

ERit fortaſſis, qui ſe hîc eximere conabitur, & ideò continere ſuas lacrymas volet, iuſti mœroris poſt culpam argumentum; quòd fletus arguat effæminatum hominem, non maſculum animum. Certè viris olim ploratum omnem interdixit Plato. Et quon- I. *Plato de rep. dial. 3.*

Seneca epistol. consolatoria.

dam in Lycia, teſte Senecâ, viro nulli licuit deflere charorum mortem, aut quoduis ſequioris fortunæ damnum, niſi muliebriter veſtito. Sed hæc ita ſint, nullum interim Chriſtiano hòmini, etiam viro, probrum eſt, poſtquam temerarius in diuinas leges peccauit, in pias lacrymas ſolui, & abluere maculas, quibus animam fædiſſimè contaminauit. Hanc tali ex cauſa flendi conſuetudinem, exemplo ſuo comprobârunt non ſolùm Sancti, copioſo numero, ſed, quod caput eſt, Chriſtus ipſe.

II. Vix humani generis Seruator, Deus homo, mortalitatis noſtræ anguſtias intrauit, & fecit, paſſúſque eſt cæteris infantibus paria, illúdque verè ſibi accomodauerit, quod olim Sapiens ſcripſit: *& ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram, primam vocem, ſimilem emiſi omnibus, plorans.* Neque ſtetit fletus in ſola Chriſti infantia; etiam vbi in virum euaſit, repetiuit ſæpius triſtem plorantium cantilenam. Res admodum rara eſt, vir conſtans, & lacrymis ſuis madens. Plus tamen inſolentiæ habet, ſi vir Rex quiſpiam, auro & oſtro præfulgidus, in copioſum imbrem ſoluat oculos; fuítque portenti inſtar, quod de Rege Ezechia memorat Scriptura, *fleuit Ezechias:*

Sap. 7. 3.

Chriſtus infans fleuit & Vir.

Iſa. 38. 3.

neque

neque id leuiter tantum, sed, *fleuit Ezechias fletu magno.* & quidem luctuosus de præpropera morte nuncius, ei tam liberaliter lacrymas expressit. Sed Dei Filium in humana carne, Regem gloriæ, gaudium Angelorum, quid tandem potuit obnubilare, vultúmque serenissimum in tristes pluvias cogere? Quæstionem verbo expedio, & aio; Christo potissima flendi materia, & occasio fuit, nostra hominum siue malitia, siue malitiæ appendix, pœna.

III. Ieroſolyma cũ ciuibus ſuis, olim materia fuit lacrymantis Chriſti.

Jta cùm semel triumphanti similis, Ieroſolymam ingrederetur, procul vrbe conſpectâ, lacrymis festiuam solennitatem turbauit: sed illas excussit obstinata Iudæorum pertinácia, Christum Messiam exsibilantiũ, justissimè vindicanda. S. Lucæ verba sic habent. *Et vt appropinquauit* (IESVS) *videns ciuitatem fleuit super illam, dicens, quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem sunt abscondita ab oculis tuis; quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem* Luc. 19. 42. & seq.

super

ſuper lapidem; eò quod non agnoueris tempus viſitationis tuæ.

IV. Quid putatis ô homines, an Dei Filius olim ſolummodo fudit lacrymas, propter vrbis Ieroſolymæ interitum? longè magis illum vrit animarum noſtrarum perditio. Diſſimilis eſt multũ Deus Jonæ prophetæ, quem vnius mors hederę grauiùs quondam afflixit, quàm centum viginti millibus Niniuitarum inferenda ſtrages. Acerbiùs Chriſtum pungit animæ vnius jactura, præ totius vniuerſi, quàm latè patet, excidio. Itaque aſſentiente Origene, *nos etiam ſumus Ieruſalem, quæ defletur: ſi poſt myſteria Veritatis, poſt ſermonem Euangelij, poſt doctrinam Eccleſiæ, poſt viſionem Sacramentorum eius, aliquis è nobis peccauerit, plangitur atque fletur.* Et ideò plangitur, ideò fletur miſer, quia poſt euanidam voluptatem, Orci æterna futurus eſt victima, niſi reſipiſcat tempori. Facit proinde bonus DEVS, hunc dolorem ſuum, lacrymis etiam quandoque teſtatum. Audi rem prodigioſam, & à Chriſti imagine diſce ſceleribus tuis illacrymari.

Ionæ. 4.

Origenes hom. 38. in Lucam.

Deflet hodiéq; Chriſtus mortalũ ſcelera.

V. Benedictus de Goës, Societatis IESV frater, qui poſtea ampliſſimum Chinenſe regnum, Superiorum juſſu, periculoſiſſimâ peregri-

Lerricus Indica hiſtoria tomo 3. c. 9.

regrinatione, pervagatus est; antequam Religiosæ militiæ nomen daret, vanam illam in sæculo sectatus est, fecítque sub vitijs æquè ac Marte stipendia; vt hodiéque habet mos militum plerorúmque: à quo discedere vix vlli concessum est, per bellicæ libertatis leges; nisi audire malit pius magis, quàm Martius, quod inter maxima probra habetur, & militaris nominis dedecora. Enimvero Benedictus noster, quanquam nondum satur esset bellicæ leuitatis, cœpit tamen non rarò inquietum intra se Vermem pati, & molestum dentem, quem videre non potuit, persentiscere.

Militũ mores ac ingenium.

VI.

Contigit, vt semel D. Virginis ædem intraret: ibi tum mille animi terroribus ac perplexitatibus, prope ad desperationem obrutus fuit. cúmque memoraret longum culparum suarum catalogum, flueréntque vbertim geminis ostijs, doloris lacrymæ; fortè fortuitò Matris Virginis imaginem, quæ in ara infantem filium, vlnis complectebatur, intuitus est; vidítque clarè, puerum protuberantibus vtroque ex oculo, siue gemmulis, siue guttulis, sibi collacrymari; quasi indolentem alienis malis. Non se continuit Benedictus, sed rei nouitate stupefactus, extra templum festinat; sociósque commilitones ad fidem faciendam miraculo, inducit.

Imago Christi flet, cùm flente ac pœnitente peccatore.

Admi-

Digitized by Google

Admirabundi tum omnes, neque ſine veneratione, inſolenti adfuêre ſpectaculo. Ipſe verò Benedictus, qui tragædiæ occaſionem dedit, ſuíſque lacrymis, ſeu potiùs noxis, ad fletum Dei filium prouocauit, meliorem addidit epilogum. Nam initâ totius anteactæ vitæ ratione, plenam exhomologeſin fecit; tum dein' in Societatem IESV admiſſus, piè vixit, obiítque.

VII. Quod Chriſtus in imagine quondam ſua egit cum Benedicto, idem hodiéque nobiſcum in cœlo facit; *& videns malitiam hominum ſuper terram, tangitur dolore cordis intrinſecus:* non minus atque olim poſt mundi exordium; flétque identidem ſuper faſtu nobilium, auaritia diuitum, libidine laſciuorum, intemperantium gula, lividorum malevolentia, vafrorum fraudibus, periurorum execrationibus, injuria potentium, magorum ſagarúmque ſacrilegijs; denique ſceleſtorum omnium perfidia. Et quidem tantò plorat largiùs, quantò videt malos liberaliùs indulgere genio, & ſuas veneres, ebrietates, calumnias, vim, dolos, aliáque ſexcenta ſcelera, & calidiſſimis lacrymis deflenda facinora, jocis condire & riſu; ſed heu! ſardonico, qui non niſi atro exitu finitur.

Gen. 6. 5. & 6.

Quæ hominum flagitia Chriſtus in cœlis deflcat.

Hîc

Hîc te quæſo, ô Bone, ingredere animum tuum, luſtra latebras, rimare pectoris tui arcana; & ſi adhuc impiatam inueneris criminibus mentem, malíſque conſilijs grauidam, iam materiam luctûs præbes: en, oculos attolle, Chriſtus inter ſua gaudia, etiam in cœlo, quantum poteſt per beatitudinis ſuæ cõditionem, quaſi adlacrymatur malitiæ tuæ, futuræque infelicitati, ſcelerum coronidi. Jnane Rabbinorum commentum eſt, & inter aniles fabulas numerandũ: quoties DEVS reminiſcitur calamitatum, quibus Iudæi (populus quondam electus, nunc toto orbe exul) ſubjecti ſunt, toties geminam lacrymulam in Oceanum mittere, & pectus vtrâque manu contundere, commiſerationis ergô. VIII.

Deplorat Chriſtus & tua crimina.

Sixtus Senenſis lib. 2. Biblioth. in voce. Thalmud.

Coñentum Rabbinorũ de geminis Dei lacrymis.

Veriùs longè dixero, tum quaſi beatum Numen triſtari, & lacrymam fundere, & ſuſpirium trahere, & pectus verberare, cùm homo per flagitia ſua ſibi viam facit ad fatalem ſententiam, vltimum peſſimúmq; malorum. Eleganter hanc veritatem adſtruit S. Chryſoſtomus *DEVS*, (ait) *triſtatur non de ſua injuria, ſed de noſtra perditione. Sicut rex benignus audiens criminoſas perſonas, lege quidem compellente, ipſe mortis ſententiam dictat aduersùs eas; tamen miſeri-* IX.

S. Chryſoſtomus ſuper Matth.

cordiâ

cordiâ instigante, lacrymas fundit super ipsas, & vult eas adiuuare, & non potest, contradicente sibi iustitiâ. Ita optimus Deus, ex mente D. Chrysostomi, tum velut miserans deplorat hominem, cùm designat piacula, æternis ignibus castiganda. Junge igitur lacrymas lacrymis, ó impie, & amanti te Christo, tuúmque interitum deflenti, collacrymare. Fac cum Dei Filio, quod olim Dauid cum Ionatha, Saulis nato, legitur fecisse.

XI. Sacra refert historia; cùm iam Sauli Regi decretum esset, Dauidem extremis modis persequi; nec tutum sibi regnum suum crederet, nisi insontis morte stabiliuisset; acerbissimum hunc nuncium Ionathas, Saulis filius, Dauidi amicorum sinceriſſimo ipse tulit, suasítque, vt tempori seruiturus, fugam tantisper capesceret, donec parentis sui furor posuisset. Vulnus fecit verbum hoc, & ingens vtrique cordolium; diuelli ab invicem coniunctissimos, vnámque in duplici corpore animam à se longius abire. Igitur quod suggessit dolor, iussit amor, vtrinque vale datum, acceptúmq; est, inter lacrymas: *osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter* (ait sacer textus) *Dauid autem amplius.* Et si Philoni credimus, quas quondam simul

1. *Reg.* 20.

Par sincerè amantium Dauid & Ionathas.

Philo l. antiquit. Bibl.

fude-

fuderunt lacrymas, Dauid & Ionathas, par nobile fratrum, vaſculo vno collectas, in effoſſam telluris ſcrobem condiderunt, perpetuum contractæ amicitiæ monimentum.

Lachrymæ Dauidis & Ionathæ, in vaſculo eodē ſeruatæ.

XII. Quid tergiverſamur ô homines! pulcherrimum ſequi exemplum, & cùm Dei Filius iras, diráſque Patris ſui, ſceleribus noſtris prouocatas, nunciat inter fletus, dolentiæ ſuæ indicium, cur non oculi noſtri fluunt, & lacrymis lacrymas aſſociant? habet etiam quiſque nocens juſtiſſimas cauſas, vt quod Dauid egit cum Ionatha, fleat *amplius* præ amatore ſuo Chriſto: ipſe enim velut reus petitur, in illius caput iam cuduntur fulmina, & niſi errores malos pœnitentiâ correxerit, dum clementia Dei tempus largitur, æternis flammis obruetur. Fle igitur, ô male, fle cum flente IESV; ſed tu fleto *amplius*; materiam *amplius* flendi, ipſa tibi ſuggerit ruina tua.

Chriſto debemus collacrymari ſuper flagitijs noſtris.

XIII. Heu! vaniſſimorum hominū inſaniam! ſunt qui gratiâ mortalis principis, aut regis, excidêre: quid mirum? lubrica glacies eſt omnis humana gratia; cùm maximè ſplendet, veſtigium fallit: & hinc multi vbertim in fletum eunt. ijdem tamen, vbi culpâ ſuâ ampliſſimis ſe immortalis Dei fauoribus deſtituunt, nihil admodum turbantur, ſtant

Digna lacrymarum materies, eſt iactura cæleſtium bonorum, æternúſque impij interitus.

Digitized by Google

ſicci in ſerenitate oculi. O miſeri! hîc potius flete, digna eſt hæc iactura amaris pluvijs. Sunt alij, quibus fures omne peculium abſtulêre, morbida tabes pecora vitiauit, flamma & Vulcanus domum vſque ad cineres hauſerunt; moxque iterum madent copioſis ſparſionibus genæ. interim cùm his ipſis impietas & ſcelus, résque ſpéſque omnes rapit, & quam DEVS nobis ſtruxit, *domum nõ manufactam, æternam in cœlis*: aridiſſimi ſunt pumices, neque guttulam inveniunt deplorandæ infelicitati.

2. *ad Cor.* 5. 1.

XIV. Quod ſi autem & carcer minatur, & longum exilium; vel quod vtroque acerbius eſt, triſtia fata vrgent; & jubet infeſtus lictor collum parare ſecuri, vt capite fiat breuior reus, aut laqueo longior littera; tum enimvero, rurſus inter fæmineos vlulatus, geminis fontibus perpluitur facies. neque mirum eſt adeò, quia ſuauiſſimâ vitæ, lucíſque huius vſurâ, poſthac carendum erit. At enim multo hoc maximè mirum eſt, cum ſceleſto cuipiam vates Conſcientia, aut monitor pius genius, aut ex pulpito Eccleſiaſtes, denunciat ſtygem propter flagitia, heu! qualem carcerem, quale exilium? item perpetuam inter acerbiſſimos cruciatus mortem; neque corporis tantùm, ſed & animæ interitum, eúmque nullo æuo reparabilem; mirum inquam

Stupor impiorum circa æterna.

quam est, & ter mirum, hîc sceleratissimo cuique corneam esse fibram, & aheneum pectus, nullúmq; ad tam grandia mala sensum, testatum vel vnâ lacrymulâ! O bardi! ô bruti! ô improbi mortales! hîc flete, & flete cum lacrymante IESV, sed vos flete *amplius*; materiam *amplius* flendi, ipsa vobis submini-strat tam luculenta perditio vestra.

PARAGRAPHVS VIII.

LATIVS PROSEQVIMVR hoc de lacrymis argumentum.

I. MEminit D. Lucas, cùm olim Christus, ad cadaueroſum caluariæ montem, sub cruce ambularet, futurus suo ex sanguine purpuratus, vt nobis candidatis esse liceret, petendo cælo; piam turbam instituisse longum comitatum, tristémque lessum morituro Domino cecinisse: *sequebatur illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum*, inquit Euangelista. Quid verò Seruator noster in communi de se cõploratione fecit, dixítque? Audi quod sequitur: *Conuersus autem ad illas IESVS dixit, filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros; quoniam ecce veniunt dies, in* Luc. 23. 27.

Christus iubet homines flere, & deflere sua

peccata, causas pœnarum.

quibus dicent, beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, &c.

II. Sciebat probè Dominus, mortem suam multorum Iudæorum morte staturam esse; præcipiebat iam tum animo Ierosolymæ vastationem, templi Salomonici interitum, extremam Hebræi populi cladem. hinc monuit, vt suorum internecionem, excidium, vrbis, templi sui ruinam deplorarent, secuturam post pauculos annos. Tristi vaticinio successit tandem lugubris euentus; oppugnata, atque expugnata fuit nobilissima ciuitatum; rapinâ, gladio, flammis, sæuijt in victos victor, Titus Cæsar, dedítque amplam materiam posteritati ad seras lacrymas. Nam vt D. Hieronymus author est, post euersam à Romano milite Ierosolymam, templúmque (octauum orbis miraculum) miserrimè exustum, consueuerunt reliquiæ Iudæorum, anniuersariâ semper calamitatis die, infelicitatem suam solari mutuis lamentis lacrymísque, sed pretio emptis.

Christi vaticinium de excidio Ierosolymæ, sub Tito Cæsare impletum.

Annua comploratio Iudæorum, ad rudera templi Salomonæi.

III. Rem luctuosam ante oculos nobis ponit S. Pater in hæc verba. *Vsque ad præsentem diem, perfidi coloni post interfectionem seruorum, & ad extremum filij Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Ierusalem; &*

S. Hieronymus in Sophoniã c. 1.

vt

vt ruinam ſuæ eis flere liceat ciuitatis, pretio redimunt; vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lacrymas ſuas. Videas in die, quo capta eſt à Romanis, & diruta Ieruſalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis, annísque obſitos; & in corporibus, & in habitu ſuo, iram Domini demonſtrantes. Adhuc fletus in genis, & liuida brachia, & ſparſi crines; & miles mercedem poſtulat, vt illis plùs flere liceat.

Lacrymæ pretio emptæ.

IV.

Miſerabilis miſerorum iſtorum conditio fuit; in ploratu ſolatium quæſiuerunt; atque vt alij gaudia, risúmque ſolent emere, ita hi fletum pecuniâ debuerunt comparare. Neque tamen ſic poteſtas facta eſt flendi ad ſatietatem; & quod grauiſſimum erat, ruinæ inſtaurandæ lacrymas nihil profuturas fuderunt. Quantò feliciores nos ſumus, ô mortales! modò velimus eſſe. Offendimus multoties Numen, mille piaculis nos obſtringimus, fœdifragi poſt factam in ſacro fonte ſponſionem, cum diabolo conſpiramus; vellit auriculam identidem Conſcientia, Vermis intra cor pervigil, aculeos figit, tótque morſibus importunus eſt, quot lætalia crimina obtrudit; & clamat mens conſcia

Iudæorum lacrymæ ſine fructu fuſæ.

Nos etiam Christus deflere iubet nostra scelera.

facti, nos in præcipitio stare, iámque labi ad rogos infernales ; clamat etiam Christus, *flete super vos ipsos.*

V.

Ite igitur mali ; ite, & quod egerunt Iudæi, propter vrbis, gentísque suæ excidium, id vos multo potiùs agite, propter salutis æternæ jacturam; ite, & communi luctu deplorate temeritatem vestram, deflete illatam Numini offensam, fundite lacrymas veri doloris; valebunt isti imbres ad reconciliandũ DEVM, domandum insolentem Vermem, denique ad flammam stygis extinguendam. Aureâ sententiâ suâ, hanc meam S. Chrysostomus stabilit. *Rogum* (ait) *peccatorum extinguimus, non iam aquis multis, sed lacrymis paucis ; multus quidem peccati ignis, sed modica eum extinguit lacryma.* Si tamen seria est, & non sera nimis. Seræ nimis sunt lacrymæ, quæ in alterâ cadunt vitâ ; frigida nimis erunt stillicidia, quæ ibi fluent: aut si multùm calebunt, eò fortiùs vrent lacrymantem, herum suum.

S. Chrysostomus hom. 5. de pœnitentia.

Lacrymæ rogũ à peccatis succẽsum, extinguunt.

VI.

Macarius multis annis rigidus Eremicola, vbi aduertit vitæ suæ vmbram, ad vltimam lineam decurrere, numerosam fratrum multitudinem in monte Nitriæ invisit, daturus singulis, atque à singulis accepturus amicum Vale. Rogabant illi hospitem jam

Rosweidus in Vitis Patrum lib. 5. libello 3.

ad

ad æterna properantem, vt documentum relinqueret, ſolatium filijs, tam ſuaui patre pòſt paulo carituris. Tum Macarius exordium cum fletu faciens, de lacrymis breui oratiunculâ ſic perorauit: *Ploremus, fratres, & producant oculi noſtri lacrymas, antequam eamus hinc, vbi lacrymæ noſtræ corpus comburant.* Hæc paucula elocutum felix epilogus, atque ingens motus animorum conſecutus eſt; nam, vt habet hiſtoria, *fleuerunt omnes, & eciderunt proni dicentes, Pater, ora pro nobis.*

Moribundi Macarij adhortatio, ad lacrymas fundendas.

VII.

O! vtinam faceremus paria, neque tam in riſum, quã lacrymas ſoluti eſſemus; quotidiana vitia noſtra, quotidianam ſuggerunt flendi materiam. Et quoniam verbum Sapientis eſt, *omnia tempus habent, tempus eſt flendi:* ideò prudentiſſimus quiſque, pœnitentis ſui animi lacrymas non procraſtinat; nimis eas diſtuliſſe, eſt feciſſe ſteriles, atque infructuoſas. Jd nos Iudæi docent; cùm enim Seruator ſub crucis trabe pias matres moneret: *flete ſuper vos ipſas, & ſuper filios veſtros, quoniam ecce venient dies, &c.* credibile eſt, pleroſque ex phariſæis, ſcribis, plebæis, hæc talia Chriſti vaticinia, petulanti cachinno excepiſſe, dixiſſéque; veniant

Eccleſiaſtæ 3. 4.

Lacrymæ pœnitentiũ non debent eſſe nimis ſeræ.

modò futuri dies; non moramur, non metuimus, ſomnia loquitur iſte, & affanias.

VIII. Sed ſanè aliud longè, malo ſuo experti ſunt: cùm enim elapſi eſſent quadraginta anni, poſt glorioſum Domini in cœlos aſcenſum, aduenerunt illa tandem calamitoſa tempora, quæ Iudæorum genti vltimam cladem aduexerunt. Tum ergo, vt viderunt ſuperſtites ex Hebræo populo, Chriſtum non vanum alienæ miſeriæ Vatem fuiſſe, cæperunt quidem (D. Hieronymo teſte) annuatim coire ad regiæ vrbis rudera, faníque Salomonici buſta, præteritæ ſtragis triſte monimentum; & communem patriæ ſuæ deplorare calamitatem, confuſis in eandem quaſi foueam lacrymis; omnes tamen ſine fructu fluxerunt, quia ſeræ nimis erant; temporiùs ſi fuiſſent fuſæ, atque ex dolenti oculo, ſuper innocentis Redemptoris illata nece, potuiſſent Numen flectere ad clementiam, mentémque meliorem. Sed quia diſſimulârunt Iudæi, continuò ſecuri futurorum, continuò blaſphemi in DEI filium, poſtquam eum in fatale lignum ſuſpenderunt, fato quoque ſuo involuti ſunt.

Iudæorum lacrymæ, deflentium vrbis ſuæ excidium, ſeræ nimis fuerunt.

IX. Ah! quàm vereor, ne Chriſtianorum aliqui malam in ſeipſos fabam cudant! id faciunt omnes illi, qui dum opportunũ tempus eſt flendi, eluendis noxis, illud turpiſſimè

Seræ pœnitentis lacrymæ, ſine fructu fluũt

mè negligunt; vitam aio præſentem. Nam ſi ſubitâ morte, medijs in ſceleribus abrepti (vt fieri nonnunquã conſueuit) detrudantur in tartarum, ſerę nimis current lacrymæ, omnéſque ſine fructu. Nihil tum proficiet Bacchi, Veneríſque troſſulus; quantumcunque cum diuite Epulone querulis vocibus exclamauerit, *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma.* in orbe altero. Luca 16.14.

X.

Nec juuabitur, quiſquis cum Caino deplorauerit præcipites ſuas iras, & noxia ad fraternas cædes vulnera. Sed & cum Simone Mago fruſtra defleuerit temeritatem ſuã, qui diſcipulus mali dæmonis eſſe voluit, artibúſque non conceſſis didicit amiſſa reperire, abſentia cognoſcere, theſauros eruere, curare morbos; pecorum, hominúmque ſanitatem affligere, ciere tempeſtates, nocturnum in furca veredum agere. Fruſtra etiam fuerit, quiſquis ſpe argentei, aureíue lucri, vendidit juſtitiam, veritatem, innocentiam, animam, cœlum, DEVM: tametſi hic lacrymabundus in inferno faciat, quod Iudas olim Iſcariotes, de quo Scriptura ait, *pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos, principibus Sacerdotum, dicens, peccaui:* tamen Matth. 27. 3. & 4.

Seræ nimis lachrymæ Damnatorum.

incaſsùm laborabit. Seræ omnes ibi ſunt lacrymæ Damnatorum, neque ſi in mare excreuerint, Numinis iram placabunt.

XI. Quiſquis inferni flammas vult extinguere, jam nunc, dum in hac vita commodum eſt tempus flendi, liquidos gerat oculos, deplorandis piaculis. Atque vt faciliùs ſaliat lacryma, ad omnis boni fontem Deũ, cum S. Auguſtino ſupplicabundi dicamus:

S. Auguſtinus in Medit. cap. 36. *Rogo te bone IESV, per illas pretioſiſſimas lacrymas tuas, & per omnes miſerationes tuas; da mihi gratiam lacrymarum, quam multùm deſiderat, & appetit anima mea; quia ſine dono tuo non poſſum habere eam, ſed per Spiritum ſanctum tuum, qui dura corda peccatorum mollit, & ad fletum compungit; da mihi gratiam lacrymarum, ſicut dediſti patribus noſtris, quorum veſtigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, ſicut ipſi ſe planxerunt nocte ac die. Da mihi irriguum ſuperius, & irriguum inferius; vt ſint mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Da mihi dulciſſime, fontem irriguum, fontémque perſpicuum, in quo lauetur aſsiduè iſtud iniquitatum holocauſtum.*

Oratio pro lacrymis pœnitentiæ impetrãdis.

Sed

Sed nimirum ſuſpicor, cùm de lacry- XII.
mis pœnitentiæ ago, me ſurdis non paucis fabulam canere. ita in ſilices paſſim abimus, & arida ſaxa,

Durum hominum genus;—— *Ouidius l. 1. metam.*
Et documenta damus, quâ ſimus origine nati.

Millies nos Moyſes flagellauerit virgâ ſuâ, *Exod. 17. 6.* nec ſemel ex his ſaxis guttam extundet, diluendis noxis. Si ergo lapidea tibi ſunt præcordia, neque oculos tuos, fontem cũ aqua, in poteſtate habes, atque vt habeas, parùm precibus tuis apud DEVM laboras; id ſaltem age, & cùm pronus ante Chriſti iconem in crucem ſuſpenſi flectis, aut ſacram hoſtiam in ara venerabundus adoras, tunde adamantinum pectus; imitare infamem primùm, ſed poſtea reſipiſcentem publicanum, qui in templo ſuarum culparum memor, *à longe ſtans nolebat nec oculos ad cælum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum.* Aut ſi etiam tibi pigrior manus, hoc quantulum eſt officium, negat; erumpe tamen in dolentis eiuſdem verba, & dic toto animi affectu, *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Repete filij malè prodigi palinodiam, ſupplicéſque ad Numen, pijſſimum parentem, preces, *pater pec-* *Luc. 15. 21.*

Lacrymæ mediũ ſunt abolendis huius vitæ peccatis, nõ vnicum tamen. *Luc. 18. 13.*

caui

Digitized by Google

caui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

XIII. Quod si etiam lingua tua elinguis est, nec paucula vult deprecantis rei verba profundere; quæso te, saltem gemitum vnum à te impetra, suspirium vnum, vnum ah; sed in imo cordis fundo natum. Juuant hæc singula expiandis sceleribus, Vermi intra viscera perimendo; denique Numini placando. Jta famosus ille, siue fœnerator, siue fraudator, simul vt peccatis suis ingemuit, manúq; pœnitenti increpuit pectus, *descendit iustificatus in domum suam.* Similem fortunam expertus est filius, suo malo profusus, postquam in turpi centone, verbis paucis, supplex factus est patri; hic enim mox, *misericordiâ motus, cecidit super collũ eius, & osculatus est eum.* quin etiam famulitio suo imperauit; *citò proferte stolam primã, & induite illum, & date anulum in manu eius.* Pulcherrimè ista nos omnia docent, quantum possit, valeátq; vna apud DEVM deprecatio, vna cordis pulsatio, vnum suspirium, lacrymula vna; si tamen cæteræ non desint, ad genuinam pœnitentiam necessariæ partes.

Luca 18.14.

Luca 15.20. & 22.

C A-

CAPVT II.

VT IMPROBVS MALÆ Conscientiæ Vermis suffocetur, noxæq; lethales eluantur lacrymis, extra Confessionis Sacramentum, requiritur insuper Contritio.

MVLTVM deberi pijs resipiscentium lacrymis, precibus, gemitibus, pectoris verberationi, indubitanter aio: habent enim hæc talia interni doloris testimonia, suam in diuina pagina laudem, in Sanctorum exemplis commendationem. Nego tamen, omnia ipsis adscribi posse; præsertim, aut mali Vermis exitium, necémque, aut grauium culparum condonationem. Cœlum continuis adulter suspiriis fatigabit, magus ob syngraphan caco dæmoni datam, oculos efflebit; homicida nudum dexterâ latus feriet: atque vt pondus addat, lapide cor saxeum increpabit, quod in eremo feciſſe D. Hieronymum, loquuntur pictorum penicilli, tabulæque; alij dies noctésque ante aras, & offensum Numen procumbent cornui: nec tamen aut isti, aut illi vnum mortale crimen expiabunt, extra sacrum Confessionis tribunal; nisi has omnes pias eorum molitiones, Contritio comitetur. I.

Gemitus,

Lacrymæ,

Verberationes pectoris,

Absq; Contritione, extra Sacramentũ, nullum mortiferum scelus delent.

Mos

II. Mos eſt patrius alicubi, neque illaudabilis, cùm in pulpito calet Eccleſiaſtes, mouendis ad pœnitentiam auditoribus, toti circumfuſæ concioni, illud triſte identidem repetendum acclamare, *Miſericordia, Miſericordia.* Jubet nonnunquam eos, qui dicenti attendunt, pectus tundere, & ex imo ſuſpirare, aliáque ſigna damnantium noxas ſuas edere. Fortè etiam nonnemo liberaliter promittere audet, ijs ſcelerum ſuorum oblitterationem, qui morem geſſerint, & poſtulata fecerint; gratiſſimo ad perſuadendum illicio. Naſcitur indè frequens in templis clamor, redit ex omnibus angulis, fornicibúſque miſerabilis Echo; ingeminantur ſuſpiria, verberantur corpora, currunt ſine lege lacrymę, omnium eadem ſunt vota, clementiam DEI flagitantium.

Mos alicubi patrius, prouocandi ad miſericordiã Dei in cõcione.

III. Ne tu interim crede, vniverſas continuò culpas omnibus, Vermémque improbum, ſceleris pediſequũ, momento ſuffocari apud eos, qui inclamauerint Numinis miſericordiam, aut ſalubres ex oculis thermas affuderint, vel reum cor percuſſerint. Quid ſi enim ex toto numero aliqui non ſeriò ſtatuant vitam in melius mutare? quid ſi alij nolint impedimenta ſalutis amouere? vitare proximas malorum occaſiones? fieri etiam poteſt, vt lacrymæ, gemitúſque non pro-

Quid ſentiendum de hac laudabili conſuetudine.

proficiſcantur ex ſincero dolore de offenſo DEO, velut ſummo bono. Fortè non nemo, & prodigè ingemiſcens, & calidè flens, cogitat celare facinora ernormia, neque animus eſt illi exactam, integrámq; exhomologeſin facere. Tum ſanè, quantâuis copiâ fluant lacrymæ, quantovis numero ſurgant ſuſpitia, repetantur preces & verbera, extra Confeſſionis Sacramentum, impios nequaquam in gratiam apud DEVM reſtituent. Et contrarium ſentire, error ignorantis eſt vulgi, multa ſibi perperam perſuadentis.

PARAGRAPHVS I.

CONTRITIONIS VERÆ deſcriptio, petita è filij prodigi pœnitudine.

I. QVanquam verò ex communi Theologorum ſententia, ad juſtificationem, & impetrandam peccatorum veniam, ſufficiat in confeſſione, & Sacramento pœnitentię Attritio, hoc eſt, dolor conceptus ex peccatis, quatenus ſunt offenſa DEI, velut Creatoris noſtri, Redemptoris humanæ gentis, vindicis ſcelerum, formidandi mortalium judicis: habet tamen verior Theologia extra confeſſionis Sacramentum, per ſe loquendo, neminem conſequi lethalium delictorum remiſ-

Apud Suarez 3. p. de pœnit. diſp. 20. ſ. 1. n. 2. & Vaſquez q. 92 a. 1. dub. 2. n. 13.

Tridēt. ſeſſ. 14. cap. 4. S. Thomas 3. p. q. 86. a. 2. &

communis apud SS. PP.

remissionem, quin altiorem actum, Contritionem vocant, excitet. Et est actus iste, dolor, haustus ex altissimo motiuo charitatis diuinæ, vt cùm quis ideo peccata sua execretur, quia offensa sunt Numinis, velut optimi Patris, & eminentissimi boni, atque super-omnia cętera creata maximè amandi, & amabilis; cuius solius injuria, tam protervè per peccatum mortiferum illata, potissima debet esse ratio, quæ moueat ad dolendum, prævaricatorem hominem, ingratissimum filium.

Contritionis perfectę descriptio.

II. Prototypon huius exactissimi, præstantissimique doloris, S. Lucas nobis ob oculos ponit, in eo adolescente, quem sua prodigalitas orbi fecit notum. Hic ergo, cùm post juvenilis insolentiæ asperitatem (quâ parentis animum non leuiter afflixit) redux ad paterna genua supplicaret, veniámque exercitæ petulantiæ peteret, testando verissimo dolori, vsus est huiusmodi verbis: *pater peccaui in cælum, & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus.* Aduerte obsecro, quid supplex iste dicat. fatetur errorem suum, malitiam accusat, dolet insuper. & quare dolet? curangitur? quæ tandem principalis ipsi mærendi causa est? nempe quia patrem, omni amoris obsequio dignũ, grauissimè offenderat, cùm ab eo turpi se diuortio

Contritionis imago, filij prodigi dolor.

Luc. cap 15. 9. 21.

uortio ſeparauit, amantior libidinis ſuæ, quã paternæ ſocietatis, gratiæque. Huius ergo ſceleris memor, quo parentis jure exaſperatus eſt animus, exclamat ſupplicabundus filius, *pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.*

III. Dicere poterat, pater peccaui; heu! quia, cùm libertatis præpoſterè ſtudioſus, te ſenio fractum deſtitui, me ſimul perditum, ivi. aurum, quo crumena turgebat, abeunti peregrè, inter bacchicos furores, & meretricios amores, totum pòſt paulò evanuit: ſimúlque illa gaudia & deliciæ exſpirârunt, quę argenteo aureóue pretio emuntur, in tabernis & lupanaribus. Succeſſit rerum omnium inopia, & triſtis fames, & durior fame ſeruitus, malæ fortunæ infelix ſoboles. Nam infra mediaſtinos, & viliſſimos vernulas, temporum iniquitas me abjecit, juſsítque domi nobilẽ, ad ignobiles pecudes deſcendere, & (quod caput eſt ignominiæ) ſpurciſſimis porcis cum imperio nouum regulum præeſſe. Jpſe ego tum mihi millies diſplicui, ah pater! millies tum damnaui præcipitata ad vagam licentiam conſilia. Poſtquam enim zonam perdidi, redactus ad paſcendi neceſſitatem, ſtabam cõtinuò omnibus cœli injurijs expoſitus, ſub Joue diurno; neque ampliùs in purpura, vt olim; centones miſe-

Ex varijs capitibus dolere potuit filius prodigus, & vitio ſuo perditus.

rum miſerè texerunt. monile nobilitatis inſigne, fecerat funis, qui defluentem ex humero paſtoritiam peram ligauit: pro lunula lutum in calceis, imò in nudo pede tuli. Apparatus menſæ, haud multò melior fuit: mucidi panis fruſtulum inter raras lautitias numeraui; & quod miſeriam auxit, heu pater mi! cupiebam ventrem implere de ſiliquis, quas porci ex cauo vorabant; ſed hunc etiam vilem, parabilémque victum, nemo dabat. Pertæſus igitur denique tam ſordidi officij, tam ignobilis conditionis, extremæque paupertatis; ita vt vides, mi pater, ſqualidus, ſordidatus, pannoſus, alterum mortis ſimulacrũ, ad te venio; *pater peccaui, ah peccaui!* erraui, præpoſterè egi; hoc vnum oro pater mi, hoc vnum obſecro, vt quia mea me perdidit proteruia, tua pietas reparet, & in priſtinam fortunam reſtituat, heu! nimis diu infortunatum exulem. Hæc ſumma meorum eſt votorum, admitti denuo in amoris tui ſinum, gratiarúmque paternarum.

IV. Hæc talia quis neget, prægnantia eſſe argumenta potuiſſe, quibus filius prodigus & mentem ſuam ad juſtum dolorem, & parentis ad clementiam euerberaret, ſi colligere ſingula, atque recenſere voluiſſet ordine. Sed enim his omnibus neglectis, quæ vitio ſuo paſſus eſt incommoda peregrinus, hoc

vnum

vnum ingeminat, *pater peccaui coram te*, in te, contra te. Quibus verbis clarissimè significat, eâ se potissimùm gratiâ, in animo per mœstitudinem, dolorémque excarnificari, quòd contra paternæ obseruantiæ leges egisset; non adeò sibi graue futurum exilium suum, inter tot calamitates nuper exactum, modò impius non fuisset, non injurius in tam pium, bonúmque patrem.

Potissima dolendi ratio, apud prædictum adolescentem, profecta fuit ex amore erga patrem.

V.

Ex eodem fonte natum est, quòd natus iste à genitore suo, ne verbulo deprecatus sit justissimam pœnam. Meritò timere potuit, cùm ingeniculans veniam juuenili suæ temeritati poscceret, ne repulsam pateretur; & vel patriâ domo exturbaretur, quam prior ignominiosè, neque sine acerbo patris vulnere deseruit; vel compingeretur in carcerem & catastas; aut flagellis subijceretur, dirísque verberibus. Poterant ista, similiáque jure formidanda supplicia, materies esse deprecationis, & doloris post patratum petulantiæ facinus. sed istis tanquam leuioribus malis, & facilè tolerandis, prævaluit vnum illud, & visum est solum intolerabile, patrem læsum esse, & neglectum boni filij officium; hinc illud, *Pater peccaui coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus*; præter hoc verbum, aliud nullum ex mœstissimo filio extorquebis, ô genitor, millies si interroga-

Minus eundem afflixit merita pœna, quam illata parenti offensa.

ueris, cur ab exilio redux, lacrymis faciem excandefaciat, & tuos aduolvar ante pedes.

VI. Hem! nemo adeò vitioſus eſt hominum, qui erudire non poſſit, cùm ſeriò pœnitens damnat malos auſus, & priora ſcelera. Et quidem adoleſcens iſte, nuper libidine ſuâ famoſus, nunc reſipiſcentiâ; perfectiſſimi doloris, in ſeipſo nobis depinxit imaginem. Quiſquis flagitia ſua odit, & ideo cruciatu mentem conficit, quòd per latam iniquitatum ſemitam, multiplicium damnorum ſe labyrintho incluſerit, ínque caput ſuum concitauerit egeſtatis, ægritudinis, famis, infamiæ, infortunij, inviſa agmina, imò fulmina, quæ iratâ manu, mortalis Judex vibrat in ſontes: is quidem dicendus eſt, aliquem dolorem excitâſſe, ſed infimi ordinis, qui neque minimum peccatum, intra aut extra Sacramentum, queat elidere; neque nomen Attritionis mereatur, neque in cenſum veri doloris venire poſſit; vtpote merè duntaxat naturalis ac humanus, nullo principio diuino, motiuóque nobiliore profectus. Cùm interim Theologi ad veram attritionem requirant, vt ſit vtrinque ſupernaturalis, tam ex parte principij, quàm obiecti. quod fit, cùm quis dolet de culpis ſuis, quia ſunt injuria DEI offenſi, per fidem cogniti, quæ proinde vel æternis, vel tempo-

Attritionis qualia ſint motiua?

Concil. Trident. ſ. 14. cap. 4. Suarez. diſp. 20 ſ. 2. n. 10. & ſ. 4. num. 10. Vaſquez. q. 92. a. 1. dub. 3. cum aliis.

rali-

ralibus pœnis caſtigare poteſt; aut, quia ſcelera ſua cœlo excludunt, æternáque felicitate; aut, quia pulcherrimo gratiæ ornamento exuunt prævaricatorem. Ex his & ſimilibus cauſis, conſurgit dolor, quem docti in ſcholis nominant Attritionem. quanquam vt ſupra dixi; etiam ipſa par non ſit extra Sacramentum, expiandis noxis mortiferis.

VII. At verò cum prævaricator homo, fur quiſpiam, latro, fœnerator, magus, aliúdue ſathanæ mancipium, eâ potiſſimùm ratione dolet, quia ſceleribus ſuis offendit æternum DEVM, optimum, ſummúmque inter omnia creata bona, Bonum, patrem amantiſſimũ, & mille titulis amari dignum, mille nominibus dignum obſeruari; tum quoniam totius doloris vna cauſa eſt, optimi Numinis offenſa, Contritionis appellatione dolor iſte inſignitur; eſtque adeò excellens, vt etiam extra Confeſſionem, aliáque Sacramenta, quouis momento impium reſtituat in gratiam, faciátque in eius amplexus DEVM ire, ſi cum filio auri prodigo, prodigus nuper ſalutis ſuæ peccator, nunc facti pœnitens, & ſupplex revertatur ad Numen, quod tantiſper impiâ perfidiâ deſeruerat.

Contritio nititur charitate Dei, tanquã proprio motiuo.

Contritionis efficacia excellentiáque.

VIII. Egregiè admodũ aureus orator Chryſoſtomus, ad idem ſtudium hortatur, ſic diſſerens de perditi adoleſcentis felici reditu

in patriam domum: *ſi de vita deſperâſſet, ac de his rebus, quæ illi contigerunt, ambiguus, in aliena reſedisſet regione; perijſſet fame, mortémque obijſſet, omnium maximè miſerabilem. Verùm quia pœnituit, nec diffiſus eſt ſuper reditu; è tanta corruptione in priorem claritatem commutatus, amicitur ſtolâ pulcherrimâ. tanta eſt virtus pœnitentiæ. Tam præclaris itaque exemplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuemus de mutandis nobis in melius; quin magnâ fiduciâ dicamus, pergamus ad patrem, appropinquemus Deo; is nequaquam nos auerſabitur.*

Adhortatio S. Chryſoſtomi de agenda pœnitentia.

IX. Denique animitus, vel linguâ pronunciemus, vel mente cõcipiamus paucula illa, *pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.* Ne tamen ſibi ipſi aliquis fraudem faciat, & putet hac breui ſententiâ, velut vnius ſpongiæ ductu, nullóque negotio obliterare ſe poſſe omnium culparum debita, quæ diuinæ inſcripſit diphteræ, animaduertendæ veniunt appendices aliquot, Contritioni, vt integrè ſubſiſtat, neceſſariò ſociandæ.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

PROPOSITVM SERIVM deinceps non peccandi grauiter, Contritionis appendix.

I. ET principio quidem, vt rite ſuſcipiatur Contritionis actus, individuus oportet comes ſit firmum propoſitum, ſeu fixum voluntatis decretum, nunquam ampliùs peccandi grauiter; ſiue quod tantundem eſt, ſeria voluntas, vitæ in poſterum ad diuinæ legis amuſſim conformandæ. Accomodatè in hunc finem S. Ambroſius: *audiant, qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant, quo ſtudio, quo affectu, quâ mentis intentione, quâ intimorum concuſſione viſcerum, quâ cordis conuerſione.*

Quid ſit propoſitum ſerium non peccandi.

S. Ambroſius lib. 2. de pœnitentia cap. 6.

II. Aiunt, ante annos aliquammultos, ex peregrinis quoſdam, cùm Româ diſceſſiſſent, pijs mercibus opulenti, neſcio quâ fortunæ iniquitate, incidiſſe in cuneum proſcriptorum exulum, Banditas appellant. Tum illi opportunam nacti prædam, rimari ceperunt omnia, & neruum rerum, pecuniam, ſolicitè inquirere. Interim in manus eorum oculóſque, incurrunt ſacræ opes, veneranda Diuorum lipſana, agni in ceram formati, cruculæ, & ſimilia plura ex ſancta penu.

Ex relatione fide digna.

Falsa proscriptorum Exulum pietas.

Statímque in poplites projecti, velut peccatorum suorum probè memores, pulsare crebrò pectora, profundiùs ingemiscere, quin etiam lacrymas addere, sed crocodili; nam post venerationem illam, peregrinos, nec quidquam clementiam postulantes, expilârunt. Hem ludicram pœnitentiam! & proh dolor, multis etiamnum vsitatam!

III. Est non rarò, qui in templo suspirat, aut manu supplice cor ferit, cum genu nixus adorat DEVM, siue è stipite in imagine pendulum, siue sacro ferculo clausum; sed interim in animo nutrit pravas cupidines, vult paulò pòst scortari, convitium alteri facere, infetre graue damnum, vindicare injurias, DEO reseruandas. O miser! hoc est imitari proscriptos exules: adulterini sunt tui gemitus, & sinûs tui verberatio, nihil apud Deum extundet. S. Augustinum audi: *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat; nihil prosunt lamenta, si replicentur peccata, nihil valet à malis veniam poscere, & mala de nouo iterare.* Nempe ad Contritionem, verámque pœnitentiam spectat, veteris vitæ errores damnare, neque repetere velle, vlla porrò defienda grauioris culpæ delicta.

Defectu propositi, de non iterandis peccatis, complures laborant.

D. Augustinus in soliloquijs.

IV. Accipimus hîc omnes illud DEI imperium,

riũ, quod Samuel quondam Propheta Sauli tulit; *percute Amalec, & demolire vniuersa eius, & non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinũ.* 1. *Reg. cap.* 15. §. 3.

Meminit Scriptura, eo tempore, quo Israeliticus populus per deserta Arabiæ, magnis passibus tendebat in terram, melle & lacte fertilem, Regem Amalecitarum, seu Idumæorum, cum exercitu obvium, molestam moram iniecisse, viámque inimico gladio intercluisse; nullâ memorabili injuriâ provocatum ad hostiles machinas.

Propositi sinceri prototypon, ex scriptura petitum.

Exodi c. 17. §. 8. *Sanctius in* 1. *reg. cap.* 15. §. 2. & 3.

Id vsque adeò displicuit Numini, vt iam tum præceperit Moysi: *scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue, delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.* Fluxerunt plura interim sæcula; cùm DEVS tandem inspectis quasi annalibus suis, Saule Judæorum regnum administrante, imperat veterem insaniam vlcisci, atque ita in totum Amalecitarum genus, substantiámque grassari, vt nihil eorum omnino, flammâ ferróque maneat immune; neque regio quidem capiti (cuius Majestas populis omnibus sacrosancta est) martius furor parceret.

V.

Deus vlciscitur vetus delictũ Regis Amalec.

VI. Enimverò nos quoque mortales vniverſi, iter facimus, atque ad terram, iſtâ longè meliorem, *terram Viuentium*, properamus: obſtacula interim in via, & mille ſalutis conſequendæ impedimenta obijcit Amalec, ſiue *Edom*, quod nomen *Rufum* ſignificat; neque abſurdè intellexeris, illum *Draconem magnum, rufum*, quem S. Ioannes olim vidit; vtique ſathanam, ab incendijs plusquàm æthnæis, ſemper candentem. Hic hoſtis ille eſt, quem jubemur cædere ad internecionem, non parcere, nihil ex rebus illius concupiſcere, ſed demoliri vniuerſa eius, & caput cum cauda perdere, hoc eſt malum dæmonem cum appendice ſua, & comitatu; in quo velut primipili & anteſignani, Bacchus, Cupido, Venus, Plutus, Mammon, Voluptas, ingentem vitiorum, ſcelerúmque trahunt exercitum.

Demon cõparatus cũ Amalec.

Apoc. c. 12. §. 3.

Qualis noſtra pugna eſſe debeat contra ſathanam.

VII. Quiſquis igitur poſt offenſam, vult iratum propitiare DEVM, præter ſerium animi dolorem, ſuprà deſcriptum, proponat oportet ſincerè, nullum ſe ampliùs commercium cum ſtygio monſtro, & totâ eius colluvie habiturum.

Ouid. 2. Metam.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur.

Majeſtas & amor. dicebat olim quidam.

Ego

Ego longè veriùs affirmauerim, in vnum hominis cor, non coire DEVM & sathanam; nimis angustum est hoc carnis frustulum, capiendis tam diuersis; & magis distantibus, quàm ver & hyems, Eurus & Africus, lux & vmbra, occasus ortúsque. Accedit quòd neuter alterum admittit in consortium: quæ enim *participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad belial?* ait Apostolus. Nempe æternus DEVS, ex asse vult heres esse humani cordis, & integrum eius dominium possidere, neque diabolum patitur riualem; excludi hic debet, vt alter in corpusculi nostri amata particula, velut solio suo, quietus Imperator consideat.

Cor hominis nimis angustum est, recipiẽdo simul Numini & dæmoni.

2. *ad Cor.* 6. 6. 14. & 15.

Deus in humano corde non patitur riualẽ.

Nec verò resipiscere volenti, satis fuerit, ita secum statuere. posthac juratus mihi hostis esto cacodæmon, & proscriptus æternùm pessimus artifex cũ malis artibus; præstigijs, fascinationibus, superstitiosis carminibus; & ollis fulgetra cientibus; & vnguentis furcas animantibus; & amuletis vulnera prohibentibus; præstat his omnibus carere, quàm cum his omnibus denique perire. neque magicæ scientiæ curiositatem, aut tenue auri atque voluptatis lucellum, corporísque non licitam tutelam, placet ampliùs tanti emere, hoc est, æternâ morte, interitúque

VIII.

Verũ propositum nõ repetendi mortiferas culpas, debet se extendere ad omnes.

irrepe-

irreparabili: non inquam satis fuerit ità secũ statuendo, malum genium in exilium ablegare; si interim animus sit, ebrioso Baccho, lasciuæ Veneri, cæterísque ex vitiorum choro sodalibus, hospitium vltro concedere; *percute Amalec, & demolire vniuersa eius*, ait Samuel: oportet regem cum toto famulitio exscindere, mentẽ obfirmare aduersùs omnia scelera, totam flagitiorum catenam rumpere, neq; vnam ampliùs lethalem noxam velle committere, offendendo Numini, & irritando ad vindictam.

IX. *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet ecce adsum; si abstuleris de medio tui catenam*, verba DEI sunt ad Hebræum populum, quibus jubetur catenam collo detrahere. Et quam illam? D. Hieronymus hanc sententiã mystico sensu exponens, insinuat multiplicia Iudæorũ peccata, velut annulos sibi invicem insertos, in catenam vnam coaluisse, quam totam mandat DEVS auferre; minimè contentus, si parte aliquâ, nexus duntaxat vnus, altérque vulnus acceperit.

Isaiæ c. 58. v. 8. & 9.

Catenã sibi ex sceleribus olim nexuerunt Iudæi.

X. Similis planè ratio est, cùm Christianus aliquis cogitat, deserto Dæmonis castro, transire ad pietatis leges; jubetur mox à Deo, omnes illas ferreas compedes rumpere, quas

ipsi

ipſi crimina ſua, peſſimi fabri, cuderunt. Neque ſuffecerit, ſi animo proponas impoſterum, quàm diligentiſſimè cauere blaſphemias, non autem gulam & ebrietatem; vel ſi hanc etiam, non tamen libidinem, non odium, non fraudes, non fænora; hoc enim verò eſt tantum vnum, alterúmue annulum, vnum, alterúmue durioris metalli vinculũ ſoluere; quod nequaquam ſatis eſt; *diſſolue colligationes impietatis*, ait DEVS; omnes colligationes, totam catenam neceſſe eſt frangere, omnium circulorum flexuoſam ferratámque congeriem, collo abſtrahere, atque longiſſimè à ſe abijcere, hoc eſt, prorſus vniuerſos grauioris reatûs næuos, cum præſentario diuinæ gratiæ auxilio, pro virili, ſtudioſiſiméque euitare velle.

Flagitiorũ omniũ catena, perfectè rumpenda.

Iſaiæ cap. 58. ℣. 6.

XI.

Jta fecerunt olim, quotquot ſanctorum pœnitentium ſyllabo ſunt accenſiti; diſſolverunt omnes *colligationes impietatis*, ruperunt concatenatos, longóſque peccatorum ordines, *percuſſerunt Amalec, & demoliti ſunt vniuerſa eius*; his argumentis fortiſſimè comprobaturi, propoſitum ſibi eſſe, cauere deinceps omnia illa piacula, quæ peccantibus æternam mortem cõciliare ſolent. Vnam ex multis, Thaiſin fæminam profero in exemplum.

Thaiſis rectè pœnitẽtiũ, ac proponentium Idea.

Hæc

XII. Hæc ſupra Narciſſos, & Hylas, & Helenas venuſta, totum Gratiarum agmen ad ſe rapuit; DEVM nequaquam; quia omnem illum pulchritudinis apparatum, deſtituebat veræ virtutis amœnitas, quæ ſola Deo facit pretioſas fœminas; etiam Sapiente teſte, *fallax gratia, vana eſt pulchritudo; mulier timens Dominum ipſa laudabitur.* Et tamen, quemadmodum noctuæ ad ſincerum ſolis radium cæcutiunt; tum maximè perſpicaces, cùm vmbræ & tenebræ mundum involuunt; ita maxima adoleſcentium pars, in externam duntaxat Thaiſis formam, vmbratile & volaticum bonum, cæco impetu effuſa, certabat pro ſpecioſa amaſia. quiſque primus cupiebat turpem libidinem explere; atque vt fieret potiundi copia, argento & auro (quibus nihil eſt invium) quin etiam gladio, & mutuis vulneribus ſibi aditum ſternebat; ita non ſemel puellæ limen amatorum ſanguine funeſtatum eſt.

Ex Vitis patrum lib. 1. apud Roſ. Weidum, in Vita Thaiſis

Prou. c. 31. v. 30.

Propter amaſiã proci digladiãtur inter ſe.

XIII. Jnterim ab hoc meretricio quæſtu, ingens illi lucrum accrevit: ſic fieri amat, vix alia merces, tam facilè emptorem habet, quã proſtitutus pudor inter mortales; præſertim ſi in formoſo vaſe venalis exhibeatur. Et quidem Thaiſi, aliqui ad quadraginta libras auri, ad quadringentas alij, aiunt pretium acceſſiſſe, ſed exiguum hoc omne fuit, ſi ir-

Proſtitutus pudor facilè emptorẽ habet.

repa-

reparabilem Virginitatis jacturam, tot castitatis naufragia, toties amissum cœlum, velimus in æstimationem opponere. Neque tamen misera desijt insanire; abrepta semel æstu Veneris, perrexit cum æternaturis opibus gaudiisque, tenue lucellum, & fugaces voluptatulas, & delicias vix momentum in suo vestigio persistentes, commutare: donec tandem ex cõgressu Paphnutij Abbatis, melior ei animus injectus est.

XIV.

Nam vt audijt, velut cum vanescente fumo perire, quidquid in terris æuum spondet; nec stabilem figi pedem posse, in huius mundi bonis, spes humanas lubricitate suâ fallere; denique mortalibus vniuersis, in ius ambulandum fore, singulos apud justissimũ Numinis tribunal accepturos sententiam de æternitate, transigenda aut inter liquidas Beatorum lætitias, aut inter perennaturas Damnatorum flammas; prout sibi quisque hîc pius, aut impius fuit, album aut atrum calculum in vrnam injecit: tum enimverò cœpit fastidire tantopere nuper amatam turpitudinem; neque solùm ei se nuncium remissuram, sed verò etiam in Paphnutij totam posthac fore imperio, recepit. Mox ille parari jubet ad Monasterij viciniam, angustum siue domicilium, siue carcerem, cui inclusa Thaisis, adolescentiæ suæ lasciviam, &

Cum pijs congressus, & de cælestibus sermo, quàm vtilis impio, exemplo Thaisis.

fescen-

feſcenninos amores malè cum pluribus exercitos, veris lacrymis deplangeret.

XV. Hîc tu mihi advertas velim; quòd Vir DEI ſatis non habuerit, meretriculam puellam duriuſculè increpuiſſe, noctam ab oculis eius albuginem abſterſiſſe, optimis documentis ad meliora conſilia inſtruxiſſe; intruſit inſuper in caueam, vt quæ antea Syrenſi more fraudulenter cecinerat, corrumpendæ multorum integritati, nunc turtur ingemiſceret, ſceleribus ſuis exorandæ apud Deum veniæ.

S. Paphnutij rigor in plectendo ſcorto.

XVI. O! ſi iam etiam Paphnutius aliquis orbem, & vrbes noſtras obiret; DEVM immortalem! quot Thaiſes, quot Veneris proſtibula reperiret? quot ſolis corollis Virgines, fætu non vno matres? & proh! quantum Paphnutio negotium faceſſeret hoc leue muliercularum genus, ſi ſingulis, quarum fædè proſtrata eſt pudicitia, ſingula latibula extruere vellet? Et tamen certè, non tam clementer ageret cum his lerneæ hydræ ſimillimis monſtris, vt nunc ſolemus Sacerdotes, qui ex ſacro ſubſellio meretricias fœminas cum Crucis ſigno, & modico inflictæ pœnitentiæ onere, continuò dimittimus. Seuerus ſenex ad maiorem deflecteret rigorem, & cum Thaiſi, omnes illas fœcundas (nouo prodigio) virgines matres, in pares

Scorta nimis clemẽter puniuntur à ſacerdotibus in tribunali ſecreto, ſi S. Paphnutium attendamus.

caueæ

caveæ anguſtias compingeret. Neque injuriâ: communis enim vox eſt ſcortorum, ſe invicem ad petulantiam incitantium,

Aude aliquid breuibus gyaris, & carcere dignum. Iuuen. ſat. 1

Sed pertexamus telam, quam optimis auſpicijs orſa apud Paphnutiũ, non ampliùs in juuenum ſuauiter armata interitum lena Thaiſis; ſed Magdalena, inter ſimiles oculorum imbres, feliciſſimâ viciſſitudine in amantis DEI pectus tota commigrans. Et profectò antequam ſe includi ſineret, veriùs in ergaſtulum conſtringi, facinus admiſit, nullis non ſæculis memorabile, quale neque in Græca, neque in Romana, neque in vlla facilè alia hiſtoria reperitur. Nam poſtulatis à ſpirituali Patre trium horarum inducijs, juſſit in medio vrbis foro, quâ parte frequentiſſimus oberrabat populus, rogum ſtrui; illic collectas malis artibus opes, gemmata monilia, armillas & anulos margaritis diuites, rigentes auro faſcias, byſſum, purpurámque, & quidquid immundi Cupidinis ſectatores, de muliebris mundi faſtu, in libidinis incentiua prodigere ſolent, flammæ ſuppoſuit, validis iſta ſimul clamoribus repetens; *Venite omnes, qui peccâſtis mecum; & videte, quomodo ea, quæ mihi contuliſtis, exuram.*

XVII.

Conuerſæ Thaiſis pulchrum ingenium.

Gloriofum facinus Thaiſis, exurentis in publico foro, opes turpi quæſtu collectas.

XVIII. Obſtupuit ciuitas inſolenti ſpectaculo; eóque magis, cùm dein' Thaiſin vidit humilem cellulam ingredi, & viuam volentémque inſepeliri ergaſtulo, ad triennales lacrymas, gemitúſque à Paphnutio damnatam. poſtea enim carnis ſoluta nexu, ad glorioſum illum optatiſſimę quietis lectũ aſcendit; quem Virgines aliquot Diuæ, Paulo Abbati, in cælis oſtenderunt pœnitentis Thaiſis virtuti, conſtantiæque ſtratum eſſe.

Lectus in cælo oſtenſus, ac præparatus pœnitenti Thaiſi.

XIX. Conſiderare hîc licet, poſtquam Thaiſis caſtioribus diuini ſpiritûs cœpit ignibus vri, quàm præclarè *demolita ſit Amalec, & vniuerſa eius?* ſignum eſt, quòd malis induſtrijs congeſtas diuitias, voluerit Vulcano ſpolium facere; neque hilum, neque filum ex ijs munuſculis retinere, quibus eam Veneris mancipia peſſimè irretiverant, ad omne carnis flagitium rapiendam. Denique hoc illi fixum erat, nullo vnquam vſquam poſthac notabili crimine diuinam bonitatem laceſſere. Et id ipſum ſeriò ſtatuere, eſt formare propoſitum illud, decretúmque voluntatis, quod Contritioni annectere debet, quiſquis illam ſuis vult partibus abſolutam.

Thaiſis demolita eſt Amalec, & vniuerſa eius.

XX. Jgitur, quoties nos verus animi dolor, præteritorum memores delictorum, ad ſaniora invitat, ita contra Amalec, & omnem larua-

laruatam ſcelerum pompam, concludamus, quemadmodum Ioannes Berchmannus, Societatis IESV Religioſus, angelicis moribus juuenis, concluſit, cùm ante extrema fata, neſcio quâ malignâ dæmonis tentatione pulſatus, atque incitatus ad aliquod piaculi genus, ſic toto animi corporíſque niſu exclamauit: *non faciam; ego vt offendam te Domine? MARIA, ego nunquam offendam filium tuum. Abſit à me, non faciam. Malo millies mori, decies millies, centies millies, millies millies.*

Hermannus Hugo vita eius parte 3.

Decretum Berchmanni fixum, nunquā offendendi Numinis animo deliberato.

PARAGRAPHVS III.

PROPOSITVM AMOLIENDI *pericula, ſeu propinquas peccandi occaſiones, alia Contritionis appendix.*

I. QVem ſeriò pœnitet, ſemel iterúmque lapſum fuiſſe in foueam, non ſatis habet, de malè offenſa tibia dolere, aut fracto crure ingemiſcere; ſed inſuper omnem adhibet induſtriam, cuitando periculo, ne denuo impingat, nociturus ſibi novo caſu. Prudenter, atque ad morem cautelámque brutorum etiam animalium.

Cautela laudabilis.

Digitized by Google

Horatius l. 1. epist. 16.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipitérque
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum.

Quantò magis Christianus, hoc vnum seriò debet agere; vt, postquam in scelerum abyssum, eum sua detrusit malitia, nunquam periculum amplius adeat, cuius occasione præcipitatus est ad lapsum. Verissimè Isidorus: *ante ignem consistens, etiamsi ferreus sis, aliquando dissolueris; proximus periculo, diu tutus non eris.* Nemo se innoxiè occasionibus, atque periculis peccandi obtulerit; quem ter, quater, casus transit, aliquando invenit.

Isidorus lib. 2. soliloq.

II. Hîc tamen cum Theologis distinguo inter occasiones, seu pericula remota, quæ homo facilè evitare potest, aut non infrequenter solet sine lapsu; & inter pericula, seu occasiones propinquas, quas spectatis omnibus circumstantijs, difficulter, & vix aliquis creditur innoxiè evitaturus; illa enim non tenetur necessitate præcepti amouere vel velle, qui Contritionis actū format; has verò maximè. Quo sensu accipienda sunt Christi verba; *si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde illum, & proijce abs te; bonum*

Apud Laymann lib. 5. de Sacramento pœnit. cap. 4. num. 9.

Pericula atq; Occasiones peccandi, duplicis sunt generis.

Matth. 18. v. 8. & 9.

num tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te; bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

III. Hac tam graui exaggeratione, quid aliud DEVS monet, quàm fugiendum toto conatu, omne peccatorum seminarium? Neq; enim re ipsâ vult Dominus eruendum oculum, truncandum brachium, mutilandum pedem, sed subducendam occasionem flagitio; tametsi magno id labore constet, neque acri dolore careat. Secus qui agit, seipsum manifesto obijcit discrimini; ita planè asserit Syracides; *qui amat periculum, peribit in illo.* Significantur autem hoc loco per periculum, occasiones proximæ labendi, quas nisi quisque, cùm facultas est, studiosè caueri t, reum se temeritatis facit.

Sanè accipienda præcedēs Christi doctrina.

Eccli. cap. 3. v. 27.

Lyranus, Dionysius, Tufo hic.

IV. Qua in re Christianorum Magistri, ipsi Gentiles esse possunt. Gotys herus quidam, cùm naturâ esset ferocior, & asper seruulorum, qui in ministerio deliquissent, castigator; vasa fictilia, cælaturis, sculpturísque politè ad omnem elegantiam elaborata, cùm

Plutarchus in apoph. Gentiles olim quā cauerint occasiones malorum?

ſibi ab hoſpite oblata eſſent, quamquam ſe liberalem donanti exhibuiſſet, ſimul tamen omnia, mox vt acceperat, confregit: ne, inquiebat, in alios grauiùs cogeretur animadvertere, qui pulcherrimum munus, quovis caſu violâſſent. Jta iſte ſibi occaſionem ſuſtulit ſæviendi, ſupra ſobrietatis leges.

V. Affine eſt quod ſequitur. Cænabat aliquando Auguſtus Cęſar, apud Pollionẽ amicum ſuũ. Fregerat tum vnus ex famulitio cryſtallinum calicem. Rapi eum Pollio juſſit, nec vulgari quidem moriturum morte: murænis (marini piſcis genus eſt) obijci mandabat, quas ingens piſcina continebat. grandis ſæuitia erat. Evaſit è manibus puer, & confugit ad Cęſaris pedes, nihil aliud petiturus, quàm vt aliter periret, nec eſca fieret. Motus eſt nouitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem mitti, cryſtallina autem omnia coram ſe frangi juſſit, compleríq; terrâ piſcinam. Fuit Cæſari ſic caſtigandus amicus. bene vſus eſt viribus ſuis; quia intemperanti homini ſurripuit occaſionem, ne poſthac homines tam atrociter perderet.

Seneca lib. 3. de Ira, cap. 40.

Crudelitas Heri in ſeruulũ, propter vas cryſtallinũ ab eo fractum.

VI. DEVS optimus, maximus, Auguſtorũ Auguſtiſſimus Imperator, cùm probè ſciat, nos circumferre *theſaurum in vaſis fictilibus*, animam immortalem in mortali corpuſculo, cuius ſingula membra ex argilla,

2. Corinth. 4. 7.

ipſe

ipse magnus artifex; in vasculum effinxit: videt non semel ex his ipsis nobis periculum nasci ad noxas, æternâ ruinâ luendas. Ea propter, vt mansuetè sæuiat bono nostro, præcipit vniuersis, *si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde illum, & proijce abs te; si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*: frangenda, conterenda, comminuenda sunt vasa; secanda, scindenda, effodienda sunt membra, potiùs, quàm vt instrumenta fiant scelerum, materies iniquitatis. Quanquam, vt suprà monui, hæc sano sensu accipienda sunt: neque enim vult humani generis Seruator, nos securibus & cultris in manus, pedes, oculos, fædâ lanienâ grassari; sed id vnum inculcat, omnia illa solerti vigilantiâ amolienda esse, quæcunque ad graue delictum, facilem continuò aditum parant, & proximè fomitem subijciunt.

Hominum corpuscula, vasa sunt artificis, Dei, continentia animas, vice thesauri.

Matth. 18.

Quo sensu eadem sint conterenda & frangenda, si nocere velint.

VII.

Antequam olim DEVS vindictâ plenus, igneos, sulphureósque imbres ex iratis deplueret nubibus, exusturus infandas cum Sodomitis libidines; mandauit, vt cælestes sui ministri, Lothum inter frequentissima lolia, & steriles avenas, culmum fertilem, impendenti malo eriperent, seruaréntque indemnem. Itaque vt Scriptura sacra refert;

Docemur in Lotho, proximas peccãdi occasiones declinare.

Gen. 19. 17. *eduxerunt eum, & posuerunt extra ciuitatem, ibíque locuti sunt ad eum, dicentes; salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione.*

VIII. Non satis fuit Angelis eduxisse pium virum, extra impiorũ iam conclamatã vrbem; vt animam ipse suam seruaret, vetuerunt post tergum respicere, suúmque domicilium collocare, in vicinia devotæ diris Sodomæ. Jta sanè monemur omnes, cùm nos diuina clementia, ex innumero sceleratorum hominum numero, transfert ad melioris vitæ auspicia, non tantùm non respiciendum esse statim retro, ad pristinas damnatæ voluptatis illecebras, postquam manus aratro applicuimus; sed neque standum esse, in omni circa peccatum regione, hoc est, propinquâ occasione, quâ periculum sit, relabi in piaculum, vnde modò surreximus.

Vicinia malárũ occasionum declinanda.

IX. Rectè igitur feceris, si Christi consilium, imò præceptum secutus, *abscinde, erue, proijce*; omnia illa, quibus certa via, atque inevitabile periculum sternitur, sceleri securo, à te quàm longissimè amandaueris; tametsi velut pes, manus, oculus tibi charasint: & vel ipsi amores tui fuerint, aut dimidium corporis, cordísque pars altera, hoc est, caro & sanguis tuus, quibus teneriùs vix quid-

Periculosa societas, etiam inter coniunctissimos sanguine mortales, rumpenda.

quidquam in terris amatur. Hîc crudelem, hîc impium esse, pietatis est opus, & Christianæ prudentiæ officium. Audi sanctos Patres, in hac materiâ mirè facundos. Theophylacti verba sunt: *per manum, pedem, & oculos, intellige amicos: si nobis noceant, oportet contemnere eos, vt membra putrida, & exsecare.*

Theophylactus, super illo Matth. 18 si manus tua, vel pes tuus, &c.

X.

Adhuc explicatiùs S. Chrysostomus ait: *praui homines, etiamsi valde tecum amore, aut necessitate coniuncti sint, abscindendi sunt ab amicitia tua. Si cuius coniunctio saluti tuæ obest, reijce ipsum abs te. Nam si nostra plerumque membra rescindimus, cùm incurabili morbo ipsa tabescunt, & reliquis officiunt, multò magis in amicis & cognatis id faciendum.* Addo his S. Hieronymum, qui super illo, *si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*, ita philosophatur: *in dextero oculo, & dextera manu, fratrum, vxorum, liberorũ, affinium, propinquorum, monstratur affectus. quos si ad contemplandam veram lucẽ, nobis impedimento esse cernimus, debemus truncare istiusmodi portiones, & proijcere.*

S. Chrysost. ibid.

S. Hieronymus super Matth. 5.

Digitized by Google

XI. Quo in genere, admirando nobis facinore, facem olim præluxerunt Judæi. Nam cùm eorũ Sacerdos Eſdras, aliquando conſiderâſſet, multos ex gente Iſraëlitica, junxiſſe connubia cum populis gentilitiæ ſuperſtitionis; non tantùm ipſe calidiſſimo fletu, apud Numen hoc ſcelus eluere conatus eſt; ſed inſuper Hebræos monitos præuaricationis, ſuaſore Secheniâ induxit, vt coirent in recens cum DEO fædus, & ſolenni ſe ſacramento adſtringerent, inita peſſimo exemplo matrimonia ſoluendi, liberóſque cum matribus, hoc eſt ſua gaudia, à ſe ablegandi.

1. *Eſdræ* 10.

Prohibita quondã Iudæis connubia, cum populis gẽtilitiæ ſuperſtitionis.

XII. Placet audire ipſa ſacri codicis verba; *Ergo orante Eſdrâ, & implorante Deum, & flente, & iacente ante templum, collectus eſt ad eum Iſraël, cætus grandis nimis, virorum, & mulierum, & puerorum, & fleuit populus fletu multo. Et reſpondit Sechenias, & dixit Eſdræ: nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ; & nunc, ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos, qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini; ſurge.*

1. *Eſdræ* 10. v. 1. *& ſeq.*

Fœdus Iudæorum cũ Deo, ſuper repudiandis vxoribus alienigenis.

ge, tuum est discernere. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit omnem Israël, vt facerent secundùm verbum hoc; & iurauerunt.

XIII. Stupendum fuit hoc jusiurandum, fœdúsque, quia admodum difficile. Quid enim acerbiùs maritis potest accidere, quàm partem sui, charas vxores repudiare à se, atque in exilium mittere? præsertim nihil mali meritas? Et tamen id se facturos receperunt Hebræi; neque tantùm coniuges ex alieno sanguine, in Israëliticum torum, contra legem adscitas amandare, sed simul etiam liberos, ex damnato concubitu susceptos, cum matribus domo eijcere; manifesto argumento, quòd pluris facerent amorem DEI, quàm liberorum suauitatem, & malè nuptiali vinculo alligatam fidem.

Quantum difficultatis habuerit hoc fœdus?

XIV. Atque hæc est veræ pœnitentiæ nota, impiè sociata dissoluere, & proijcere à se, sua etiam viscera, si illis sanis & integris, non licet DEVM amplecti; quantò magis blandas, sed culpandas improborum societates, quibus homo nunquam fit melior, nunquam non deterior? Neque novi est aliquid, cum lupis vlulare, vulpinari cum vulpibus. Naturæ nostræ corruptelâ, dociles sumus nimis discipuli, cùm magistros habemus impieta-

Consortiũ cum malo, malũ facit.

pietatis. Sequimur facili pede, quà itur, non quà eundum est.

XV. Fortassis & tu mi bone, hactenus secutus hanc disciplinam, feciſti, quod Dauid alteri cuipiam obijcit, *ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Sed vt ſapias, pernicioſi conſortij rumpenda eſt amicitia; nemo tibi potior eſſe debet ſalute tuâ. Mitte artifices malarum fraudum, proſcribe otioſos Bacchi fratres, eijce domo tuâ turpe Veneris proſtibulum, ablega longè, quiſquis tibi ſuaſerit facienda, quæ rectè fieri non poſſunt: noli quæſo mala connubia inire cum hoſtibus pietatis; nocuit ſemper perditorum conſuetudo, præſertim cùm facta eſt indiſſociabilis. Hîc tibi in mentem ſit velim S. Chryſoſtomus, cùm de praua ſocietate diſertè loquitur, in hunc modum: *rerum natura ſic eſt; vt, quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur; diuerſitas rerum, nunquam poteſt habere concordiam, & multos ſollicitat ſocietas nefanda.*

Pſal.49.18.

Quæuis noxia ſocietas diſſociandа.

S. Chryſoſt. ſuper Matt.

Ex his omnibus conficitur, ſtandum eſſe Chriſti verbis, & proijciendum eſſe longè, quidquid propinquum periculum, ſeu occa-

Conſilium eſt propin-

occasionem mortaliter delinquendi, fuggerit: nisi fortè illud tale periculum, occasióque tolli non possit, sine graui incommodo corporis, famæ, vel fortunarum; tum consilium quidem est, minorem illam jacturam maiori bono securitatis animæ posthabere, sed non præceptum. Quare absoluendi sunt, qui officium periculosum, negotiationem, contubernium, societatem ideo non sta tim deserere volunt, quia scilicet sine ingenti damno non possunt (ex judicio prudentium virorum) modò interim parati sint, ad-hibere peccatorum remedia, maximè quæ à Confessario ipsis præscribuntur in medicinam.

quas occasiones grauiter peccandi cauere, quando sine magno incommodo cauere nequeunt.

Thuliarchus p. 2. lib. 2. c. 32. Sanchez. tom. 1. moral. lib. 1. c. 8. Laymann de sacram. pœnitentia c. 4. num. 9.

Extra hunc rationabilis necessitatis casum, quoties nullum maius detrimentum est metuendum; & grauis peccati occasio, periculúmue, solâ cautelâ potest amputari, victoria obtineri vnico Abstine, nihil humana industria debet laboris omittere. Nocumentum alicui adferre solet liberalior haustus, & à Baccho ad Martem trahere iam tumultuantem, manúque post pocula in capulum missâ, facere vulnera & cædes; potest, imò tenetur hic talis, sibi leges temperantiæ indicere, aut penitus mero & sympotijs interdicere, nullam aliam facturus iacturam, quàm breuis in gula voluptatis. Obfuit alicui

XVII.

Occasiones & pericula peccandi, quæ facilè cauere possunt, cauendæ sunt ex præcepto.

Digitized by Google

cui alteri, cum veneficæ artis magiſtro congreſſum eſſe; iámque ferè animum applicuit ad ea, quæ flammâ & rogo vindicantur: quærendus eſt & huic nodo ſuus cuneus; proderit pedem continere, neque exſpatiari illuc ampliùs, vbi te vicinum ruinæ ſenſiſti.

XVIII. Et ô quantos muliebria conſortia rapiunt in præceps! non raro amicior cum fæmina familiaritas, mollius colloquiũ, blandius oſculum, amplexus tenerior, aſpectus frequentior, nutus vnus, laqueus fuit. Sæpe lupa vna incautiùs viſa, mutos fecit ad latratus conſcientiæ complures adoleſcentes, viros, ſenes; traxítq; in illicitos Veneris amores, neque nominandas turpitudines. O! cave quiſquis es, malorum ſemina, conuenticula muliercularum, confabulationes Virginum, multóque magis mutuos inter lenarum baſia complexus. quin etiam liberiorem oculum, intra palpebrarum ſepta, in officio contine. quandoque vidiſſe, eſt noxia lumina feciſſe.

Caſtitati periculoſiſſima mulierum familiaritas.

Ideo fugiẽda amatori pudicitiæ.

XIX. Iterum tibi Chryſoſtomum produco, copioſum atque diſertum in hac materia: *laſciuus* (inquit) *es? ponito tibi ipſi certum terminum, vt poſthac mulierem non aſpicias, neque in theatrum aſcendas: multò ſiquidem facilius eſt, principio mu-*

S. Chryſoſt. hom. 12. in cap. 7. ad Romanos.

lierem

lierem elegantis formæ, ne videre quidem, quam postquam spectaueris, irrequietam, quæ indè nascitur, eijcere tumultuationem. Leuiora enim sunt primo congressu certamina; imò nec opus quidem fuerit certamine, tantummodo ne aperiamus hosti portas, neque semina malitiæ recipiamus.

XX. Victoria Castitatis in fuga cõsistit.

Exemplo Parthorũ.

Item Horatij.

Liuius lib. 1. historiæ Romanæ.

Jtaque in plerisque periculis & occasionibus peccandi, magno meritorum incremento, nullo corporis, famæ, fortunarum damno, abstinuisse, cauisse, fugisse, Vicisse est; Parthorum more, qui tum maximè hostem triumphant, cùm victis similes, in fugam effusi, à tergo iaculantur tela. Neque aliter Horatius vnus, tres Curiatios, fratres vicit, quàm cùm in singulari pugna, singulos Initio fugit; ita enim prout proximus quisque, fugientem insequebatur, gladio confossus est, donec singuli caderent; nunquam casuri, si cum tribus simul certamen inijsset Horatius.

XXI. Præter propositũ hactenus exomnes

Hactenus ostendimus necessariã Contritioni appendicem esse duplex propositũ, partim studiosè cauendi lethalia omnia delicta, partim amoliendi occasiones periculosas, quæ propinquam peccatis, certámque viam sternunt. Vbi interim propositum, opportuno tempore mortiferas culpas, ad vnã

Horatius l.1.epist.16.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum.

Quantò magis Christianus, hoc vnum seriò debet agere; vt, postquam in scelerum abyssum, eum sua detrusit malitia, nunquam periculum amplius adeat, cuius occasione præcipitatus est ad lapsum. Verissimè Isidorus: *ante ignem consistens, etiamsi ferreus sis, aliquando dissolueris; proximus periculo, diu tutus non eris.* Nemo se innoxiè occasionibus, atque periculis peccandi obtulerit; quem ter, quater, casus transit, aliquando invenit.

Isidorus lib. 2. soliloq.

II. Hîc tamen cum Theologis distinguo inter occasiones, seu pericula remota, quæ homo facilè evitare potest, aut non infrequenter solet sine lapsu; & inter pericula, seu occasiones propinquas, quas spectatis omnibus circumstantijs, difficulter, & vix aliquis creditur innoxiè evitaturus; illa enim non tenetur necessitate præcepti amouere velle, qui Contritionis actū format; has verò maximè. Quo sensu accipienda sunt Christi verba; *si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde illum, & proijce abs te; bo-*

Apud Laymann lib. 5. de Sacramento pœnit. cap. 4. num. 9.

Pericula atq; Occasiones peccandi, duplicis sunt generis.

Matth. 28. & 8. & 9.

num

num tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te; bonum tibi est, vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

III. Hac tam graui exaggeratione, quid aliud DEVS monet, quàm fugiendum toto conatu, omne peccatorum seminarium? Neq; enim re ipsâ vult Dominus eruendum oculum, truncandum brachium, mutilandum pedem, sed subducendam occasionem flagitio; tametsi magno id labore constet, neque acri dolore careat. Secus qui agit, seipsum manifesto obijcit discrimini; ita planè asserit Syracides; *qui amat periculum, peribit in illo.* Significantur autem hoc loco per periculum, occasiones proximæ labendi, quas nisi quisque, cùm facultas est, studiosè caueri̇t, reum se temeritatis facit.

Sanè accipienda præcedēs Christi doctrina.

Eccli. cap. 3. v. 27.

Lyranus, Dionysius, Tuso hic.

IV. Qua in re Christianorum Magistri, ipsi Gentiles esse possunt. Gotys herus quidam, cùm naturâ esset ferocior, & asper seruulorum, qui in ministerio deliquissent, castigator; vasa fictilia, cælaturis, sculpturísque politè ad omnem elegantiam elaborata, cùm

Plutarchus in apoph.

Gentiles olim quā cauerint occasiones malorum?

ſibi ab hoſpite oblata eſſent, quamquam ſe liberalem donanti exhibuiſſet, ſimul tamen omnia, mox vt acceperat, confregit: ne, inquiebat, in alios grauiùs cogeretur animadvertere, qui pulcherrimum munus, quovis caſu violâſſent. Jta iſte ſibi occaſionem ſuſtulit ſæviendi, ſupra ſobrietatis leges.

V. Affine eſt quod ſequitur. Cænabat aliquando Auguſtus Cęſar, apud Pollionẽ amicum ſuũ. Fregerat tum vnus ex famulitio cryſtallinum calicem. Rapi eum Pollio juſſit, nec vulgari quidem moriturum morte: murænis (marini piſcis genus eſt) obijci mandabat, quas ingens piſcina continebat. grandis ſæuitia erat. Evaſit è manibus puer, & confugit ad Cęſaris pedes, nihil aliud petiturus, quàm vt aliter periret, nec eſca fieret. Motus eſt nouitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem mitti, cryſtallina autem omnia coram ſe frangi juſſit, compleríq; terrâ piſcinam. Fuit Cæſari ſic caſtigandus amicus. bene vſus eſt viribus ſuis; quia intemperanti homini ſurripuit occaſionem, ne poſthac homines tam atrociter perderet.

Seneca lib. 3. de Ira, cap. 40.

Crudelitas Heri in ſeruulũ, propter vas cryſtallinũ ab eo fractum.

VI. DEVS optimus, maximus, Auguſtorũ Auguſtiſſimus Imperator, cùm probè ſciat, nos circumferre *theſaurum in vaſis fictilibus*, animam immortalem in mortali corpuſculo, cuius ſingula membra ex argilla,

2. Corinth. 4. 7.

ipſe

ipse magnus artifex; in vasculum effinxit: videt non semel ex his ipsis nobis periculum nasci ad noxas, æternâ ruinâ luendas. Eapropter, vt mansuetè sæuiat bono nostro, præcipit vniuersis, *si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde illum, & proijce abs te; si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*: frangenda, conterenda, comminuenda sunt vasa; secanda, scindenda, effodienda sunt membra, potiùs, quàm vt instrumenta fiant scelerum, materies iniquitatis. Quanquam, vt suprà monui, hæc sano sensu accipienda sunt: neque enim vult humani generis Seruator, nos securibus & cultris in manus, pedes, oculos, fædâ lanienâ grassari; sed id vnum inculcat, omnia illa solerti vigilantiâ amolienda esse, quæcunque ad graue delictum, facilem continuò aditum parant, & proximè fomitem subijciunt.

Hominum corpuscula, vasa sunt artificis, Dei, continentia animas, vice thesauri.

Matth. 18.

Quo sensu eadem sint conterenda & frangenda, si nocere velint.

VII.

Antequam olim DEVS vindictâ plenus, igneos, sulphureósque imbres ex iratis deplueret nubibus, exusturus infandas cum Sodomitis libidines; mandauit, vt cælestes sui ministri, Lothum inter frequentissima lolia, & steriles avenas, culmum fertilem, impendenti malo eriperent, seruaréntque indemnem. Itaque vt Scriptura sacra refert;

Docemur in Lotho, proximas peccãdi occasiones declinare.

Gen. 19. 17. *eduxerunt eum, & posuerunt extra ciuitatem, ibíque locuti sunt ad eum, dicentes; salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione.*

VIII. Non satis fuit Angelis eduxisse pium virum, extra impiorũ iam conclamatã vrbem; vt animam ipse suam seruaret, vetuerunt post tergum respicere, suúmque domicilium collocare, in vicinia devotæ diris Sodomæ. Jta sanè monemur omnes, cùm nos diuina clementia, ex innumero sceleratorum hominum numero, transfert ad melioris vitæ auspicia, non tantùm non respiciendum esse statim retro, ad pristinas damnatæ voluptatis illecebras, postquam manus aratro applicuimus; sed neque standum esse, in omni circa peccatum regione, hoc est, propinquâ occasione, quâ periculum sit, relabi in piaculum, vnde modò surreximus.

Vicinia malárũ occasionum declinanda.

IX. Rectè igitur feceris, si Christi consilium, imò præceptum secutus, *abscinde, erue, proijce*; omnia illa, quibus certa via, atque inevitabile periculum sternitur, sceleri secuturo, à te quàm longissimè amandaueris; tametsi velut pes, manus, oculus tibi chara sint: & vel ipsi amores tui fuerint, aut dimidium corporis, cordísque pars altera, hoc est, caro & sanguis tuus, quibus teneriùs vix quid-

Periculosa societas, etiam inter coniunctissimos sanguine mortales, rumpenda.

quidquam in terris amatur. Hîc crudelem, hîc impium esse, pietatis est opus, & Christianæ prudentiæ officium. Audi sanctos Patres, in hac materiâ mirè facundos. Theophylacti verba sunt: *per manum, pedem, & oculos, intellige amicos: si nobis noceant, oportet contemnere eos, vt membra putrida, & exsecare.*

Theophylactus, super illo Matth. 18. si manus tua, vel pes tuus, &c.

X.

Adhuc explicatiùs S. Chrysostomus ait: *praui homines, etiamsi valde tecum amore, aut necessitate coniuncti sint, abscindendi sunt ab amicitia tua. Si cuius coniunctio saluti tuæ obest, reijce ipsum abs te. Nam si nostra plerumque membra rescindimus, cùm incurabili morbo ipsa tabescunt, & reliquis officiunt, multò magis in amicis & cognatis id faciendum.* Addo his S. Hieronymum, qui super illo *si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te*, ita philosophatur: *in dextero oculo, & dextera manu, fratrum, vxorum, liberorũ, affinium, propinquorum, monstratur affectus. quos si ad contemplandam veram lucẽ, nobis impedimento esse cernimus, debemus truncare istiusmodi portiones, & proijcere.*

S. Chrysost. ibid.

S. Hieronymus super Matth. 5.

Digitized by Google

XI. Quo in genere, admirando nobis facinore, facem olim præluxerunt Judæi. Nam cùm eorũ Sacerdos Eſdras, aliquando conſiderâſſet, multos ex gente Iſraëlitica, junxiſſe connubia cum populis gentilitiæ ſuperſtitionis; non tantùm ipſe calidiſſimo fletu, apud Numen hoc ſcelus eluere conatus eſt; ſed inſuper Hebræos monitos præuaricationis, ſuaſore Secheniâ induxit, vt coirent in recens cum DEO fædus, & ſolenni ſe ſacramento adſtringerent, inita peſſimo exemplo matrimonia ſoluendi, liberóſque cum matribus, hoc eſt ſua gaudia, à ſe ablegandi.

1. *Eſdræ* 10.

Prohibita quondã Iudæis connubia, cum populis gẽtilitiæ ſuperſtitionis.

XII. Placet audire ipſa ſacri codicis verba; *Ergo orante Eſdrâ, & implorante Deum, & flente, & iacente ante templum, collectus eſt ad eum Iſraël, cætus grandis nimis, virorum, & mulierum, & puerorum, & fleuit populus fletu multo. Et reſpondit Sechenias, & dixit Eſdræ: nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ; & nunc, ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos, qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini; ſurge,*

1. *Eſdræ* 10. v. 1. *& ſeq.*

Fœdus Iudæorum cũ Deo, ſuper repudiandis vxoribus alienigenis.

ge, tuum eſt diſcernere. Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit omnem Iſraël, vt facerent ſecundùm verbum hoc; & iurauerunt.

XIII. Stupendum fuit hoc jusiurandum, fædúſque, quia admodum difficile. Quid enim acerbiùs maritis poteſt accidere, quàm partem ſui, charas vxores repudiare à ſe, atque in exilium mittere? præſertim nihil mali meritas? Et tamen id ſe facturos receperunt Hebræi; neque tantùm coniuges ex alieno ſanguine, in Iſraëliticum torum, contra legem adſcitas amandare, ſed ſimul etiam liberos, ex damnato concubitu ſuſceptos, cum matribus domo eijcere; manifeſto argumento, quòd pluris facerent amorem DEI, quàm liberorum ſuauitatem, & malè nuptiali vinculo alligatam fidem.

Quantum difficultatis habuerit hoc fœdus?

XIV. Atque hæc eſt veræ pœnitentiæ nota, impiè ſociata diſſoluere, & proijcere à ſe, ſua etiam viſcera, ſi illis ſanis & integris, non licet DEVM amplecti; quantò magis blandas, ſed culpandas improborum ſocietates, quibus homo nunquam fit melior, nunquam non deterior? Neque novi eſt aliquid, cum lupis vlulare, vulpinari cum vulpibus. Naturæ noſtræ corruptelâ, dociles ſumus nimis diſcipuli, cùm magiſtros habemus impieta-

Conſortiſi cum malo, malũ facit.

pietatis. Sequimur facili pede, quà itur, non quà eundum est.

XV. Fortassis & tu mi bone, hactenus secutus hanc disciplinam, feciſti, quod Dauid alteri cuipiam obijcit, *ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Sed vt ſapias, pernicioſi conſortij rumpenda eſt amicitia; nemo tibi potior eſſe debet ſalute tuâ. Mitte artifices malarum fraudum, proſcribe otioſos Bacchi fratres, eijce domo tuâ turpe Veneris proſtibulum, ablega longè, quiſquis tibi ſuaſerit facienda, quæ rectè fieri non poſſunt: noli quæſo mala connubia inire cum hoſtibus pietatis; nocuit ſemper perditorum conſuetudo, præſertim cùm facta eſt indiſſociabilis. Hîc tibi in mentem ſit velim S. Chryſoſtomus, cùm de praua ſocietate diſertè loquitur, in hunc modum: *rerum natura ſic eſt; vt, quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, ſed ex malo bonus contaminetur; diuerſitas rerum, nunquam poteſt habere concordiam, & multos ſollicitat ſocietas nefanda.*

Pſal.49.18.

Quæuis noxia ſocietas diſſociandа.

S. Chryſoſt. ſuper Matt.

Ex his omnibus conficitur, ſtandum eſſe Chriſti verbis, & proijciendum eſſe longè, quidquid propinquum periculum, ſeu occa-

Conſilium eſt propin-

occasionem mortaliter delinquendi, suggerit: nisi fortè illud tale periculum, occasióque tolli non possit, sine graui incommodo corporis, famæ, vel fortunarum; tum consilium quidem est, minorem illam jacturam maiori bono securitatis animæ posthabere, sed non præceptum. Quare absoluendi sunt, qui officium periculosum, negotiationem, contubernium, societatem ideo non statim deserere volunt, quia scilicet sine ingenti damno non possunt (ex judicio prudentium virorum) modò interim parati sint, adhibere peccatorum remedia, maximè quæ à Confessario ipsis præscribuntur in medicinam.

quas occasiones graiter peccandi cauere, quando sine magno incommodo caueri nequeunt.

Philiarchus p. 2. lib 2. c. 32. Sanchez tom. 1. moral. lib. 1. c. 8. Layman de sacram. pœnitentia c. 4. num. 9.

XVII.

Extra hunc rationabilis necessitatis casum, quoties nullum maius detrimentum est metuendum; & grauis peccati occasio, periculúmue, solâ cautelâ potest amputari, victoria obtineri vnico Abstine, nihil humana industria debet laboris omittere. Nocumentum alicui adferre solet liberalior haustus, & à Baccho ad Martem trahere iam temulentum, manúque post pocula in capulum missâ, facere vulnera & cædes; potest, imò tenetur hic talis, sibi leges temperantiæ indicere, aut penitus mero & symposijs interdicere, nullam aliam facturus iacturam, quàm breuis in gula voluptatis. Obfuit alicui

Occasiones & pericula peccandi, quæ facilè caueri possunt, cauēdæ sunt ex præcepto.

lierem elegantis formæ, ne videre quidem, quam postquam spectaueris, irrequietam, quæ indè nascitur, eïcere tumultuationem. Leuiora enim sunt primo congressu certamina; imò nec opus quidem fuerit certamine, tantummodo ne aperiamus hosti portas, neque semina malitiæ recipiamus.

XX. Victoria Castitatis in fuga cõfistit.

Jtaque in plerisque periculis & occasionibus peccandi, magno meritorum incremento, nullo corporis, famæ, fortunarum damno, abstinuisse, cauisse, fugisse, Vicisse est; Parthorum more, qui tum maximè hostem triumphant, cùm victis similes, in fugam effusi, à tergo iaculantur tela. Neque aliter Horatius vnus, tres Curiatios, fratres vicit, quàm cùm in singulari pugna, singulos Initio fugit; ita enim prout proximus quisque, fugientem insequebatur, gladio confossus est, donec singuli caderent; nunquam casuri, si cum tribus simul certamen inijsset Horatius.

Exemplo Parthorũ.

Item Horatij.

Liuius lib. 1. historia Romana.

XXI. Præter propositũ hactenus exomnes

Hactenus ostendimus necessariã Contritioni appendicem esse duplex propositũ, partim studiosè cauendi lethalia omnia delicta, partim amoliendi occasiones periculosas, quæ propinquam peccatis, certámque viam sternunt. Vbi interim propositum, opportuno tempore mortiferas culpas, ad vnã

plicatum, alia quoq; proposita, ad Contritionẽ necessaria hîc supponuntur.

omnes in sacrum sacerdotis tribunal exonerandi, non excludo; neque obligationes in lege, aut naturâ fundatas; cuiusmodi sunt læsæ famæ redintegratio, boni alieni restitutio, & si quæ sunt similes plures.

XXII. Lacrymæ, preces, suspiria, jũcta Contritioni, magni valoris apud Deũ.

Quando igitur Contritio, descriptis hucusque appendicibus instructa, extra confessionem & Sacramentum pœnitentiæ, sociatur orationi, suspirijs, lacrymis, tum illis pretium suum accedit, placéntque vel maximè Numini. De lacrymis viduæ, deplorantis calamitates suas, Sapiens ait, *nonne*

Eccl. 35. 19. *lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt? & exclamatio eius super deducentem eas; à maxilla ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus delectabitur in illis.* Quantò potiori iure fletus & singultus impiorum, sincerè errores suos damnantium, penetrabunt cœlũ, & liquidam Deo voluptatem facient? sanè in hunc sensum Rex Dauid videtur locutus,

Psal. 55. 9. cùm dixit: *Deus meus, vitam meam annunciaui tibi; posuisti lacrymas meas in conspectu tuo;* nempe oculis diuinis gratissimum spectaculum.

XXIII. Pagninus verba illa, *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*, sic legit: *posuisti lacrymas in libro tuo.* Mos est Regibus, habere

libros

libros annalium, in quos referant ſcitu dignißima, & poſteris ſæculis conſignanda monimenta; quemadmodum inter alios feciſſe Aſuerum Regem, ſacra Eſther meminit hiſtoria. Jtaque cùm Dauid ad DEVM ait, *poſuiſti lacrymas in libro tuo*, clarè inſinuat, eum annalibus, tanquam pulcherrimum factum, pœnitentiam ſuam, fletúmque inſeruiſſe.

Libri annales Regibus vſitati.

1. *Eſther. cap. 6.*

Lacrymas Dauidis annalibus ſuis Deus inſcripſit.

Agite ergò mortales, induite meliorem mentem, ingemiſcite culpis veſtris, deplorate perperam facta. Numen vigili oculo ſignat omnes gemitus, numerat ſingulas lacrymas, ſuis omnes guttulas annalibus inſcribit. quælibet ex iſtis juncta veræ Contritioni, *Bulla eſt Indulgentiæ*, & quod hinc naſcitur, ſufficit Vermi improbè per viſcera graſſanti, ſuffocando.

XXIV.

Adhortatio ad gemitus & lacrymas pœnitentiæ.

LIBER SECVNDVS DE VERME MALÆ CONSCIENTIÆ NON SOPIENDO.

CAPVT I.

NEQVAQVAM SOPIENdus tantùm eſt malus malæ Conſcientiæ Vermis.

I. REBVS etiam minimis, magna nõn rarò ineſt vis, atque efficacia. quantulum eſt piperis, aut ſinapis granum? & tamen vtrumque incendium facit, vtrumque lacrymas exprimit, cùm ſub dentibus incipit laborare. Vna fellis guttula, vna abſynthij ſtillula, integro generoſi vini poculo, ſtragem infert. Eſt & culex exile animalculum, gracili ſiphunculo ſugit ſanguinem, & indè continuò manus vritur, atque intumeſcit. Neque ſcorpius præter tenuem aculeum quidquam armorum circumfert; & tamen quem leuiſſimè pupugit, mortis diſcrimen adit. Sed omnibus

Minimorũ magna vis atque potentia.

bus istis potentior est malæ Cõscientiæ Vermiculus. hæc malus hospes, vbi semel stabulari cœperit, herum suum (impium dico) nimis quàm hostiliter invadit; ipsámque adeò eius animam, inter tristissimas curas, altercnósque terrores, lento supplicio, facit sensim contabescere. Nullum sceleratâ Conscientiâ maius tormentum est.

Inter minima, Vermis Conscientiæ magnus tortor.

II. Subscribit D. Augustinus in hæc verba: *inter omnes tribulationes animæ humanæ, nulla maior est, quàm conscientia delictorum; si enim ibi vulnus non fuerit, vbicunque alibi passus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi Deum inueniet. Quod si non fuerit ibi requies, propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non est, quid facturus est homo? quò confugiet? fugiet ab agro in ciuitatem, à publico in domum, à domo in cubiculum, à cubiculo iam quò fugiet? non habet nisi interius cor suum. Quod si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si sceleris fama, illuc confugere non potest; pellitur enim indè, & cùm indè pellitur, à se ipso pellitur. Si autem à se ipso, quò fugiturus est? quocunque enim*

S. August. super ps. 45.

Maxima tribulationũ est sceleratа Conscientia.

Nusquam domi est impius, omnibus eum locis pellit rea Conscientia.

fugerit, se trahit post se; & quocunq; traxerit se, cruciat se; huiusmodi autem cruciatus, tantò sunt acerbiores, quantò interiores.

III. Nescio, quid grauiùs hac grauissimâ clarissimi Doctoris sententiâ dici possit; depictus est suis coloribus, & probè Vermis improbus, scelestorum hominum jugis carnifex. Sed nempe istorum nonnulli, qui inquilinum tam malè feriatum, in sinu suo circumferunt, medium malo opportunum comminiscuntur; & quia extinguere penitus non possunt molestissimum interpellatorem (veriùs, non volunt) variè conantur sopire, & per illius quietem, etiam sibi pacem aliquam conciliare.

Sopire aliqui volunt Vermem Conscientiæ, non extinguere.

PARAGRAPHVS I.

IMPIORVM ALIQVI DEliciarum promulside, sopire volunt Vermem prauæ Conscientiæ, sed inani conatu.

I. LVtherus (ille alter Germaniæ sol, vnus vnicus Europæ phœnix, quintus inter Euangelistas, inter Doctores primus (si Superis placet) olim ijs, quos variæ tentationes, & mali Dæmonis suasus, ad vetita vrgebant,

Lutherus quàm præclarus animarũ medicus.

Digitized by Google

bant (multóque ampliùs quos rea poſt ſce- *In Sympo-ſiacis c. 26.*
lus conſcientia torquebat) dicere eſt ſolitus: huic curando morbo, malóque, nullam præ Baccho medicinam valere; affundendum liberaliter merum meracum, vel ſaltem ſpumantes hordeaceo potu hydrias; ſic impetum ſathanæ frangi atque enervari, cùm curæ triſtes, & inter panicos terrores natæ cogitationes, poculis & vitris merſæ fuerint.

II.

Gratiſſimum hoc antidotum, atque ab ipſo indubiè medico frequenter vſurpatum, paſſim ſequuntur complures; & cùm ſubita triſtitia malaciam animi turbauerit; aut metus non vani mentem perterrefecerint; aut conſcia criminis conſcientia, Vermíſque turbulentus reum exagitauerit; tum enimverò confugiunt ad coronatos ſummo margine calices, Vermémque cum incuſſa formidine, in liquore ſepeliunt, accinentes illud identidem ex Sapiente: *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo; bibant, & doloris ſui non recordentur amplius.* Sed nempe fruſtra ſunt conatus iſti; breuis conceditur morula, cùm liquidus Bacchus, aliáque voluptatum promulſis, ſomnum parant domeſtico tortori; ſurgit ferocior poſt modicæ quietis intervallum.

Lutherum dociles diſcipuli cõplures ſequuntur.

Prou. 31. 9. 6. & 7.

Malus Vermis ſopitus à delicijs, breui euigilat ad repetendos cruciatus.

Digitized by Google

III. Jd probè didicit adoleſcens quondam Studioſus, vitijs vnà & delicijs Bononiæ innutritus. Monitus erat eâ in vrbe, & quidem cœleſti ſomnio, vir religioſæ vitæ; ageret cum voluptuoſo Smindiride; ſpem lucri affulgere ad congreſſum vnum. Noluit in mora eſſe, noluit tam nobile ſpolium negligere ſomnians. Jtaque properat conuenire iuuenem: & quia vtrique idem erat natiuum ſolum, communis patriæ jure, ſe acceſſiſſe commemorat, ciuem ſuum ſalutaturus. At enim alter vulpinâ aſtutiâ, iam plagas & retia ſubodorati cœpit; ne igitur implicaretur inſidioſo laqueo, ſpopondit colloquium, ſed eâ lege, nullum de Numinis lege, nullum de morte ac tartaro, verbulum faceret.

In Vitis PP. Pradicatorum p. 4. cap. 10.

Improbi, quanti oſores ſint diuini verbi, & ſacrorum colloquiorum.

IV. Conditionem ita accepit Religioſus Pater, vt promitteret, ſe de his omnibus taciturum; in abitu tamen ſuo, ſacrâ, eáque perbreui ſententiâ, vale facturum. Jta vltro citróque variæ quæſtiones ambulant, de terra natali, parentibus, amicis; miſcentur veteribus nova, notis incognita: quod quémq; teneriùs afficiebat, quod auidiùs alteruter ſcire avebat, in medium allatum eſt, inter ſuaues animorum vtrinque motus. Jam ſol ad occaſum præcipitabat, & veſpera diſceſſum Religioſo homini ſuadebat; cùm ille inter mutua obſequia, emiſſitio in omnes angu-

angulos oculo, obſeruat literati adoleſcentis lectum molliſſimâ plumâ turgere, atque hinc nactus occaſionem, faciendo ſalubriter vulneri; Iſaias inquit, planè aliũ nobis lectũ, aliud lectiſternium deſcribit, inculcans ſingulis triſte illud, *ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Dixit, ſimúlque aculéum in pectore fixit, & abijt.

Breui, ſed efficaci cõcioni, occaſionem dedit lectiſterniũ, ab Iſaia deſcriptum. *Iſa.* 14. 11.

V.

Nondum pedem domo hoſpes extulit, & ſepulchrales lumbrici, quorum mentionem fecerat, pleno agmine in Reginaldum (ita iuuenis audiebat) impetum faciunt, miríſque modis inſuetum ad talia tormenta, exercent. Hos inter, quaſi Regulus, prauæ Conſcientiæ Vermis, & ipſe ſurrexit in iras, ſauciúmque iam cor juuenile, novis plagis vulnerauit.

Vermes ſepulchrales cum Verme Conſcientiæ, delicioſum iuuenem exagitant.

VI.

Remedium ergo tyrannidi pacandæ, vndique circumſpicit Reginaldus. denique vt curas omnes, metus, vermes, ſuauiter ſopiret, viſum fuit opportuniſſimum fore, velut accepiſſet, ex Lutheri regula, liberaliùs corporeis voluptatibus indulgere, ſolito magis frequentare choreas, conuenire ſodales, Apollinis, Muſarúmque concordes fides, & voces audire; præſertim verò Bacchi fratris natantes ingredi tabernas: ibi largè bibere, & tum modò pedem efferre

Recurrit ille ad Lutheri regulam.

Iuuen. sat. 6 ——— *cùm iam vertigine cælum*
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

Jta noctis quandoque vnam particulam habuit quietam miser. sed quamprimùm diluculauit, crapuláque cum somno excussa est, rursus in acie putidus exercitus ad solitam oppugnationem stetit, tandémque feliciter expugnauit pertinacem adolescentis animum. Nam omissimo consilio se subduxit mundo, vitámque asceticam piè auspicatus, homo frugi factus est; neque ampliùs sensit hostiles, vt priùs, irruptiones.

VII. Hic denique modus est, quietem animæ stabiliendi, nempe modum sceleribus ponere, culpatos mores emendare in melius, ad cœlum remigare, postquam ad gehennam vela fecimus. Sic tranquillatur plenè impetuosum afflictæ conscientiæ mare. Cætera omnia, risus, lusus, confabulationes, chori, symposia, & huius generis plura corporis oblectamenta, mulsum sunt; atque vt sopiant aliquantisper insolentem Vermem, breuis tamen est cessatio: post momenta paucula, soporatus evigilat denuo, & atrociùs repetit lanienam, invito & dormienti, cum suaui violentia subtractam.

Vera ratio tranquillandæ mentis & Conscientiæ.

VIII. Luculentum huius rei ad omnem posteritatem exemplum, sacra etiam pagina sistit

ſtit Antiochum. Hic nondum regalis magnificentiæ, ſceptri, diadematis ſatur; nondum deliciarum, quas ſecum aula trahit; innatare magis, magíſque voluit felicitatis oceano; neque timuit interim multa ſub ſcelerum mole mergi: præſentis potentiæ, voluptatíſque magnitudo, omnem triſtioris eventûs cogitationem abſterſit. Verbo dico, ſopitus erat malus Vermis in peſſimo corde. Sed denique evigilauit, & furere cœpit, quando herus juſſus eſt pulchrè cœptam comœdiam, triſti tragædiâ claudere, manifeſto poſteris documento, nihil in humanis rebus æternare, nullum inter ſæculi huius gaudia, ſincerum eſſe, & ſine dente. Hoc expertus eſt Antiochus, quando fortunæ pullus eſſe deſijt, & fieri cœpit nouercæ infelicitatis ſoboles.

Antiochus documentũ eſt malè ſopiti Vermis.

Juuat ipſum audire facundum miſeriæ ſuæ præconem, quando convocati amici languentis lectulum circumſteterunt: *receſſit ſomnus ab oculis meis* (inquiebat) *& concidi, & corrui corde præ ſolicitudine. in quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea!* Miratur Tyrannus tantam ſubitò viciſſitudinem rerum; olim quieta erant omnia, nunc

IX.

1. *Machab.* 6. 10. & 11.

Viciſſitudo gaudij &

triſtitiæ apud Antiochum.

mirè perturbata : olim ad votum fluebant hilares dies, menſes, anni; nunc horridis nubibus, & triſtiſſimis tempeſtatibus involvuntur: nuper Conſcientię Vermis tranquillus fuit, iam ferocire incipit poſt quietem, & fortiùs rodere: ita docent ſequentia Antiochi verba: *nunc reminiſcor malorum, quæ feci in Ieruſalem; vnde & abſtuli omnia ſpolia, aurea & argentea, quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala iſta; & ecce pereo triſtitiâ magnâ, in terra aliena.*

1. *Machab.* 6. 12. 13.

X. Viden' malæ beſtiæ ingenium! quemadmodum medicata offa mutum facit Cerberum, ita promulſis vetitarum voluptatũ ſopit Vermem. neque tamen æternitati; expergiſcitur denique, & vel canus compenſat poſt ſeros annos ſæuitiam, quam intermiſit, cùm adoleuit. Conſidera Antiochum; non eundem eius improbitas continuò tenuit curſum, obnubilatus eſt illi Phœbus ad occaſum, & reliquit ſuſpirantem inter prauæ Conſcientiæ morſus. deſtituit etiam conflictantem cum Verme ſuo; imò cum vermiũ iuſto exercitu, quos velut vltores veteris malitiæ, Deus miſit, tã copioſo numero, vt (ſcripturæ verba ſunt) *de corpore impij ſcaturirẽt*;

Cerberi & Vermis mali comparatio.

Vermium exercitus conſumpſit Antiochũ.

2. *Machab.* 9. 9.

iſti

isti hostes tandem infelicem animam Tyranno excusserunt, vsi pro armis infirmo dente.

PARAGRAPHVS II.

MVLSO NOXIARVM VOluptatum, quàm meritò sibi temperare debeat Christianus.

VTinam miserrimus Antiochi exitus, intimos animi nostri sinus penetraret, fastidire inciperemus salubri nauseâ, velut quisquilias & postrema retrimenta, quidquid illicitarum voluptatum, sub mulsi specie, mundus propinat, & delicioſa Venus, & vtraque cibi potúsque melioris gula. Delectant ista, non satiant; accendunt desideriũ, non extinguunt; sopiunt malitiosum Vermem, non perimunt; imò hinc cùm evigilat, atrocior surgit. O fatui! qui melleas ad momentum illecebras, & mox peritura huius terræ gaudia, etiam sudoribus, magnísque impendijs solicitè comparatis, vt Vermis habeat, vnde tormentum paret: & interim virtutem, virtutísque appendices, liquidissimas spiritûs delicias, & nunquam interituras apud Superos suauitates negligitis? Rectissimè ad hos applicauero, quod olim Deus per Prophetam admirabundo similis, que stus est operibus manuum suarum: *Obstupescite*

I.

Mulsũ voluptatum malarum, quàm inane & vanũ?

Ierem. 2. 12. & 13.

Querimonia Dei aduersus eos homines, qui creatoris inhiant, neglecto creatore.

pescite cæli super hoc; duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

II. Vehemens hæc prosopopœia, commotum esse ostendit ingenti dolore diuinum pectus, super gentis suæ impietate, grandi stultitiæ junctâ; nam, vt non semel scriptura sacra meminit, Judæi relicto veri DEI cultu, sacrilegè sæpius ad Jdola, & Jdololatrica sacra Ægyptiorum, Assyriorúmque desciverunt, vtpote à quibus alternatim opem petebant, cùm bellis premerentur. Hoc autem quid aliud fuit, quàm spontaneâ, nunquam excusabili proteruiâ, DEVM, bonorũ omnium jugem fontem abijcere, & transire ad hiantes, perforatásque cisternas, quæ stagnantem aquam, collectam cum cœno & putore, nequeunt continere? Eiusmodi cisternas, rimis vndique plenas, vocauit DEVS populos Jdololatras, apud quos Hebræi in rebus arctis perfugium quæsiuerunt, sed conatu parùm felici; plerumque enim primam eorum spem destituit facultas iuuandi. Et quid magnum darent Assyrij, Ægyptiíque cum omni magnitudine sua, paruula cisterna? imò guttula vna, & quod guttâ minus est, nihil; si cum Numine comparentur? Di-

Iudæi qua ratione cisternas sibi foderint, relicto Deo, fonte omnis boni?

Qpid sint omnes populi ad Deũ comparati?

Digitized by Google

III.

Isai. 40. 15. & 17.

Disertè Isaias testatur, *Ecce gentes quasi stilla situlæ; omnes gentes quasi non sint, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.* Ita verissimè dixero, si cum magno DEO, & liquidis gaudijs, quæ ab ipso fluunt, incomparationem veniat quæuis voluptas è terris nata, stilla est vna, vna guttula, nihil est. Et tamen sunt inter mortales, qui hoc nihilum, hanc stillam, hanc guttulam, momento quo sorbetur, vanescentem, fonti & mari DEO præferant. Simili planè stoliditate, maiore insaniâ, quàm olim auarus quidam, fortunam prudentiæ antetulit, cùm ausus est dicere: *Gutta bonæ sortis* (fortunæ) *mihi potior est mentis* (prudentiæ) *cado.*

Voluptas è terris nata, stilla est, guttula est, nihil est.

Nazianzenus tractatu de fortuna & prudentia.

IV.

O! quanti sunt, quibus guttula corporeæ voluptatis, hausta ex Veneris philtro, aut Bacchi cratere, aut Gulæ patina, potior est virtute, potior cœlo, & cœlestis beatitudinis cado! Res ipsa loquitur, quoties incarnis gratiam deflectimus ad illicita; parùm memores legis, quam tulit Romanus sapiens, qui nos corporibus nostris vult imperare, non seruire ad omnem libidinem. *Fateor* (inquit) *insitam esse nobis corporis nostri charitatem; fateor, huius nos gerere tutelam: non nego, indulgendum illi; seruiendum*

Multis guttula voluptatis illicitæ, potior est virtutis & beatitudinis cado.

Seneca Epist. 14.

Miserrima corporis seruitus.

dum nego. Multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, solicitudinibus onerat; contumelijs obijcit. Honestum ei vile est, cui corpus nimis charum est: Et alibi hæc habet. *Maior sum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium sim mei corporis.*

Seneca Epist. 65.

V. Accipe sententiam minio dignam & rubricâ, disce ab Ethnicis, prauæ concupiscentiæ vim inferre, disce membrorum tuorum herus esse, dominari ventri tuo, non ancillari; disce corpusculo guttulam voluptatis negare, quam DEVS interdixit, seuerus prohibitionis suæ exactor, si quisquam alius. Dic in posterum meliori verborum ordine, *Gutta bonæ mentis, mihi potior est bonæ sortis cado:* gutta bonæ virtutis, mihi potior est malorum vitiorum amphorâ: gutta cœlestium deliciarum, mihi potior est terrestrium oblectamentorum congio.

Dominari debemus corpori, nō ancillari.

Guttula virtutis & cælestium deliciarum, potior esse debet, cado terrestrium oblectamē torum.

VI. Quanquam quid cado, & congio, & amphorâ, includo vniuersa carnis gaudia? cogi angu-

angustiùs possunt hæ guttulæ; quæ vt auidè hauriantur ex cisterna pertusa, plùs semper relinquunt post se desiderij, quàm conferant saturitatis. Ad fontem opus est se conferat, qui arentem sitim vult sedare. Nam, vt S. Ephrem ait, *lacte non egent, qui gregem pascunt: qui panem frangunt, micis opus non habent: qui mel conficiunt, eos mellis saporem explorare non est necesse: qui margaritam habent, de obolo acquirendo non laborant: qui fontem habent, guttâ non indigent.* Subsumo hîc juxta philosophorum præcepta; sed DEVS fons est omnis boni; ergo, qui hunc fontem tenet, non indiget guttulis vanissimarum in terris voluptatum. Vrgeo insuper, & quod inter Gentiles semel scripsit Trismegistus de Numine, millies inculcatum velim: *Respicite, ô mortales, & resipiscite, & ad fontem vitæ recurrite.*

S. Ephrem tract. de diuina gratia tem. 1.

Ad Deum, fontem omnis boni currendũ.

Trismegistus dialogo 7.

Sed nempe per virtutis ardua, ad DEVM currere, multis nimis quàm videtur operosum; etiam ire aliqui fastidiunt; apparet via spinis vndique horrida, nullis floribus instrata. Et hinc non pauci relicto aquarum viuentium puteo, ad fætentes cisternas, per blanda impiarum voluptatum devia properant,

VII.

rant, guttatim hauſturi cum ſcelerum illecebris, vnde longo cruciatu torqueantur. Diuinè S. Auguſtinus: *quantum & quale bonum ſit Deus, etiam ex hoc euidenter oſtenditur, quòd nulli à Deo recedenti, bene eſt: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, ſine doloris timore eſſe nõ poſſunt.* Ita eſt; nemo propè inter ſceleratos, & prodigos animæ homines reperitur, qui non medijs in riſibus, & inter feſtiuas hilaritates, ſubito motu ſæpius concutiatur: turbatur identidem ſontis animus, atráque nebulâ inficitur. Non ſemper campus ridet, neque cõtinuò aſpirat fauõnius; ver tandem transit in hyemem, & mollis Zephyrus in aquilonem, & purpureæ roſæ in canam pruinam, & amæna ſerenitas in graues procellas.

S. Auguſt. in ſententijs, ſent. 289.

Qui Deum repudiant, ipſa in ſuauitate terreſtriũ deliciarũ, tormentum habent.

VIII.

At enim nullum malum ſentiunt multi, cùm tamen per omnes vitæ ætates, promulſidem vetitarum oblectationum, plenis ſibi congijs videantur trahere. His nempe ſuauitatibus paſtus Vermis, in ſopore adhuc eſt. Sed mihi credite, mali; antequam vltimus vobis veſper veniat, excutiet cum ſomno torporem mala beſtia, & aculeum non vnum figet; exprobrabit continuò impietati veſtræ, quòd deſerto DEO, fonte aquæ viuæ, foderit ſibi in creaturis *ciſternas diſſipatas,*

Malus Conſciẽtiæ Vermis, per totam ſcelerati vitam quietus, ipſa in eius morte non rarò furit.

Ierem. 2. 13.

patas, quæ continere non valent aquas.
Jta planè minatur futurũ Propheta: *& nunc* Ierem. 2. 18.
quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide; quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum.

IX.

Aduerte ô bone, qui nunc in Ægypto huius sæculi, bibis illicitas, vanas, sæpe spurcas voluptates, & defæcatum sincerúmque mulsum putas; falleris splendidè, hauris *aquam turbidam*. Non te iam rodit Vermis tuus? non sistit reum te tribunali mens tua, sibi toties, & tam malè conscia? ne triumphum cane, nullum hîc magnum perfidiæ tuæ fulcimentum habes: *arguet* (aliquando) *arguet te malitia tua*; nondum tibi supremus illuxit Phębus, *auersio tua increpabit te.* Et obsecro, de quo potissimùm crimine accusaberis, improbe? *scito & vide, quia malum est reliquisse te Dominum Deum tuum.* Jgitur totius accusationis caput erit, mare te contempsisse, & iuisse ad alueum; fluuium deseruisse, & cucurrisse ad riuulum; inexhaustum fontem omnis boni, supremum Numen te fastidiuisse, & properâsse ad gut-

Mortalium deceptio, dum malis voluptatibus indulgent.

Caput accusationis aduersùs impiũ, Deum fontem omnis boni contempsisse.

Digitized by Google

tulam mellis, puta melleam corporis voluptatem, admissam contra diuinas legislatoris Dei, sanctiones.

X. O! quisquis sapere cogitas, hîc tibi tempera; mixta est felle omnis hæc promulsis, trahítque in fundo, cum veneno serpentem suum; ne permitte fascinari oculos tuos; claude, vbi periculum est; & quoties te mala illecebra ad flagitium amicè invitat, vsurpa, quod declinandæ ebrietati alexipharmacum sapiens præscripsit: *ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.*

Voluptates illicitæ fel & venenum trahunt.

Prou. 23. v. 31. & 32.

XI. Hoc idem, neque aliud tibi promittere potes, ab omni corpori tuo malè concessa oblectatione; armat illa velut inimicus, contra te colubros, regulos, ipsúmque stygium draconem; sæuiturum crudeliter post hausitas momento blanditias. Ah! quot monstrum hoc ferale glutijt mortales, nondum ebrios, nondum saturos malarum voluptatum dulcedine! & quod capital est, etiam improuidos futurorum, imminentis æternitatis immemores! Rem istam lugubri comploratione dignissimam, Barlaam vnus ex seueris eremi cultoribus, Iosaphato quondam

Dum vetitas haurit delicias impius, hauritur à stygio dracone.

S. Damascenus in vita Barlaam & Iosaphat cap. 12.

dam Jndorum Regi, declarauit ſequenti apologo. *apud Roswerd. in Vitis PP lib. I.*

XII. Fuit, quem aperto campo monoceros perſequebatur, efferatum animal: atque vt nomen præfert, vnum in fronte cornu gerens, figendis hoſtibus. Et quanquam hæc fera velocitate plurimùm valeret, eius tamen inſidias, homo trepidus fugâ evaſit, pedum ſuorum, & obviæ arboris beneficio. In hanc cùm eluctatus, ſe brachijs ramorum implicuiſſet, conſpexit vndequaque mellis liquorem exſudare. lámque oblitus recentis diſcriminis, non potuit à pruriente lingua obtinere, quin mox involaret, & lamberet melleam ſuauitatem, quam fortuna inopinatò obtulerat; ſed ad interitum tam delicatè epulaturo.

Deploranda mortalium ſtultitia, occupantium ſe in modicâ nocituri mellis ſuauitate, depingitur ex apologo S. Damaſceni

XIII. Nam & peſtilens draco, proximus arbori, intra ſcrobem fauces ingenti hiatu cœpit diducere, hominémque ex ramo pendulum, inconnivi oculo deſignare in prædam; eò dulciorem futuram, quò magis mellita veniſſet: & mures duo, albus alter, alter ater, radicem ligni continuâ arroſione infeſtabant; certi non antè deſiſtere, quàm fatiſcens arbor, iam ſucco ſuo adipatum, vnctúmque probè alienum pondus, in hiantis beſtiæ dentes excuſſiſſet. Quid verò interim profugus ille? quas molitiones tam inimicis

Stulti hominis imago.

machinationibus oppoſuit? nihil egit, exiguo melle vſque adeò occupatus, vt aut draconem, exitiúmque præſens non animadverteret; aut faſcinatus infantilis lenocinio promulſidis, periculum vecordi negligentiâ diſſimularet.

XIV.

Applicatio apologi ex mente Barlaami.

Atque hic mos hominum eſt, aiebat Barlaam; inſidioſa mors, & certo loco neſcia ſtare, omni velocior Monocerote, quotidie preſſo nos veſtigio perſequitur; pro cornu vno, mille falcibus, mille ſagittis armata, in noſtram internecionem; & fugere tamen volumus, exire teli jactum laboramus, evadere inevitabilem fatorum neceſſitatem: ac, quod longè ſtultiſſimum eſt, dum viret arbor, ætáſque juuenilis, dum ſalit inter venas lætior ſanguis: imò & cùm incipit frigere in effæto corpuſculo, quærimus tamen adhuc alvearia, & fauos, & mellis guttulas, plenámque orexin effundimus in oblectamenta, è carne & humo nata, magníque Numinis, ſeueriſſimis legibus interdicta.

Mors comparatur Monocerοti.

Arbori vita & ætas.

Fauo & melli Voluptas.

XV.

Potiſſima quorundã mortalium ſolicitudo circa delicias.

Et iam multorum potiſſima ſolicitudo eſt, diſponere in longos porrò annos Veneres ſuas, & ſaliares epulas, & ſpumantia falerno pocula, & parturientis aqualiculi quotidiana incrementa. Hæ grandes ſunt cogitationes, magna conſilia, & ſeriarum deliberationum capita, quibus non pauci mor-

talium

talium implent pectora sua, mergúntque Iuto & terræ, ad cælos efferenda. Nihil interim magnopere anxij, qualis nos ibi maneat æternitas: modò nunc esse possint beati, maxima & prima est curarum: quales olim fiant, postrema. Nempe præsentia humanos plerumque animos ad se rapiunt, absentia parùm afficiunt. vix futurorum amor est aliquis, aut metus, nisi frigidus; præsertim cùm procul distans æternitas involuitur.

Præsentia plus movet quàm futura.

XVI. Dies & nox, albo atróque mutatu colore parata.

Accidit igitur frequenter, vt cùm clepsydra fatalis horæ, non intellectâ celeritate effluit, tacitisque cum noctibus dies, velut candidus nigérque musculus, lignum & vitam sensim incidunt: Draco inferus, semper pervigil, semper Argus ad humanam perniciem, iam hunc, iam illum, adhuc in melle suo, & scelerum dulcedine occupatum, patulo rictu absorbeat, heu! nimis pretiosum bolum, Deóque debitum.

Draconi fathan.

XVII. Cætus Ionam euomuit; Stygius draco.

Et væ misero illi, qui in huius stygij monstri vterum, æternarum sepulchrum tenebrarum, immigrauerit! nunquam in lucem evometurampliùs, vt quondam Ionas Propheta, quem cætus, sicut accepit in ventris sui immane barathrum, ita in eo servauit integrum, ita indè innoxium reddidit. At verò quem cacodæmon semel vorauerit,

Iona 2. 11.

Digitized by Google

quos semel glutijt, semper seruabit.

tametsi seruare nolit, non nisi in tartarum expuet, & tartari immortales flammas. Hîc quæuis mellis stillula, quæuis cum flagitio permissa corpori oblectatio, heu! nimis graui, nimis longo cruciatu plectetur, quia sempiterno.

XVIII. Mortales! ô verè mortales! homines hodierni, crastini; ô improbi! ituri paulò post ad æternitatem, *quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Scio, salamandræ non estis, vt sine noxa, sine gemitu, ignibus etiã nostris possitis incubare, quantò minùs æternis illis? ergo, ne debeatis aliquando, mulso inhibitæ voluptatis nunc temperate, & sapite, illúdque semper ante oculos habete verissimum verbum, *nocet empta dolore voluptas.*

Isaiæ 33. 14.

Salamandræ sine noxa viuunt in ignibus; non Damnati.

Horat. 1. epist. 1.

PARAGRAPHVS III.

DOLORE, TIMORE, INSANIÂ, exitio, emitur Voluptas momento interitura.

I. EST in Jmperio Princeps, cui vrsus delicias fecit; tum maximè, quando melli irasci cœpit. Apponebatur id nonnunquam præcalidum in patina, atque tantùm non

Malis voluptatibus coniunctũ esse dolo-

feruc-

ferueſcens. Itaque fera, quemadmodum grandi aviditate in hunc cibum fertur, aduſſit ſæpe ſæpius os, linguam, fauces; neque tamen ſibi vim facere aut potuit, aut voluit, vt abſtineret ab obiecta illecebra; ſed inter continua murmura, & mixtas brutis eiulatibus querimonias, vrſus furore, iráque plenus, mel omne abſumpſit. Quis hîc neget locum habuiſſe illud, *nocet empta dolore voluptas?* Sanè in eodem melle, præter oblectamentum, cui inhiabat vrſus, etiam reperit vnde doleret, atque efferueſceret in indignationem. Ita ſceleris voluptas *cùm palpat, ſæuit; cùm blanditur, enecat:* nullúmque adeò mel in quocunque flagitio, ſine mixtura alicuius fellis eſt.

rem, docetur vrſi exemplo, mel vorantis efferueſcens.

In ſent. ethicis.

Melli voluptas comparata.

II.

Teſtis luculentus quiſque ſibi eſſe poterit, eo momento, quo indulgetur malæ libidini, naſci non vnam in animo formidinem, continuúmque obrepere Conſcientiæ Vermem, & omnem guſtatæ impietatis ſuauitatem corrumpere, *nocet empta dolore* (timore) *voluptas*. Et tamen cũ vrſo mel voramus; immemores Dionyſij tyranni, cuius hoc eſt elogium: *Delicias moderabatur, aiebátq; ad familiares, mel ſummo digito, & non concauâ manu prælibandum.* Ego

Malis voluptatibus coniunctus timor.

Philoſtratus lib. 1. de vitis Sophiſtarum.

Digitized by Google

verò dico, vetitas oblectationes neque tangendas quidem; obest semper hæc dulcedo, & nunquam venit, nisi onusta insignibus malis, amaritudine, tristitiâ, metu futurorum.

III. At suggeret aliquis; non omnes impiorum delicias doloribus, timoribus misceri; esse quasdam etiam sinceras in sceleribus voluptates; & tum inprimis, quando Vermis hominem suum non interpellat, sopitur hic denique affusâ jugiter suauissimorum gaudiorum promulside. Sed nimirum, vt tum absit metus vindicis Dei, & solicitæ tristium eventuum curæ; succedit tamen insania, grande malum, vltimúsque ad imminens exitium gradus. Heptacometæ, siue Septempagani (populi supra Colchidem Moschicorum montium summa incolentes, ita dicti à septem vicis, quos inhabitant) ex summis arborum ramis mel legunt, quo homines ad insaniam adiguntur; factúmque est, vt cùm crateras aliquot hoc melle plenos, Pompeianis militibus propinâssent, tres eorumdem cohortes à sensu alienatas cõciderint. Hem! istis nocuit empta insaniâ voluptas.

Malis Voluptatibus coniuncta insania.

Strabo lib. 12.

Mel ad insaniam redigit.

IV. Nihilo meliùs cum illis agitur mortalibus, qui in crimine ambrosiam quærunt; quò suauiùs largiúsque bibunt, eò insaniunt magis, & extra mentem suã ponuntur; cuius

mani-

manifeſtum eſt ſignum, hominem exuere, bruta, brutorúmque mores induere; viuere non ex rationis imperio, ſed prauæ cupidinis; caducis animum bonis occupare, æterna inſuper habere, vendere titivilitio cæleſtia, denique periculum ſalutis, cui vicini ſunt, non perſentiſcere; ſed ſenſim ſine ſenſu, in nociuarum ſuauitatibus voluptatum interire. Ferè ad eum modum, quo vrſi paſſim in Ruſſia perire ſolent.

Humanæ inſaniæ ſignum, non viuere ſecundùm rectam rationem.

V.

Cùm enim plerumque apes ibi ad cavas arbores mellificent, vrſis ad mellis rapinam aſſuetis, ita mortiferæ parantur inſidiæ; vt cùm debiliſſimum caput habeant, claua lignea, ferreis cuſpidibus armata, ſuper foramen evolantium apũ, ex altiori ramo ſuſpendatur. Hæc, quia aditum intercludit feræ ad delicias ſuas, ab indignante cum impetu repellitur; ſed in ipſo conatu ſuo, vrſus nequaquam periculum advertens, à redeuntis clauæ artificioſo illapſu, in veſtibulo ſperatæ felicitatis eliditur, & morte ſuâ guſtati mellis jacturam reſarcit.

Olaus lib. 18. cap. 14.

Modus elidendi vrſos apud aluearia, in Ruſſia conſuetus.

VI.

Sic planè, ſic omnino, neque aliter accidit non paucis inter homines, qui curam animæ ſuæ abijciunt, ſuſcipiunt corporis; íd-que in omnibus vnum agunt, vnum ſatagunt, vt gulæ, cuticulæ, carni ſit bene: dum iſti in malis ſuis voluptatibus, & melle ſuo

Impij in melle illicitarum oc-

cupati deliciarum, sæpius à morte occupantur.

deliciantur, aut deliciari cogitant; non rarò imprudentes, ignari, sine sensu deprehenduntur à fatis suis; bis miseri atque infelices, quia temporaneæ morti æternam sociant: & verum est tum nimis illud: *nocet empta dolore voluptas*; nocet empta insaniâ, exitio, voluptas. Experientur hoc graue nocumentum damno suo, quotquot in altero orbe ad stygis se incolas olim condemnatos inuenient; repeténtque illud Jonathæ, tristitiâ plenum, *gustaui paululum mellis, & ecce morior.*

1. *Reg.* 14. 43.

VII. Expenditur illud Jonathæ, *gustaui paululũ mellis, & ecce morior.*

Memorat Scriptura sacra, postquam Jonathas, Saulis Regis filius, diuino afflatus Numine, per inaccessas semitas, & pręruptos scopulos in Philistinorum se castra penetrauit, iámq; cum armigero suo, magnam confusis hostibus stragem inferret; Saulem parentem, victoriam prosequi volentem, quam felici auspicio filius inchoauerat, adjurâsse exercitum omnem, ne quis quidquam ciborum gustaret, ante reportatam domum palmam, & bellicæ gloriæ triumphum; capitali etiam supplicio proposito in prævaricatores.

VIII.

Contigit, vt, cùm hebræus miles, palantes hostium acies à tergo insequeretur, offenderet saltum melle plenum; in cauis si-

qui-

quidem arborum truncis, aut in petrarum sciſſuris, vel etiam in ipſis terræ cauernis, paſſim familiares regioni illi apes, fauos fingebant, ex quibus redundans mel variè diffundebatur. Videri poterat tum fertilis terra, feſſis partim, partim jejunis à matutino tempore copijs regijs, menſam ſtruere, parabili victu, neque magnis impendijs. Et tamen, vt ſacer textus notat, *nullus applicuit manum ad os ſuum*: atque, vt D. Chryſoſtomus ait: *Syluam præteribat exercitus fauum habentem, & fauum ante faciem populi; & ingreſſus eſt populus ad fauum, & transibant: menſa extemporanea fuit, vt accedendi facilitas, & nutrimenti ſuauitas, & latendi ſpes, in iuramenti præuaricationem ipſos alliceret. Sed cum multa transibant reuerentia, & cùm tot eſſent ipſos allicientia, diſciplinam ſeruabant.*

Sanctius lib. 1. Reg. c. 14. n. 38.

1. Reg. 14. 26.

D. Chryſoſt. hom. 14. ad popul. Antioch.

Temperantia exercitûs poſt acceptũ Regis præceptum.

IX.

Vnus deliquit ex omni numero Jonathas, & libato modico melle, patris mandatum violauit, quanquam ignarus latæ legis, vtpote abſens cùm promulgaretur; nihilominus tamen præſens vitæ periculum adijt; iam enim Saul obſtinauerat, etiam in viſcera ſe ſua ferro graſſaturum, ſi filius reus transgreſſionis foret, & hinc illa lacrymabilis vox

Saul mandati ac iuramenti ſui quam obſeruans?

Jona-

Jonathæ, deprehenſi ſortis indicio, in ſcelere aut nullo, aut non magno, *guſtàui paululum mellis, & ecce morior.*

X. Hîc juuabit meminiſſe, nos in baptiſmatis fonte, ſub crucis vexillo, in ſacram militiam adſcriptos fuiſſe; atque vbi adoleuimus, continuò præceptum accepiſſe, vt hoſtiles ſathanæ acies ad internecionem, dum vita nobis ſupereſt, perſequeremur, & quidem quadantenus jciuni; nullo impunè prætermiſſo, qui interim obvium malarum voluptatum mel guſtauerit. Quod ipſum diligenter conſiderandum eſſe, præclarè admodum ex Jonathæ periculo ſuprà deſcripto, docet Beda ſequentibus verbis: *quo facto admonemur, omnes illecebras voluptatum in ſæculo debere contemnere eum, qui Deo nititur militare; nam non poteſt contra allophylos ſpirituales, id eſt, aduerſus Principes tenebrarum harum, viribus, armíſque pugnare, qui adhuc huius mundi negligit dulcedinem declinare. Mel enim deſtillans labia meretricis, quod eſt delectatio voluptatis carnalis.*

Cõparatio præcepti quod Chriſtianus accepit in baptiſmo, cũ præcepto Iudæis ac Ionathæ dato à Saule.

Beda quæſt. in lib. 1. Reg cap. 6.

In tranſitu per hanc vitam, abſtinendum à melle illecebrárum.

XI. Sed ô! quotusquiſque Chriſtianorum, in tranſitu huius vitæ, & hoſtium perſecutione, manum cohibet ab obvio melle? ah!

quàm

quàm rari sunt, qui sibi temperant à proscriptis delicijs; tametsi grauissimas interminationes Dei vs apponat transgressoribus! Ita miseri mortales, plerumque

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. Ouid. 3. de arte.

Sed vbi satisfactum est prauæ cupiditati, & justo Numinis calculo denique in tartarum detruditur impius, sera, nihilque valitura pœnitudo, triste illud, & solum, ex damnati ore ingeminat: *gustaui paululum mellis, & ecce morior.*

XII. Verè misera scelestorum hominũ conditio! miseriam fugiunt in hac mortalitate, felices esse volunt; semper in mulso natare & melle; & neutrum obtinent, neque ex integro felicitatem inveniunt, neque omnem effugiunt miseriam. Non omnes improbis eunt soles sine nube; neque semper æquabilis luna est, sed aliquando cornuta, vt feriat nocentem, quâ minimè putatur nocte. Tamersi verò etiam in serenitate continua, per omnem vitam, quàm longè latéque extenditur, ambulare tibi videaris, nihilque omittere, quod ex lasciuo Veneris, ventris, gulæ imperio præscribitur agendum: quæso tamen & obsecro, cùm tibi omnes anni effluxerint, cùm te mors stiterit æternitati, quanta

Tota voluptatum series, Damnatis videbitur fuisse *paululum mellis*, mistum cum æterna morte.

Digitized by Google

ta ſurget poſſeſſio voluptatum? ah! etiam nolens cogêris fateri, & plorantì ſimilis Jonathæ exclamare, *guſtaui paululum mellis.*

XIII. Nempe omnis humanæ potentiæ magnitudo, omnis regnorum gloria, omnis purpurę ſceptríque ſplendor, & opum abundantia, & honoris amplitudo, & copia clientelæ, & vetuſtæ nobilitatis decus, & magna fortitudinis nomina, & heroicæ virtutis inſignia, & ſuaues carnis illecebræ, & quidquid è tellure profectum afficit humanam mentem, nihil niſi *paululum mellis eſt*, comparatum ad cæleſtium gaudiorum mare.

Idem apud eoſdem erit iudiciũ de bonis fortunæ.

XIV. Thomam Kempenſem audi: *Dicunt multi, ecce! quàm bonam vitam ille homo habet, quàm diues, quàm magnus, quàm potens & excelsus? ſed attende ad cæleſtia bona, & videbis, quòd omnia iſta temporalia, nulla ſint:* nihil ſunt, aut ſi multum, ſunt, *paululum mellis ſunt.* Quiſquis verò etiam in illis tam modicis, tam nullis bonis, malas delicias cum Numinis injuria piſcatus fuerit, iuſtiſſimè hunc ſibi olim perpetuum leſſum occinet, *guſtaui paululum mellis, & ecce morior.*

Thomas de Kemp lib. 1. de Imitat. cap. 22.

XV. Lyſimachus quondam militiæ Imperator, cùm inter Getas grauiſſimâ ſiti conſtri-

ſtrictus, ſeſe pariter atque exercitum ſuum hoſtibus dedidiſſet, pòſt paulò facti, & ſtoliditatis ſuæ pœnitens: *Dij* (inquiebat) *boni, quàm breuis voluptatis cauſsâ, magnam depoſui felicitatem?* Quid putamus? cùm homo impius, Dei & ſalutis ſuæ neglector, ſe poteſtati hoſtium ſuorum permiſit, atque in obſequium ſathanæ mancipauit, vt vitioſæ ſiti leuandæ liceret ſorbere melleas in ſceleribus voluptatulas; numquid exclamabit olim lugubre illud cum Lyſimacho, *Deus bone, quàm breuis voluptatis cauſâ, magnam depoſui felicitatem?* heu! pro momentanea vaniſſimi gaudij illecebra, æternum beatitudinis bonum vendidi.

Plutarchus in lib. de tuenda ualetudine.

Modica in peccatis illecebra, cælum prodigit, mercatur orcum.

Neque verò in ſola tanti boni jactura ſtabit malum: expectat inſuper ingens calamitas eum, quiſquis hîc contra ſeueras Numinis leges intemperanter carnis impetum, & delicatæ voluntatis brutum affectum fuerit ſecutus. Jſthæc temeritas tormentis infernalibus plectitur. Et quot exiſtimas mortales, iam hoc ipſo temporis punctulo, in orco damnant auſus præteritos, & leuitatis ſuæ petulantiam, & grandis inſaniæ non excuſandam malitiam? ah! quantorum hæc eſt luctuoſa vox, complorantium in eodem choro, in pari cauſa, ex vno ore, *guſta-*

XVI.

Damnati damnant in ſaeuas ſuas & petulantias.

gulosi paulum molli, & rose murræ: & quod malorum omnium caput est, acerrimæ mentis desiderium, & ad hæc illum fortissima vivo, & æternum crucior.

XVII. Nonnulla quæ pertinent cum D. Bernardino hinc variantem pium voluptatis illecebras quæque contemnendas æternitatem æternitatem? *Quam falsa* (melliri patria tua fata) *& delusoria sit illa permanentia fallaciæ, quam vos in amore voluptatis, & carnalitatem, in libro experientiæ legistis inscriptam; dum eris præsens, quod fuisti, & fuerunt, quæ fuerunt, præsentia.*

XVIII. Nora obscura, & ne excidat sequens, memoria, & ipse summus Deus, ut ego dixi non dixi, *fuit præsens, quod dixisti.* Sanè pauca admodum homines obscuritatem vitæ diem & horam dicunt, expectant non nulla delicias eo quadrantes, ano & momento, quo cognoscet nullo & certo Voluptatum illecebras contemnendas. Nam ut ait Bernardus, se quidquid illi retinuerint, quidquid ad tempus ligatos extenderit, cereæ vitæ non poterunt, & *tempus quadrans* ad momentum, ut ait vir. rissimi dicti Bernardus, *cito præterit, quod dicebat, cito fuit non erit quod erit tantum, quo voluptuosus homo transiens,*

tor torquebitur in orbe altero, *permanet ſine fine, quod cruciat*, ait S. Pater.

XIX. Jtaque & infernus impio æternus erit, & damnata malorum ſpirituum ſocietas, & triſtes vmbræ, & formidoloſæ errantium ſpectrorum imagines, & vltricium dolor flammarum, & inſana melioris fortunæ fames, inutilis neglecti cæli pœnitudo, & inter continuos mærentis animi gemitus, lacrymæ jugiter fluentes, & quidquid pœnarum infernali carcere clauditur, puniendæ impietati, omnia hæc æterna erunt. *Permanet* (inquit Bernardus) *quod cruciat*; & ampliùs, *permanet ſine fine, quod cruciat*. O nimis ſalſum, nimis piperatum, nimis amarum à tam mellita lingua verbum! ſed tamen verum, atque ex diuina pagina exſcriptum. I nunc, & per omnes vitæ tuæ ætates, annóſque Vermem, & conſcientiam tuam, ne reclamet audaciæ ac libidini, ſopi vino, lacte, mulſo, melle pernicioſarum voluptatum: cave, ne infidi ſilentij, & fallacis tranquillitatis præmium tandem accipias interitum, & illum ſempiternum.

Poſt noxias breuéſque illecebras, æterna ſuccedunt apud iſperos mala.

Digitized by Google

PARAGRAPHVS IV.

ALTERNATIO MELLIS & fellis, felicitatis & miseriæ, gaudij & luctûs, in hoc, alteróque orbe.

I. CAnis quondã (vt est in fabulis) cùm frustum carnis, vnde vnde sublectum ferret; visâ eius vmbrâ in præterfluentibus aquis, quamprimùm insilijt, velut novam prædam capturus, facturúsq; priori furto auctarium. Sed nimis credulum spes elusit, vel potiùs vmbra, cui cùm frustra inhiaret, simul & corporis jacturam fecit. Hoc caninum ingenium quosdam non rarò mortales invadit; sunt enim qui in vtroque orbe velint esse felices, neque his tantùm in terris delicatè atque voluptuosè, secundùm Epicurum viuere: sed verò etiam in beata magni Dei regia, melioribus illis, æternísque gaudijs æternùm frui.

Canis æsopicus inhiat duobus frustis, cum iactura vtriusque.

Similes cani æsopico multi mortales.

II. Porrò quàm nullum, quàm sine robore sit votum istud, clarissimè explicat D. Augustinus, DEVM sequentibus verbis compellans: *Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationem huius mundi, pro tua perpetua consolatione contemnunt. Nam qui hîc consolantur, indi-*

S. August. in soliloq. cap. 22.

gni

gni tuâ consolatione habentur. Sed qui hîc cruciantur, à te consolantur; & qui participant passionibus, participant & consolationibus. nemo enim potest in vtroque sæculo consolari, nec potest quis hîc & in futuro gaudere, sed vnum necesse est vt perdat, qui alterum voluerit possidere. Hæc vbi considero Domine, consolator meus, in hac vita renuit consolari anima mea, vt digna habeatur tuis consolationibus æternis; quia iustum est, vt amittat te, quicunque in aliquo alio magis consolari elegit, quam in te.

Frustra fatagunt aliqui hîc cum Epicuro, ibi cũ Christo deliciari.

III. Jtaque etiam ex D. Augustini mente in cassum laborant, qui huius, alteriúsque vitæ delicias volunt conjungere; nulli vtraque obtingunt, sed alterutra duntaxat; & sicut qui vmbram sectatur, corpus amittit, vnde illa nascitur; ita qui vmbraticis fugitiui mundi voluptatibus pascitur, veris & cœlestibus non gaudebit. Nempe vt Comicus ait: *omnium rerum vicissitudo est:* mutat etiam quotannis terra suas vices;

Terẽt Eun. 22.

Vicissitudo atq; alternatio rerũ omniũ.

Frigora mitescũt Zephyris, ver proterit æstas
Interitura, simul

Horat. 4. Carm. 7.

Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners.

Alternant mel illecebrarum, & fel pœnarum, in hoc atque altero mundo.

Eandem alternationem seruant huius, alteriúsque orbis gaudia & luctus, vicissim sibi succedunt. Quisquis hîc melli, & melleis vitiorum suauitatibus se merserit, ibi amaro felle inebriabitur; breuem impij felicitatem, æterna miseria excipiet.

IV.

Hanc alternationem Christus docet exemplo médici & diuitis.

Et sanè Christus hanc vicissitudinem futuram demonstraturus, produxit velut testes viros duos, fortunâ & conditione admodum dispares; mendicum alterum, omníque humano auxilio destitutum, & solâ fame diuitem, qua cum inter vlcera quotidie conflictabatur: alterum opulentum, & nunquam ferè occupatum, quàm in corpore & ventre saginando, non absque insigni gulæ, superbiæ, atque inhumanitatis nota.

V.

Hic cùm postea malè fato suo functus, ex pingui culina ad stygium focum descendisset, iámque supplices ab acheronte ad Abrahamum manus tenderet, guttulámque peteret ex Lazari manu, quem ille gremio suo visus est benignè fouere, hoc responsum accepit: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.*

Luca 16. 25. 26.

ciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos magnum chaos firmatum est, vt hi, qui volunt indè transire ad vos, non possint, neque indè huc transmeare.

VI. Quid hoc est aliud dicere, quàm humanam felicitatem stare in lubrico, neque eâdem semper fronte sibi constare? Pulchrè olim ad Cyrum regem rex Crœsus: *Si te agnoscis hominem esse, & alijs mortalibus præesse, illud inprimis discito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatur, semper fortunatos esse non sinit.* Atque vt vel maximè nobis in hac vita omnia fluant ad votum & lubentiam, alia tamen æternitatis erit facies. Et nimis hoc damno suo expertus est adipatus ille diues, quàm paulò antè audiuimus in flammis suspirantem. Juuat cum illo paupertinum Lazarum conferre, atque inspicere in vtroque stupendam conditionis veteris vicissitudinem, postquam cum vita mortali, mortalia ista deseruerunt, facti immortales, æternique.

Herodot. lib. 1.

Humanarũ omnium rerum circulus est, qui semper rotatur.

VII. Jtaque vir ille prædiues, cùm hîc vixit, *induebatur purpurâ & bysso:* Lazarum etiam grossior tela destituit, tegendæ nuditati. diues corpore valebat, & sano; Lazarus vlcerosus erat, imò vnum membris omni-

Luca 16. 19.

Lazarus & diues heluo, illustris imago no-

uercæ fortunę, in hac vita.

bus vlcus. diues continuò plumeis pulvillis, & mollibus culcitris incubuit; Lazaro tam malè affecto, lectus nullus præter terram fuit. diuitem circumdederat copiosum famulitium, paratum ad omnia heri imperia; Lazaro soli canes officiosi erant, *& lingebãt vlcera eius.* Diues regio more, ex aureis patinis & pateris *epulabatur quotidie splendidè.* Quid verò Lazarus? *cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo dabat*; ita neque parabilis etiam famelico victus fuit, neque tenuis mensa, nulla fuit. Denique opulento illi & lyræ, & sistra, & animatæ à digitis fides, perpetuos risus, cachinnósque inter epulas provocârunt; cùm interim apud mendicabulum alterum, præter suspiria & gemitus, præter væ & ah, vox nulla audiretur; hic erat quotidianus misero concentus, quem sine artificio, dura rerum necessitas extorsit.

Luc. 16. 21.

Luc. 16. 19.

Luc. 16. 21.

VIII. En, quantùm duo isti in hoc sæculo distabant felicitate? alter quasi semper erat in ortu bonæ fortunæ, alter semper in occasu. Sed denique factum fuit, quod Sapiens ait: *Diues & pauper obuiauerunt sibi*; tum nimirum, cùm vterque ex hac mortalitate excessit, cùm vterque adijt principium æternitatis; in eo confinio, sic DEO juben-

Prou. 22.

Digitized by Google

bente, prioris permutationem ſortis fecerunt.

IX. Idē Lazarus & diues heluo, illuſtris imago variantis fortunæ in altera vita. *Luca* 16.22.

Et quidem Lazarus, qui nuper humum pro ſtrato habuit, poſt mortem, ſuccolantibus è cælo genijs, elatus fuit ſcripturâ teſte: *Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Et quid cum altero actum eſt, homine delicioſo & copioſo? *Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.* heu! quale hoc ſepulchrum? calet ſupra omnes veterum rogos, quibus cadauera quondam exurebantur: facítque etiam mortuos ſibi intumulatos, vim flammarum perſentiſcere.

X. In vtroque rerum omnium alia facies.

Sed progrediamur. Nuper ante oculos divitis iacebat pauper: nunc iacet ante oculos pauperis, diues. jacebat ille in veſtibulo palatij, iſte iacet in vmbilico tartari. ſtipem petebat nuper ab opulento egenus, nunc egenum opulentus rogat. Lazarus nuper rerum omnium inops, deſiderabat vel paucu-lis micis ſolari famis intemperiem; & nemo micas largiebatur flagitanti, catis etiam & catellis impunè conceſſas; iam in cœlis affatim ei ſuppetunt omnia, nihílque deeſt, ſaturando deſiderio. At verò famoſus epulo, quondam lautitijs plenus, nunc etiam ex orco aquæ guttulam vnam poſtulat, ſiti in-

flammis reſtinguendæ, neque impetrat. Heri Lazarus, vix bene vnâ corporis parte tectus, hodie veſtem gloriæ circumfert: atque vt Mardochæus quondam, fulget *veſtibus regijs, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio, atque purpureo.* Quid noſter ad hæc diues? olim oſtro & auro præſignis, iam igneâ togâ adſtringitur. Denique Lazarus heri ſuſpiria inter lacrymas trahens, hodie in gaudia effunditur; cùm interim infelix purpuratus, riſus ſuos in fletu ſepeliens, lamentabile illud continuò, ęternúmque ingeminet, *crucior in hac flamma.*

Eſther. 8. 15.

Luc. 16. 24.

XI. Hem, ô boni! *diues & pauper obuiauerunt ſibi,* ſtupendáque metamorphoſi, mutaverunt invicem opes cum inopia, famem cum abundantia, cum voluptate dolorem, lacrymas cum cachinnis, cum gaudio luctũ, ortum fortunæ cum occaſu. Hoc duntaxat diſcrimen eſt, quòd temporaneam in altero felicitatem, æterna miſeria; in altero temporaneam miſeriam, æterna felicitas exceperit.

In orbe altero permutantur temporalia cũ æternis.

XII. Sed nempe *ſic rerum vertitur ordo,* ſic alternant in fortuna pij, impiíque, cùm alium orbem poſt fata ingrediuntur. Quisquis in terris prohibitarum vmbras illecebrarum ſequitur, ſeipſum ſpoliat veris ac cæle-

cęleſtibus bonis, imò etiam malis, nullo ævo deſituris involuit. Hæ rerum ſunt vices, vt qui nunc ſibi, malíſque affectibus vim facit, & pro Dei gloria generosè patitur adverſa, Chriſtianæque memor fortitudinis, fellis poculum vnde vnde propinatū haurit, beatorum in cœlis olim ambroſiam accipiat, optabili permutatione. Cùm interim perpetuo felle & abſynthio puniantur illi, qui pauculis præſentis vitæ annis, contra Numinis leges, inhibitarum nectar deliciarum ſectati fuerūt. Jſtos tales hæc Dei ferit comminatio; *Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle.*

Fel & mel in hoc, alteróque orbe ſe mutuo conſequuntur.

Ierem. 23. 15.

XIII.

Eapropter audiendum omnino eſt conſilium Sapientis, ſic vnumquemq; hortantis: *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam; ſtatue cultrum in gutture tuo, ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij.* Hac obſcurâ ſatis ſententiâ, interpretes à Salomone ſignificari putant, cauendum in convivijs Principum maximè ab intemperantia, vt quæ viam non tantùm dedecori ſoleat ſternere, ſed etiam maioribus malis; facilè enim ebrius, quem iam ſua mens deſtituit, dictis factíſque audacibus, errores committet ferro corrigendos.

Prou. 23. v. 2. & 3.

Ianſenius & Salazar cit. loco.

Plebeio cautela adhibenda in magnatum menſis.

XIV. Delicati fane plerique magistratus. Ob nostra scilicet peccata, tenues multæ in grandes elevantur, ut ait Seneca, et exercentur vel Sapiens homines, diligenter cautionem tenentes de quodcunque dicendum sit verbo. Sua pleraque jura lubricitatis legis, in quo pollicitationis et effectus, et ipsa contumacia fassibus illustret: per legem interpretatur, ut sermonem non habeat, qui per jus patronatus adest. Itaque hinc ipsum exumpamus quæ adulo manum, qui dum in principatu meo, mente, adeo parce & modeste de singulis aspernatus, ut nemo ei ignominiæ esse, quod autem in gratiæ suæ genere, qui a reis enim accipit dicta, munera, ea ipsa, quod avocatorum secum jugulares, arcessuum in noctem fecerit ne mansuetus.

Jus Patronatus legis interpretatur.

XV. Sed quo fundamus hanc Sapientiæ, monitionem, ad nos Christianos tuba. Et quis neget istic principes esse, qui principatum tenuerunt, Lucifero, monstrum illa gloriosis magnificis epulis thronum. Et quæ ea cenæ fundamenta? sine? sua quisque in eo gloriatur, quod ipse sit, quo *principe mendacii* quo potens mendacium et pater mihi fundavitur? dicamus? *Superne ardendo, et aquæ amore fluendo.* Non, tamen, nostri conscientia me-

Mendacium, et pater mendacii.

melimela esse,& saccaro vestita fercula, plùs tamen primâ facie præferunt,quàm habeant in recessu; perit momento omnis dulcedo sceleris. siquidem eo puncto,quo nos homines,desinimus esse homines, & transimus in mortuorum censum, non ampliùs propudiosa Venus afficit,neque divites cibis mensæ, neque grauidi falerno calices; sed neque magicæ scientiæ magistro diabolo haustæ; neque auri, fundíque copiosi possessio injusta: omnis vitiosa voluptas, omne eius desiderium expirant, articulo eodem.

Cum morte expirant omnes homini voluptates.

XVI.

Quisquis es, *diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam*; cave, ne decipiaris pulchrâ escarũ mellitarum fronte, omnes sunt evanidæ, ludicræ, momentaneæ; atque vt sapiant aliquantulum, æternæ damnationis periculum conciliant gustanti. Proinde *statue cultrum in gutture tuo*; vel si mavis,oculum tolle ad gladium vindicis Dei,pendentem è filo, super omnes sathanæ conuiuas. valebit intuitus iste, malæ fami salubriter extinguendæ.

Gladius vindicis Dei pendet super sathanę conuiuas.

PARA-

PARAGRAPHVS V.

VINDICIS DEI GLADIVS, iniquitatum vltor, fastidium inducit hianti ad melleas scelerum voluptates.

I. DAmocles Dionysij regis assentator, cùm semel in sermone commemoraret copias eius, opes, majestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negarétque, vnquam beatiorem quemquam fuisse: *vísne igitur, inquit Dionysius, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? cùm se ille cupere dixisset, collocari jußit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto; abacósque complures ornauit argento, auróque cælato. tum ad mensam eximiâ formâ pueros delectos jußit consistere, eósque ad nutum illius intuentes, diligenter ministrare. Aderant vnguenta, coronæ; incendebantur odores; mensæ conquisitißimis epulis construebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu, fulgentem gladium è lacunari, setâ equinâ appensum, demit-*

Cicero lib. 5. Tuscul. quæst.

Damocles, fictitij Regis miserabiles epulæ.

Digitized by Google

demitti jußit, vt impenderet beati illius ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam; denique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quòd iam beatus nollet eſſe.

II. O ſi mali omnes, qui pariter in dæmonis triclinio accumbunt, medijs in flagitiorum ſolatijs, ſuſpicerent ad cœli laquearia, quid aliud viderent, quàm vltorem iniquitatis gladium, ſuſpenſum ex araneæ tela, imminere capitibus ſuis, & tum continuò illapſurum vertici, quàm primùm aut mors falce ſuâ, aut nutu vno diuina Numinis vindicta, illud tam fragile filũ diſruperit? O quis non cum Damocle faſtidiat menſam, cuius appendix eſt nudus enſis! quis non nauſeet cacodæmonis epulas, malas voluptates, illicita gaudia, quibus præter exiguum ſaccarum, tam acre piper mixtum eſt, perpetuus nempe metus præſentis exitij, ſemper in caput impendentis? nam ſi in dulcedine ſcelerum, voluptarium hominem DEVS occupauerit, merget poſt momentaneas delicias, ad cruciatus nunquam finiendos.

Damoclis gladius, icon eſt eius, qui è cælo, ſceleratorum capitibus imminet.

III. Hæc ſanè conſideratio ſi ſeria eſt, valet quemuis mortalium in officio continere, & eò impellere, vt forti animo repudiet Luciferi

Delicatæ Luciferi

mensæ sunt fatales cõuiuis.

feri mensas, & omnia vitiorum lenocinia, tam crudeliter denique nocitura. Et quid tandem proderit, bolum suauem, etiam è regio ferculo glutijsse, si suffocet? imò si æternùm doleat, æternùm vrat, æternùm affligat?

IV.

Hanc cogitationem olim sapientissimè Moyses suscepit, cuius encomiastes Apostolus fuit, cùm dixit: *Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis.* Memorat Philo, Pharaonem Ægypti regem, regni sui hæredem, vnicam habuisse filiam; & quanquam hæc nupta esset, prole tamen diu caruit, quo vno sterilitatis tormento grauissimè afficiebatur. Contigit interim, vt Moyses, hebræus puer, ex pharaonicæ tyrannidis imperio in fluuium expositus obuium, felici fiscellâ, in manus filiæ regiæ delaberetur: & quia paruulus elegantiâ suâ, aspicientium vel leuiter oculos, mox ad se rapiebat, defixósque tenebat: hinc factum est, vt filia Pharaonis continuò sustulerit infantem, educandum inter aulæ suæ splendores.

Ad Hebr. 11. 24.

Philo in vita Moysis.

Quàm heroicè regios splendores, opes, delicias, prę cælo contempserit Moyses.

V.

Quin etiam addit Philo, eam muliebri arte finxisse se grauidam, & demum etiam Moysen peperisse; quo ingenioso commento id impetrauit, vt passim Moyses filius eius salutaretur; in ipsa sua adolescentia, à Græcis, Assyrijs, Chaldæis, Ægyptijs, omni humanâ

Pharaonis Regis filia, simulat Moysen paruulum, filium suum esse.

manâ ſapientiâ eruditus, in ſpem regni. quod tamen ipſe adeò puer faſtidire viſus eſt, quando regiam coronam infra pedes ſuos iacentem, quaſi per contemptum calcauit; planiſſimè docturus, ægyptios faſces, imperiúmque, animo iam tum ſuo inferiora eſſe: neque aliud, quàm abiecta protrimenta videri. Rem omnem Ioſephus deſcribit totidem verbis, quot ſubijcio.

Ioſephus lib. 2. antiq. cap. 5.

VI.

Poſt tertium ætatis annum, admirandam gratiam ei (Moyſi) Deus addidit. nemo enim erat adeò tetricus, vt visâ Moyſis pulchritudine non obſtupeſceret: ita vt relictis ſerijs negotijs, mallent præcellenti eius formâ oculos paſcere. tanta erat puerilis gratia, vt inuiti homines ab hoc ſpectaculo diſcederent. Quo factũ eſt, vt Thermutis (filia Pharaonis) hunc ſibi filium adoptauerit, cùm alioquin germanis liberis careret. allatúmque patri oſtentabat, dicens de ſucceſſore ſe cogitare, etiamſi Deus nullum illi filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educaui, non minus indole, quàm pulchritudine diuinâ excellentem, quem Nilus ipſe in ſinu meo tradidiſſe videri po-

Elegantia paruuli Moyſis ſpectatores habet.

Eum ſibi Pharaonis filia in filiũ adoptat.

Quin & regni paterni

teſt3

vult esse succeſſoré.

teſt; quem decreui adoptare mihi filium, tibi verò in principatu ac imperio ſucceſſorem. & cum dicto patri infantem in manus impoſuit. At ille poſtquam acceptum ad pectus appreßiſſet, filiæ gratificaturus, comiter diadema ſuum eius capiti impoſuit. Moyſes verò capiti pueriliter detractum, prolabi in humum paſſus, pedibus etiam calcauit. Jſta Joſephus.

Moyſes infans regiam Pharaonis coronam pedibus conculcat.

VII. Pulcherrimum hoc triennis pueruli facinus, præter aliorum morem paruulorum, nauſeantis ſplendida, Regem quidem cum filia in admirationem rapuit, alios circumſtantes etiam exaſperauit; conquerentes regiæ maieſtatis decus ab infante turpiter violatum. Jpſe interim Moyſes documentum dedit, quantùm aulæ Ægyptiæ faſtum declinaturus eſſet, cùm ex puero atque ephebis in virum olim tranſierit; quando aureum ſceptrum, & diadema gemmis interſtinctum, tam vile ipſi in infantia fuit.

Vrit maturè, quod vult vrtica manere.

VIII. Jgitur poſtquam adoleuit, didicítque ſe ex Judæis parentibus natum, imò & à Deo deſtinatũ, popularibus ſuis ex dura ſeruitute, in optatam tot annis libertatem vendicandis; *negauit, ſe eſſe filium filiæ Pharaonis.* Jmprudenter iſtud dicet non nemo. ſatius

Moyſes non vult eſſe filius filiæ Pharaonis.

fuiſſet

fuiſſet diſſimulare, & regis titulo fortunáque frui, quàm ſe ſponte detrudere, ad infinitas cum Iſraelitis moleſtias deuorandas.

IX.

Jmò verò prudentiſſimè hîc Moyſes egit; cuius etiam patrocinium jure merito ſuſcepit Apoſtolus, conſilij ſapientiſſimi rationem reddens, ſequenti ſententiâ: *Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem; maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remunerationem.* Ad Hebr. 11. 24. 25. 26.

X.

Jtaque ſic ſecum Moyſes ratiocinatus fuit. Si animum meum profanæ Pharaonis aulæ, aulicíſque ſplendoribus, opibus, humanis oblectamentis velim adijcere, omnis iſta beatitas anguſto annorum pauculorum termino claudetur; cui ſuccedet vindicis Dei longa ira, & cum ira ſupplicium æternitati admenſum. Gladius ſceleris vltor, è filo exili, vnóque Dei nutu ſuſpenſus, ſemper imminet nocentis capiti. Sin autem ſpretâ regali magnificentiâ, junxero me populo meo, in latere & luto laboranti, preſsóque grauiſſimâ ſeruitute (vt facere iuſſus fuit à Numine) non deerunt quidem miſeriæ, co-

Pulchra ratiocinatio Moyſis.

Et comparatio temporalium cũ æternis.

pioſa tolerandi materia; ſed ſtabit ſimul ſempiternum breui tolerantiæ præmium. Satius porrò eſt temporariâ miſeriâ emere æternam felicitatem, quando alterutrum tantùm homini eventurum eſt, & viciſſitudinis neceſſitas vtrúmque non admittit.

XI. Concluſio Moyſis.

Poſt hanc talem ratiocinationem, Moyſes feliciſſimè concluſit, quod multò poſt Dauid erectis ad cælum, Deúmque oculis, pronunciauit: *melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper millia. elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.*

Pſal. 83. 11.

PARAGRAPHVS VI.

THOMAS MORVS, Magnus Angliæ Cancellarius, magnus Chriſti Martyr, magnus bonorum terreſtrium contemptor, ſtrenuus in præſenti materia, Moyſis imitator.

I. HAc eâdem ratiocinatione, mentem ſuam in fide Catholicâ firmauit, noſtro æuo Thomas Morus, magnus quondam Anglici regni Cancellarius. Cùm enim Henricus VIII. Rex, fœdam tempeſtatem contra orthodoxam Eccleſiam concitâſſet, ciúſque libertatem atque immunitatem, tot ſæculis lau-

Stapletonus in vita Thomæ Mori cap. 16.

laudatissimè conseruatam, statuisset collabefactare, novo insaniæ exemplo: adversarium habuit acerrimum, Morum, quem Rex sperauerat inter primos causæ suæ patronum accessurum. *Cornelius à Lapide ad Hebr. 11. v. 26.*

II. Thomas Morus iuris Ecclesiastici assertor ac defensor.

Itaque egregius Ecclesiasticorum privilegiorum assertor Cancellarius, contra jus fásque in carceres raptatus, periclitabatur de capite; cui seruando, Henricus Aloisiam vxorem submittit, expugnaturus viri constantiam, per muliebres fraudes. Potens machina, femina precibus, lacrymis, suspirijs, eiulatibus instructa. plerumque hoc ariete cadunt masculi animi; & non rarò fortissimi quique heroës, omnibus tormentis superiores, verberati sunt, victíque ad vxorias blanditias.

III. Congressus & certamẽ Aloisiæ, cũ marito suo, Thoma Moro.

Sed videamus, quàm sibi Thomas Morus constiterit, iam fractus, vt credebatur, inter compedes inediâ & squalore. Duplex telum Aloisia conjux fecerat; alterum ex præsentis conditionis miseria, alterum ex spe fortunarum magnarum. Igitur initio plena questibus erat; meminisse velit Thomas, non tantùm sui discriminis, sed & suorum; vxorem, liberos, charissima capita, simul cùm ipsius vita periclitari; saltem orbitatem singulis inductum iri, nisi cũ Rege sensisset; quòd si eius sententiæ subscripserit, non

modò ſecum ſuos ſeruaturum, ſed inſuper ab Henrico illuſtribus officijs, titulis, diuitijs denique mactandum; ita ſe certis argumentis edoctam. deſineret eſſe pertinax, bonóque ſuo, & futuris gloriæ, opúmque incrementis, paucula ſanioris mentis verba exararet in charta, quibus offenſus Rex conciliari poſſit.

IV. Audijt ſerenâ fronte Morus, quæ lamentans vxor ſuggeſſerat, tentando eius animo: & quamdiu, inquit, ô mea Aloiſia, cùm tibi, liberíſque redditus fuero, poterimus promiſſis dignitatibus, opulentiáque frui, antequam ex ſtatione mortalitatis migremus? tum illa iam victrici ſimilis, læto ore; facilè, ait, marite mi, totis adhuc viginti annis. Sed Morus contractâ ad ſeueritatem facie, jactantem ſæpius viginti annos, ita à ſe abegit conjugem: O ſtulta mercatrix, egóne pro tam arctis, tam pauculis, & breuibus annis modicæ felicitatis, vendam æternos ſecuturæ in cœlo beatitudinis? non ita deſipio, non adeò ſum excors. quin potiùs, malo hunc carcerem, & carceris incommoda, malo bonorum omnium iacturam, malo opprobria, mortémque ipſam pati, quàm particeps eſſe impietatis, & violando jura Eccleſiæ, beatam æternitatem tam turpiter prodigere. Jta ſibi ſemper ſimilis Cancellarius,

Stulta mercatio, breuis æui felicitatem æternis cæli bonis permutare.

rius, denique triumphauit sub ferro, subscripsítque sanguine suo bonæ causæ, glorioſus Martyr; ac bis victor, quia & regis ferociam, & Aloisiæ suæ lenocinia superauit.

V. Gladius iniquitatum vltor, stimulauit Thomã Morum ad cõstantiã propositi.

Quis autem non videat, hunc magnum heroëm cum Moyse Patriarcha, suspexisse in cælos, vnde gladius pendet iniquitatum vltor, semper extra vaginam, semper impiorum capitibus minitabundus? Sanè vterque, & remunerantem, & punientem DEVM sibi proposuit, & maluit vterque largum in præmio experiri, quam vindicta. hinc neuter passus est se fragilibus huius sæculi bonis inescari; ambo rigidi amatores virtutum potiùs, quàm voluptatum, suauiter perimentium, in sarhanæ mensa, scelerúmque.

VI.

O imitemur! & memores romphææ diuinæ, supra nos ex filo & seta suspensæ, eligamus auctore Moyse, *magis affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem; æstimemus maiores diuitias thesauro Ægyptiorum, improperium Christi*, legem & nutum Dei, sanctissimámque eius voluntatem. aspiciamus in remunerationem pijs, impijs factam, faciendam; vtraque æterna est; sed altera felix, infelix altera. Quin etiam ad exemplum magni Cancellarij, generosi Martyris Thomæ, examen instituamus;

Quibus ex locis Thomas Aquinas, & alii Scholastici, quos ipse citat, ad hanc quæstionem pertinentia, ac rarpora libabitur, quæ adducta, & ad hanc normam exacta, ad ædificium Dei demonstrationis meæ, interrogantium mihi cæmenta, quæ ad hanc rem pertinent, ministrabunt. Quæ autem pauca, quantula potuit brevitati quantula potuit brevitati quantula potuit brevitati

mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ prætergt.

His dictis, cognitum præcedenter, ut ſuprà, VIII.
& anni apud optimum conditorem DEVM, Anni ſecundum Deum
ſecundum ſuam ſapientiam, & ſecundum ſapientiam
ſuam, quam deinceps eum eadem ætate, quomodo
autem computentur, ſecundum ſuam ſcientiam, ſcripturam, & ſignata & ſua ſcientia? Vel
quid conſimile, vis hoc patere, dicere? Ecce
non ſum indoctus in aliquid quod poſſit
ſcripturis ſanctis fieri cleptibus. Et ait ad
me Augustinus: *Ecce Dominus, & Deus noſter*
creatorem dierum nouerunt annorum multi-
tudinem (Augustini) *dierum* (Dominus) *ſuorum*
quos tamen hos tempus, non dico ab his
diebus, ex quo ſunt facti, ſed ab ipſo die
diei, quo fuit dies factus, ſeruat, & ab
eis computare dignatur.

Deinde igitur ſequitur locutus, cui- IX.
us interi mentionis dulcis, hæc recitit ſe- Mentionis dulcis Chri-
mutare, *annos diuersis in mente habeo* ſti de ſeptem annis.
modis de nobis ſcripturis ſanctis annotatos,
ait, & memoriæ beate, à nemine vno con-
ſpectibus, nihil qui dubitandum, ſed ſine
nullo cetimine, & percipitur mihi ſeptem
exhibitionem diuinitatis ſeptem annis ſuis
in tantum, quantum mihi ſufficiebat ca-

L 2 ſu-

nis triclinium, pertinaci constantiâ fugere. quisquis hîc proteruus fuerit, pereat oportet. Nam rectissimè de cacodæmone, illud Sapientis affirmauero, *in profundo inferni conuiuæ eius; qui applicabitur illi, descendet ad inferos; qui abscesserit, saluabitur.*

Prou. 9. 18.

Conuiuæ Luciferi ad stygẽ ibunt.

X. Et fierine potest, vt qui hæc talia seriò considerat, ausit adhuc latranti Conscientiæ, silentium imperare velle, & Vermem suum, ne rodat, ne vellicet, copioso impiarum voluptatum mulso soporare? O quisquis hoc molitur, nunquam nocentiorem sibi quietem, somnúmque conciliauerit.

Somnus sopiti Vermis noxius.

CAPVT II.

MALÆ CONSCIENTIÆ Vermis pessimè sopitur ab improbis, cùm prædestinationem diuinam, irreuocabili iam decreto, super quouis hominum fatam esse, inculcant.

I. AMILIARE infantibus vitiũ est, plorare. continuò illis ab oculo sua cadit pluuia; rarò serenitas est, præsertim constans. centies sub nube stat vultus, antequam semel rideat; etiam cùm dormiendum est, lacrymantur.

Infantium quotidianæ, sou cõtinuæ lacrymæ.

Sed

Sed reperit hominum induſtria infantili malo medicinam, crepitacula, cymbala, aniles nænias, cantilenas. hæc talia vbi paruulorum auribus illabuntur, ſenſim genas ſiccant, ſuauémque membris ſoporem inuehunt. *Noſtra certè natura* (S. Chryſoſtomi ſententia eſt) *vſque adeò delectatur canticis & carminibus, & tantam cum eis habet neceſſitudinem & conuenientiam, vt vel infantes ab vberibus pendentes, ſi fleant & afflictentur, eâ ratione ſopiantur.* *D. Chryſ. in pſalm. 41.*

Medicina infantilium lacrymarū, cymbala.

II. Sæpe grandæui nos mortales, pueris ſumus magis pueri; bis pueri, ter, quater, centies, millies pueri; amamus etiam in ſenio nuces, atque vt infantes in cunis, ita nos in canis crepundia. Et quia quandoque noxarum teſtis domeſticus Vermis, lacrymas invitis extorquet, & quietem adimit formidanti reo; ad ſymphoniam, choreas, fritillos, latrunculos, patinas, ſcyphos, aliáque fugitiua in damnatis delicijs gaudia, velut ad puerorum crepitacula, infantium nolas & cymbala, mulſum & melimela currimus. Sed quàm parum pro ſanis faciant, quàm parum proficiant, qui ad infantiam iſtam deſcendunt, ſuperiori capite oſtendimus.

Senes infantibus collati.

III. Nunc ijs eundum eſt obviam, qui fallacibus argutijs id ſibi vnum perſuadent, nihil

porrò laborandum esse in salutis negotio, quando DEVS, antequam ex nihilo prodiuimus in hunc solem, sortes omnium nostrûm posuit in manu sua, velut vrna. nullum alium hinc exiturum calculum, præter eum, quem Numinis æterna voluntas, constánsq; decretum temperauerit; aut atrũ in omnem æternitatem, aut candidum. Quo fit, vt isti tales, Vermi suo, etiam in medijs flagitijs, accinant de pacis & tranquillitatis bono; sed perpetuo, & nunquã emendabili malo suo.

Ingeniosa hominum malitia.

PARAGRAPHVS I.

PERICVLOSI DILEMMATIS cantilenâ, impiorum quidam, Vermi suo somnum conciliare laborant; sed oppidò exitialem.

1. SVnt mortales impij, qui terriculamentis animo malè conscio excludendis, & soporando vermi, veterem cantilenam sophistici, & periculosi admodum dilemmatis, ipsi sibi occinunt, in hunc modum. Jacta est mecum alea; comitia de capite meo iam sunt finita; nulla ætas, nulla sæcula necessitatem corrigent. Aut enim nomen meum retulit DEVS in syllabum reproborum, quod nolim; aut, quod mauelim, Electorum suorum. Si inseruit me, noménque meum beando-

Pergitur continuandæ

andorum numero, perire iam non possum, quia decretum Numinis de salute, interitú que hominis, est irrevocabile, atque æternum; ea propter neque de bonis operibus, neque de perseuerantia mihi laborandum est quidquam. At enim si DEVS me interperditos & condemnatos collocauit, frustra angor; sine fructu etiam in diuinis præceptis, aut Christi consilijs sudauero; nullis vnquam artibus cœlum ingrediar, vnde lex Numinis me excluſum esse perenniter voluit.

impietati, multis est hoc dilemma: *aut sum prædestinatus, aut nõ sum.*

II. Hæc lubrica est illa captio, quam pessimus sophista Lucifer, *ponit in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Et ô! quot quantíue, hîc laqueum induerunt? Sanè D. Augustinus affirmat, facto sæpius repetendi dilemmatis ratiocinio, monachum vnum in suo monasterio, eò denique adductum fuisse, vt deserto clauſtro, mundum, allia, & pepones Ægypti, malo perfidiæ exemplo, repeteret, miserèque ibi periret, vbi felicitatem insanus quæsiuerat.

Sap. 14. 11.

D. Augusti. lib. de bono perseuerãtia cap. 15.

III. Sed & complures alij ex cornuto illo syllogismo, sumpserunt cornua, facti in omnem pietatem proterui arietes; eâ potissimùm ratione adducti, nullo quòd conatu suo, cælestem regiam is sit ingressurus, quem

Cornutus syllogismus cornua facit impijs.

DEVS

DEVS ab omni æternitate repudiauerit; neque indè vllo casu is sit exturbandus, quem Numen semel in censum Beatorum adscripserit. Atque hîc jussit complures impios, non tam Plato quàm Pluto, inferorum Imperator acquiescere, omníque pio labore, velut inani supersedere, & in vtramque (vt aiunt) aurem, medijs in sceleribus, cum sopito Verme, suauiter dormire; futurorum securos, neque multum solicitos, quid serus denique vesper vehat. Jta mortales nimis in perniciem suam credulos, ludificat veterator dæmon, trahítque ex sutela in ruinam.

Sed & malum otium persuadet.

IV. Verùm nodus ille, fallaci clausus sophismate, ac longè supra Gordium perplexus, quem nulla Alexandri machęra soluerit, verbi diuini gladio scindendus est. Jtaque ex certa Scripturæ sacræ doctrina aio, nulli quidem hominum in hac vita, citra peculiarem DEI reuelationem, infallibili certitudine constare, inter Beatos olim, an reprobos futurus sit. Clara sunt Concilij Tridentini verba: *nemo, quam diu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio, usque adeò præsumere debet, vt certò statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum; nam nisi ex speciali re-*

Nulli adulto obtingit salus aut damnatio, citra merita ac demerita sua.

Concil. Trident sess. 6. cap 12.

li reuelatione, scire non potest, quos Deus sibi elegerit.

V.

His tamen non obstantibus, bene sperare omnes possumus, imò ex speciali præcepto debemus; neque interim omnem formidinem ponere, sed inter spem metúmque nec omnino elati, nec omnino deiecti, verùm erecti incedere, itáque confidentes de diuina bonitate, vt tamen Apostolici moniti memores simus: *cum metu & tremore vestram salutem operamini.*

Inter spem, metúmque salutis consequendæ, viuere debemus.

Ad Philipp. 2. 12.

VI.

En, nihil de otio, nihil de ferijs lóquitur Paulus; quasi perinde esset, parùm aliquid, multum, aut nihil boni agere; DEO decretum suum, circa salutem aut interitum cuiusque iam fixum stare, nullâ temporum varietate infringendum. Nihil tale somniat Apostolus; quin potiùs hortatur ad solicitæ pietatis studia, vtpote vias ac media, sine quibus nulli mortali sperata obtinget beatitudo.

Inter eandem spem metúmque salutem operari debemus.

VII.

Verè D. Augustinus: *Qui creauit te* (ô adulte) *sine te; non iustificabit, nec saluabit te, sine te.* Et alibi iterum distinctè: *vasis iræ* (impijs) *nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum.* Theophylactus quoque

D. Augustinus lib. de prædestinatione & gratia c. 15.

Theophyl. in Matt. c. 21.

que in eandem ſententiam ſic loquitur: *Dei eſt vocare; electos autem fieri, aut non fieri, noſtrum.* Itaque tam cœlum, quàm infernus ex noſtris pendet bonis, malíſue meritis.

VIII. His ita juxta veræ Theologiæ & Patrum doctrinam ſtabilitis, argutantis dæmonis doloſum ſophiſma eludere potes, teláque in artificis ſui caput itura retorquere, hoc pacto. Aut ſum à Deo inſertus in album cœleſtium incolarum, ab omni retrò æternitate, aut indè expunctum eſt nomen meum. Si poſterius hoc, & niger Dei calculus me in cumulum damnandorum abiecit; id nunc ſaltem agendum eſt, vt à vitijs & flagitijs porro mihi temperem, ne eò grauiùs plectar in flammis, quò plectenda ſæpius iterauero, inconſideratiſſimâ temeritate. Quanquam nec inter reprobos me DEVS poſuerit, niſi ſcelera fecerint reum, & voluntatis propriæ malitia, cohibenda per diuinæ gratiæ auxiliarem manum, & libertatis arbitrium.

Eluſio & retorſio ſophiſtici dilemmatis.

Nemo à Deo reprobatur, niſi voluntate ſuâ impius.

IX. At verò ſi pium Numen me inter ſuos electos aſciuit, nondum matris vtero conceptum, nondum natum; tum verò multo maximè obſtrictus ſum, Deo per breuem huius vitæ periodum, quàm officioſiſſimè obſequi, cui me video ante omne æuum, in corde, caſtíſque amoribus fuiſſe. Accedit; quòd

tamet-

tametsi DEVS per se ipsum decernat, adultis mortalibus gratiam & gloriam, non tamen consequar otiosus; sed adlaboraturus alienæ beneuolentiæ, atque in pietate, bonísque meritis, vsq; ad finem, pertinaci constantiâ perseueraturus.

Neme à Deo destinatur ad gloriam, nisi diuinæ gratiæ adlaboraturus.

X.

Vnde etiam pessimè sic concludes: si sum olim in felici cælitum societate futurus, iam possum omnem salutis meæ solicitudinem abijcere, viuere licenter, amandare in exilium probitatem, seueriores Numinis leges explodere, proteruiùs cum Deo ludere, atque (vt verbo expediam) bonarum rerum esse. Jmò potiùs alia omnia agere debes, illúdque D. Petri continuò in mente habere: *Fratres, magis satagite, vt per opera bona, certam vestram vocationem & electionem faciatis.*

Otiũ nullum, admittit salutis negotium.

2. Pet. 1. 10.

XI.

Nempe quemadmodum ex sententia Apostoli Petri, bona opera sunt semen æternæ beatitatis; ita æternitatis infortunatæ sementis, sunt opera, fædis criminibus inquinata. Et vide, nisi idem sensit S. Bernardus: *nec enim* (inquit) *opera nostra transeunt, vt videntur, sed temporalia quæque, velut æternitatis semina iaciuntur. stupebit insipiens, cùm ex hoc modico semine, copiosam*

Opera bona sunt semen beatitudinis; mala, semé damnationis.

S. Bern. de Conuersione ad Clericos c. 15.

passim vederet exuvgere mortem, sic homo non, sic malum, pro diuersa qualitate temperiei.

XII. Rattie eft igitur, atque inane illud eft, fofgiam, narrant fub Calenis incrcbre *Pomo fub-* *lapfo ver-* *mes ex-* *ftinctos.*

Rattie eft igitur, atque inane illud eft, fofgiam, narrant fub Calenis incrcbre *Pomo fub-* *lapfo ver-* *mes ex-* *ftinctos.* fpontaneos, aliquid quoque fecifle, ni non fatis fimè fidubor, quippe cui fecus, ac ipfi, tum quæ fubo affirmas, neque eam damnabo, tum quæ negabo, dubitanti, neque, alsabaeria, nifi digna credo fuerie operatum.

XIII. *Ante annos* 260 quadrigentos, Lacedæmonii, Argiuis, quibuscum eis exulcerabo inimica, pugnarum vrbi, quæ ante Lacedæmonios, ab Argiuis, ad Thermopylas, ad Xerxis, qui ingens erat, bellum in *Cadum ad Thermon, ceruum autem dede fifo hominum.* crique hac fententia, ipfi vitæ lenitore, proteruiora, quotidianam, & palmem nequitiæ. Neque, dentium vtr reliquis, prodigiæ, qui quotidiem, inficiemur, atque optimi confiliis, vtilia ftiffimum obiectent, precipitato ad meritum. Sed vt ad rem, quæ propofuimus; dicimus, eiufdi omnes *Sprodifcimus*, *Sprodifcimus*, inquifitio, *nulla pecunia* *ruere nulli regnum cafarum auferret, fores* *profit.*

præscitus ad pœnam, nulla bona mihi illud valebunt conferre.

Hic pessimus error multis sceleribus viam strauit, Vermémque intra pectus Ludouici, ceu suaui somno sopiuit. Jnterim expedire cœpit flagella sua DEVS, & graui ægritudine ferire corpus Ducis, sanandæ animæ gratiâ. Vix dum à limine morbus salutauit Lantgrauium, cùm alios super alios cursores destinat, qui Medicum advolare jubeant, & protinus decumbenti hero se sistere. Jpse dein æger præsentem hortatur, Æsculapius esse velit, atque hoc vnum medicinis suis agere, vt non modò feliciter, verùm etiam velociter restituat in integrum afflictam sanitatem; fore operæ collocatæ suum pretium, præmiúmque. XIV. Ludouicũ Lantgrauiũ corrupit praua ratiocinatio.

Sed Medicus gnarus pessimi principij, & cornuti sophismatis, quo peribat Princeps suus; illud eneruare aggreditur, sanaturus initio mentem, tum deinde juuando corpusculo pharmaca paraturus. Et heu, inquit, doleo vehementer, me nihil opis, aut adferre posse Duci meo, aut debere; vel enim ex DEI imperio iam fata vrgent, & inevitabilis instat moriendi necessitas; vel, quod malim, hero meo vltrìùs fluet clepsydra, neque æternitatis janua pandetur, nisi post seros annos: vtrumuis fiat, necessariò XV. Ludouicus Lantgrauius docetur à Medico suo, quantùm claudicet istud, *aut sum prædestinatus, aut non sum.*

fiet, etiam me nihil agente; ergo ſupervacanea eſt præſentia mea.

XVI. Excipit loquentem Lantgrauius; &, nequaquam ait, hæc ſanè ſuggeruntur ægroto; nam ſi potiones dederis medicas, atque ex pharmacopæo antidota, morbis à DEO conſtituta remedia, potero curari propediem, moriturus ſine his fortaſſis perendie; agedum, in valetudine recuperanda, nemini licet eſſe ignauo. Subjecit blandè Medicus, & hoc, inquit, volebam; proprium ſcilicet principis mei ferrum ſtringere, & per latus eius in cor adigere, vulnúſque facere non noxium, ſed ſalubre. Nam ſi ita res habet, vt ais here, etiam tuum cadit tibi ſophiſticũ dilemnia; ſic enim quoque exiſtima, nemini hominum maturorum, cui DEVS cœlum deſtinauit ab æternitate, obtingere aliter poſſe, quàm per media in hunc finem ordinata; cuiuſmodi ſunt vera de ſceleribus pœnitudo, juſtitiæque opera. Audijt hæc Ludouicus non ſurdâ aure, ſuúmque errorem deteſtatus, Medicum altero tanto amare cepit, quia bis ſanauit.

Similitudine oſtendit Medicus, quomodo allatum ſupra dilemma ſit explicandum.

Idem Medicus corpus animámq; Lantgrauij ſanauit.

XVII. Atque vtinam hîc omnes pariter auriti, pariter oculati eſſemus! verſamur in negotio ſalutis, omnium maximo; agitur de æternitate; nobis omnibus hîc ſeritur & metitur, potiùs quàm DEO. *Si peccaueris, quid ei no-*

Iob. 35. *v.* 6. & 7.

ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? porrò si juste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? dixerat quondam Eliu ad amicum Jobum. Jta est ô mortales, siue faciamus vituperio digna, siue laudibus, nihil inde Deo accedit, aut veri nocumenti, aut veri emolumenti: nobis verò necessariò altervtrum.

XVIII. Ex vita nostra, vitæque actionibus pendet salus & damnatio.

Ex vita nostra, vitæque actionibus, salus æterna pendet & damnatio. Nemo ad orcum descendet, nisi criminum mole deturbatus; nemo ad beata illa & cælestia tempe ascendet, nisi quem alæ probitatis, innocentiæ, meritorúmque piorum evexerint. Audi grauis hoc æuo Theologi, grauẽ sententiam: *Certi sumus nos saluandos, si vsque in finem in bono perseueremus, vti possumus; nec aliter: certi nos damnandos, si culpâ nostrâ deficiamus in bono; nec aliter.* Et vide; an non hæc verissima veritas cuiusuis industriam debeat acuere, ne socordiâ nostrâ semel amittamus cœlum, jacturâ irreparabili; semel enim amisisse cœlum, est æternùm amisisse. Illam proinde veterum gnomen nobis accino, *cum Minerua quoq; manum move.*

Tanner disput. 3. de prædest: in Synopsi sub finem.

XIX. Palæstritam aiunt fabularum parentes poëtæ, antequam cum aduersario congrederetur, Mineruam consuluisse, quid spei daret conflicturo? tum Dea victoriam homini, & corollam liberaliter spopondit. Jtaque ille, iam optimis spebus plenus, galeam capiti, scutum brachio, lateri ensem aptat; simul theatrum adit, & luctæ locum, atque ante hostem pugilem, manu vtrâque in sinum cancellatim injectâ, confidentissimè stat. Sed iste dexterâ prómptus, ferrum expedit, & otiosè consistenti aduersario, vulnus in fronte facit. cúmque purpureus per os, barbámque flueret sanguis, cæsus Deorum fidem inclamat, & Mineruam largarum promissionum admonet; mox cœlis hæc vox delabitur: *cum Minerua quoque manum moue, Dij facientes adiuuant.* Verba hæc paucula docuerunt hominem, victoriam si habere velit, gnauum esse debere, non ignauum militem, ensem vaginâ soluere, ictum declinare, opponere clypeum ferienti; &, vt verbo dicam, satagere pro gloria, & palma.

Vincitur pugil, vanissimâ fiduciâ otiosus in palæstra.

Cum Minerua manus est mouenda.

XX. Sunt hodiéque inter Christianos non pauci, qui sibi persuadent, satis esse ad beatitudinem consequendam, quòd in sacro Baptismo sint cruce Christi insigniti; quòd in fide orthodoxa catholica viuant; quòd verum euangelium, veram scripturam habeant;

Error, & falsa quorundam Christianorum orthodoxorum persuasio.

Digitized by Google

beant; denique quòd ſperent pertinaciſſimè ſalutem. Sic armati panopliâ militis Chriſtiani, quam Apoſtolus deſcribit, nempe *Fidei clypeo, ſpe galeâ ſalutis, & gladio ſpiritûs, quod eſt verbum Dei*; de cætero nihil laborant pro cœlo; ſtant otioſi, & ferias agunt; tum ſolùm negotioſi, cùm ſpes eſt ſuas facultates augendi, titulos, dignitates, magna nomina, peritura gaudia, voluptates vix momentis aliquot ſtaturas; morituras in limine ſuo.

1. *ad Theſſ. c. 5. §. 8. & ad Epheſ. c. 6. §. 16. & 17.*

XXI.

Nemo otioſus, nemo piger conſequitur beatitudinem.

Sed ô mali pugiles! ô mali milites! gravis veſter error eſt; quia toto aberratis cœlo. ſcripti ſub glorioſo Crucis vexillo, hoſtem habetis eundem cum DEO, Luciferum; qui totos ſcelerum exercitus contra vos in campum educit. Nemini hîc licet eſſe ſo cordi, ignauia luitur æternâ morte; fatale eſt in hoc prælio cecidiſſe; lapſum involuunt ignes, nullis ſæculis eluctaturum. Hæc talia inertes animos acuunt; fortes incitat ſtipendium, quod promittitur tam amplum, vt terrâ totâ non capiatur; ipſum cœlum eſt, imò DEVS, cœlo maior. Ergo aude quiſquis es, indue martios ſpiritus, pedem ſathanæ oppone, virtutem vitijs; *cum Minerua manum moue, Superi facientes adjuuant*; pulcherrimos induſtriæ tuæ conatus DEVS

prosperabit. Denique victoria ovanti corollam imponet, ipsum æternæ beatitatis circulum.

PARAGRAPHVS II.

PROBABILE SIGNVM PRÆdestinationis, seu consequendæ beatitudinis, Christiano esse potest, serius conatus bene viuendi.

I. *S. Bern. ser. 1. in septuagesima.*

MEllei Patris Bernardi verbum est: *Quis potest dicere, ego de electis sum, ego de numero filiorum? quis hæc, inquam, dicere potest, reclamante nimirum Scripturâ: nescit homo, si dignus sit amore, an odio? Certitudinem vtique non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. propter hoc data sunt signa, & indicia manifesta salutis; vt indubitabile sit, eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserint.*

Nullus hominũ in hac vita, certitudinem habet, de salute sua, aut damnatione, citra Dei reuelationem.

Habemus tamen signa salutis.

II. Et sanè, si quis scire aueat (quæ plurium est mortalium curiositas) num à DEO ad æternam gloriam sit electus, futurus incola cœlestis aulæ; indicium à se ipso quisque eò luculentius accipere poterit, quò magis

assiduè studuerit, & letales noxas fugere, & sinceras virtutes amare, denique in pijs actionibus indefessam operam ponere.

III.

Ita me docet iterum Bernardus, quando illud Ioannis explicans, *Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis*, compendio tria prædestinationis signa describit; *Iam*, inquit, *vt breuiter repetam: à sanguine, aqua, & spiritu habere testimonium, est, si contines à peccatis, si dignos agis pœnitentiæ fructus, si facis opera vitæ.* Igitur tecum rationes inito ô homo, & siquidem vnum DEI nutum, diuinæque legis regulam obseruas, firmato ad omnem rectitudinem oculo, osor iniquitatis, amator virtutum, & æquè ad resurgendum promptus, atque ad casum procliuis: iam confide, imò gaude, quia notas habes futuræ beatitudinis, æternæque fortunæ tuæ.

D. Bern. in 1. Epist. S. Ioan. c. 5. 8.

Triplex indicium prædestinationis ad beatitudinem, ex S. Bernardo.

IV.

Sed hîc ingemiscit non nemo, &, actum est ergo mecum, inquit; infelicissimæ in flammis turbæ, ero misera appendix olim; argumentum est, projecta ad quiduis audendum leuitas, & postrema salutis meæ cura. Heu mihi! neglecta conscientiæ religio, frequentatæ veneres, iteratæ blasphemiæ, repe-

Flagitiosorum quorundam ratiocinatio, circa suam prædestinationem.

titæ crapulæ, violatum fas, euersum ius, auri lucríque gratiâ; & sexcenta talia per vitam patrata flagitia, aiunt inter perditos, & depositos quondã me fore orci fratres: ita hactenus nihil probè, nihil ad diuinæ voluntatis perpendiculum, nihil ad virtutis amussim egi, nihil admodum conatus sum agere; cùm interim in vitijs nihil inausum reliquerit audendi bruta temeritas.

V. Et quidem sic est; quamdiu in antiquam malorum syluam it homo, quamdiu designat æternis ignibus digna, suspectam suam meritò salutem habere potest, & metuere, ne sit pars futuræ societatis infortunatæ. At verò cũ extricare se cœperit erroribus suis, atque ad meliorem frugem tempori recipere, damnare perperam facta, Deo inuisa scelera, neque porrò damnanda committere; hic talis iam metum cum spe commutare poterit, & post meliores conatus, confidere nomen suum in cœlestem syllabum, à Deo relatum esse.

Spẽrare possunt se ad gloriam electos esse, quotquot eximpijs seriò studeant resipiscere.

VI. Pulchrum est, atque solatio plenum, quod Ludolphus de quodam monacho posteritati consignauit. Huic suus socius, quod à Deo semel acceperat, candidè edixit, ipsum esse de numero reproborum. Et ô qualem nuntium tulit! quàm grauem! neque tamen alter fulminatus erat tam manifesto diuinæ

Ludolphus de Vita Christi p. 2. cap. 50.

vocis oraculo, neque vellere capillos cœpit, fœdare lacrymis vultum, & aërem fæmineo vlulatu implere. quin potius medicinam pusillanimitati reperit opportunam, &, *Benedictus*, aiebat, *DEVS, nec sic desperabo; sed pœnitentiam, quam per ingressum religionis assumpsi, de cætero duplicabo, & triplicabo; donec gratiam, & misericordiam apud Deum altissimum, qui pius est, inueniam.* Et hem! qui nuper fulmen tulerat, redijt postliminiò cum palinodia, sodalémque suum affirmat esse in societate beandorum; ita nunc à Deo se edoctum. Demonstratur pulchro monachi exemplo.

VII. Credibile est, monachum illum primis annis in religioso vitæ instituto, tametsi aliquid pro cælo ageret, minùs tamen egisse, quàm oportebat feruidè, fortiter, constanter; hinc sua ei socordia periculum attulit, viditque DEVS clarè, cum tam lento conatu, ruinam homini imminere; & hinc tristis illa denuntiatio, *in numero es damnandorũ*. Sed postquam rem seriò aggredi cœpit, & maiori cum studio diuinis se obsequijs mancipare, intellexit, nomen suum infelicibus tabulis exemptum, atque inter saluandos collocatum. Coniectura probabilis circa Numinis decretũ comminatoriũ.

VIII. Nempe ex misericordiæ suæ pharmacopæo, talem DEVS huic homini medici- Declaratur exemplo

Niniuitarũ. nam porrexit, qualem olim Niniuitis, & Regi eorum Sardanapalo, delicioſiſſimè impio; cui Jonas lugubre illud vaticinium, totâ vrbe regiâ, quâ latiſſimè patebat, palàm proclamauit; *adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Et quamquam ſanè ita futurum putaret vates, omnéſque cum Rege ciues; vnâ vrbis ſuæ ruinâ inſepeliendos; feſtinata tamen eorum reſipiſcentia, luculentis comprobata pœnitentiæ teſtimonijs, Deum ad clementiam flexit. Sacri codicis verba ſunt: *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt DEVS ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.*

Cornelius à Lap in c. 3. Iona v. 6.

Iona. 3. 4.

Iona 3. 10.

IX. Jgitur, vt S. Chryſoſtomus notat, *iratus Deus, arcum ſuum tetendit, & gladium vibrauit, & iacula parauit, & ictum non inflixit. an non tibi videntur Prophetæ verba eſſe arcus, & telum, & gladius acutus, quando dicit, adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur? ſed telum non emiſit; non enim ideò apparatum, vt emitteretur, ſed vt reponeretur.* Nimirum illud Numinis decretum, quod denunciauit

Jonas

Jonas de ſubruenda ciuitate, non fuit abſolutum (vt loquuntur Theologi) ſed ſub conditione comminatorium, niſi ſcilicet incolæ ad meliorem frugem redierint, perituram Niniuen. Et eſt diuinæ bonitatis opus, talibus minis improbos ad officium pietatis, & ſalutis ſolicitudinem, felici neceſſitate cogere.

Decretum Numinis, circa perituram Niniuen, conditionem incluſit.

X. Jtaque (vt redeam, vnde digreſſus ſum) hæc certa eſto regula; quamdiu nulla in nobis micat ſcintilla pietatis, nulla æqui rectíque cura eſt; nullus, aut propè nullus vitandis criminibus, virtutibus exercendis, ſincerus & virilis labor, res noſtræ in præcipitium eunt, ad caſum inclinant, juréque metuimus, ne ſimus inter plectendos totâ æternitate. Quod ſi verò animos induimus ſerios, & conamur noſtram ſalutem per arduа promouere, vímque facimus effreni concupiſcentiæ, atque poſt lapſum continuò reſipiſcimus, luctam intermiſſam alacriùs repetituri; ſpes eſt non modica, nos fore inter beatos totâ æternitate. Jſtæ hæ in probitate molitiones, quò ſinceriores ſunt & conſtantiores, eò certiora ſunt ſigna, hominem à Deo in electorum ſuorum catalogum, iam olim ante omne æuum eſſe inſertum.

Conatus obſeruandi diuina præcepta, indicium eſt Chriſtiani ad gloriam electi.

XI. Atque vt in hoc maximi ponderis negotio

gotio (quale est salutis aut amittendæ, aut obtinendæ æternitas) formidolosis, plus æquo Christianis solatij aliquid aspergam, subijcio verba quæ sacrarum scripturarum celebris hoc tempore commentator, ista in materia exarauit, super illis D. Petri, *Satagite magis, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.*

Cornel. à Lap in 2. Petri 1. 10.

XII. *Hac ergo*, inquit, *ratione, in cuiusque fidelis potestate & arbitrio est, facere, vt sit prædestinatus, vel vt non sit; si enim velit cooperari gratiæ, sibi à Deo ad salutem datæ, vsque ad mortem, vti potest & debet; est & erit prædestinatus; si nolit, non erit; quos enim Deus præuidit cooperaturos gratiæ, hos prædestinauit; quos verò præuidit non cooperaturos, illos reprobauit. Quisque ergo gratiæ, sibi à Deo ad salutem datæ, strenuè & constanter cooperetur; hac ratione gratiam sibi datam, faciet congruam & efficacem (quòd DEVS vult, & optat) & consequenter erit prædestinatus, non reprobus; quod sanè dignationis diuinæ æquè, ac consolationis humanæ, pulchrum est argumentum.*

Doctrina solatio plena, pro pusillanimibus in materia prædestinationis.

Jdem

Idem ſuper illo Pauli, *firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: cognouit Dominus, qui ſunt eius; & diſcedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini*, ſic ſcribit: *a bona vita pendet reprobatio & damnatio; atqui bona & mala vita, eſt in arbitrio & poteſtate cuiuſque; quiſque enim per gratiam Dei poteſt bene viuere; poteſt & malè, ſi velit; ergo electio quoque ad gloriam, & reprobatio, eſt in arbitrio & poteſtate cuiuſque.* Totum hoc ſignificauit D. Thomas Aquinas, quando ab anxia ſorore interrogatus, quo modo ſaluari poſſet? reſpondit, *Volendo.* XIII. 2. ad Timot. 2. 19. In hiſt. Prædicat. p. 1. lib. 3. c. 37.

PARAGRAPHVS III.

PERSEVERANTIÆ INcertitudo neminem cordatum, piúmque Chriſtianum, debet ad puſillanimitatem deijcere.

FOrtaſſis autem ſpinam aliquam adhuc figet perſeuerantia, & vulnus faciet pijs etiam mentibus, illud Chriſti verbum, *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* I. Matth. 10. 22.

Cùm

Conc. Trid. sess. 6. c. 19. Cùm enim concilij Tridentini Patres, hanc sententiam accipiant de finali perseuerantia in bono, secundùm quam homo in statu gratiæ, & diuinæ amicitiæ, denique vitam suam feliciter claudit: & verò hæc perseuerantia, Numinis sit donum; semper inter sacrum & saxum stamus, trepidandúmque est perpetuò, ne fortè post omnem diligentiæ nostræ conatum, perseuerantia deficiat; ideóque excidamus cœlo, & involuamur non morituris ignibus.

II. Solicitudo de perseuerantia in Dei gratia, etiam sanctos exercet.

Atque hæc illa solicitudo est, quæ summos etiam viros, sanctissimósque homines, non rarò affligit. Thomas de Kempis, asceta DEO plenus, de se ipso creditur scripsisse sequentia. *Thom. de Kemp. lib. 1. de Imit. Christi. cap. 25.* *Cùm quidam anxius inter metum & spem fluctuaret, & quâdam vice mœrore confectus, in ecclesia ante altare, se in oratione prostrauisset, hæc intra se reuoluit, dicens: O si scirem, quòd adhuc perseueraturus essem?* & hoc cui bono? quid facturus es indè Thoma? vtique gratulabundus magno te Numini, adamantinis etiam vinculis adstringes, iturus per rogos, cruces, gladios, sanguinis tui purpuram, ad amatorem DEVM, omnémque eius nutum, imperium, obsequium. Hæserat aliquamdiu

diu in ſuſpirio ſuo, votóque *vir deſideriorum*, cùm ecce tibi, *audiuit intus reſponſum diuinum*; *fac nunc quod tunc facere velles, & bene ſecurus eris, móxque conſolatus & confortatus, diuinæ ſe commiſit voluntati.* Jta ille. *Dan. 9. 23.*

III. Quid ni igitur etiam facimus paria, & Deo nos, eiúſque ſanctiſſimæ voluntati, ex integro committimus? eſto enim perſeuerantia donum ſit Numinis, & omnis ſalutis noſtræ cardo in hac vna vertatur: modò non indiligentes ſimus, & de ignauia condemnandi; nequaquam morari oportet panicos metus, & laruas inanium ſpectrorum; quin potiùs ſerenam frontem exporrigere, & omnino confidere, laborantibus nobis pro virili, pijſſimum DEVM partibus ſuis non defuturum; ſed liberaliter vltimo nos beneficio perſeuerantis conſtantiæ mactaturum.

Qui pro virili ſalutem ſuã curant, confidere debent, ſe perſeueraturos in bono.

IV. Jn hanc ſententiam loquitur concilium Tridentinum. *De perſeuerantiæ munere*, ait, *de quo ſcriptum eſt, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit; nemo ſibi certi aliquid abſolutâ certitudine polliceatur; tametſi in Dei auxilio firmiſ-*

Conc. Trid. ſ. 6. cap. 13.

ſimam

ſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent; Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet.

V. Ratio impetrandæ nobis à Deo perſeuerantiæ, eſt conſtans oratio, eiuſque aſſidua petitio.

Eſt & alius ſtabiliendæ fiduciæ modus, ſi puras manus in cœlum ſuſtulerimus, calidis precibus perſeuerandi donum poſtulaturi à DEO, largiſſimâ bonorum omnium ſcaturigine. *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; & quidquid petierimus, ab eo accipiemus; quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo, facimus*; vox eſt cœleſtis aquilæ Ioannis. quâ breui ſententiâ, non tantùm triſtiſſimam nubem bonis mentibus abſtergit, natam ex irrationabili terrore; verùm etiam liquidiſſimi ſolatij gaudium affundit, ſtabilitum in quadam ſecuritate & fiducia perſeuerantiæ conſequendæ; ſi ſcilicet pietati, atque induſtrio bene viuendi ſtudio, ſerias preces junxerimus, votíſque frequentibus perſeuerandi gratiam flagitauerimus.

1. Ioan. 3. 21.

VI. In Vita S. Dominici, lib. 4. cap. 6.

S. Dominicus, magnum labentis Eccleſiæ fulcrum, olim fidenter dictitare ſolebat; nihil à DEO ſe petijſſe vnquam, quod negatum ſciret, omnia impetrâſſe poſtulata.

ta. Rarum hoc, atque paucis mortalibus conceſſum priuilegium; quæ etiam honeſtiſſimè rogant, ſingula ad votum ſuum accipere, ſanitatem & robur afflictarum viriũ; copioſam rei domeſticæ penum; melioris fortunæ allapſum; opulentarum acceſſiones hereditatum; largam, atque ad animi guſtum ingenuam ſobolem. hæc & mille talia, non eâdem liberalitate DEVS omnibus promiſcuè largitur, vtpote non omnibus æqualiter profutura, multis etiam obfutura.

Cur Deus non omnes omniũ preces exaudiat?

VII.

Sed alia eſt ratio cum ſalute noſtra, & eius anteambulone perſeuerantia; quiſquis hæc ſpiritualia, & cœleſtia munera ſincerè petit, de impetratione optimè confidere debet. Eſt enim probata Theologorum ſententia, iuſtos homines per preces Numini fuſas, aliáque pia, in hunc finem frequentata opera, obtinere poſſe apud DEVM, vt in gratia eius vitam ſuam finiant, quod ipſum eſt perſeuerare. Et ſumitur hæc doctrina ex angelico Doctore, cuius ſunt iſta: *Perſeuerantiæ donum aliquis petendo à Deo impetrat, ſibi, vel alijs.* planè vt oratio ſit ratio obtinendæ perſeuerantiæ, & pars magna neceſſarij laboris, cœlo lucrando. Divum Gregorium pontificem audi: *ipſa perennis regni prædeſtinatio* ait, *ita eſt*

Suffragia Theologorũ, Patrúmque aſſèrentiũ, precibus à Deo impetrari poſſe perſeuerantiæ donum.

S. Thom. 1. 2. q. 114. a. 9. ad 1. Cõſentit Vaſq. hic Tanner diſp. 6. de gratia q. 6. dub. 9. n. 228

S. Gregor. Dialog. l. 1.

de omnipotente Deo dissertus, vos ad hoc electi ex labore jerunimi, quatenus per fidelandi mysterium aperiatis, quod est Omnipotentia DEI's, sese facula dissipabunt tenebras.

S. Augustinus ad illud Davidis: *Deus auribus nostris audivimus patres nostri narraverunt nobis, opus operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.* Psal. 43. vers. 1.

Deus auribus nostris audivimus, patres nostri narraverunt nobis opus operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Psal. 43. vers. 1.

Deus auribus nostris audivimus, patres nostri narraverunt nobis opus operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Omnipotentia DEI's.

Deus auribus nostris audivimus, patres nostri narraverunt nobis opus operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

minimo liberaliſſimus Dominus, qui dixit, oportet ſemper orare, & non deficere. Et qui donat amicis ſuis voluntatem ſemper orandi, & orandi ſicut oportet; ſine dubio exaudiet eos, & conſeruabit illis miſericordiam ſuam, donec in cæleſti patria coronet eos in miſericordia & miſerationibus, & repleat in bonis deſiderium eorum. Hactenus Bellarminus. Luc. 18. 1. Pſal. 102. 5.

PARAGRAPHVS IV.

PRECES NON TANTVM cuiuſque propriæ, ſed etiam alienæ, magnum momentum conferunt ad perſeuerantiam & ſalutem.

I. HAbet etiam ſanctorum patrocinium hac in re ingens momentum. Expertus eſt æterno bono ſuo Frater Elias, quondam poſt Diuum Franciſcum, apud Minores Generalis Miniſter; homo egregiè litteratus; ſed quem virtus deſtituit, & faſtûs inſolentia, tumórque inflauit in perniciem ſuam. Acceperat igitur Franciſcus ab ipſo Numine, eiúſque oraculo, neſcio fallere, Eliam non tantùm extra religioſum ordinem vitam clauſurum; ſed verò etiam olim interperditos, futurum titionem infelicis auerni. *In annalibus Minorum, apud Lucam Vadingum, ad annũ Chriſti 1253. n. 30. & 31.*

S. Franciſcus auerſatur F. Eliã, tanquam à Deo reprobatum.

Eapropter neque conſortio, vt nuper, neque benigniore aſpectu, eum ampliùs dignari volebat. Et quomodo tenerè amaret, quomodo viſceribus ſuis illũ includeret, quem ſciebat cœlo excluſum iri, æternúmque magni DEI inimicum fore? nouas inſuper ex orco quotidie blaſphemias jaculaturum in crucifixum IESVM, cuius ipſe vulnera, divini amoris in nos luculentiſſima argumenta, corpori ſuo prodigiosè inſculpta, ſtupendi fauoris teſſeram circumferret?

II. Aduertit tandem Elias, & alienum ab ipſo ſancti Patris animum index oculus prodidit; cupítque cauſam intelligere ſubtractæ veteris beneuolentiæ. Sed Franciſcus Eliam multoties vacuum, & ſine reſponſo dimittit, non tamen abſque tacitis ſuſpirijs. Auxit ea tam frequens, tam inſolita repulſa, admirationem viro; atque vt ſuſpicio ſemper prona eſt in peius, ita importunè admodum cœpit Elias inſtare, ſi extundere poſſet, quod iam mens trepida ominabatur malum. Neque morari ampliùs hominem voluit Divus, & ſuffuſo lachrymis ore, narrauit quod in extaſi, Deo magiſtro didicit, ſuper eius fatali, perenníque interitu.

Intelligit hoc F Elias, & conſternatur animo.

III. Diriguit miſer toto corpore, vbi accepit tam lamentabile præſagium; proſtratus nihilominus ad pedes Patris ſui, hæc plenis pulmo-

Rogat etiã S. Franciſcum, vt ſibi

pulmonibus exclamauit; *Ora pro me, Pater, ora pro me, & ego mutatis moribus melior euadam, & absque dubio Dominus sententiam mutabit; nouit enim Dominus mutare sententiam, si peccator nouerit mutare delictum.* Quæ posterioris sententiæ verba, fiduciæ pleniſſima, ex S. Ambroſio ſumpſit, velut cauſæ ſuæ patrocinatura. apud Deum patrocinari velit. *S. Ambroſ. lib. 2. in Lucam. & habetur de pœnit. d. 1. c. nouit dom.*

IV.

Occurrebat fortè tum ſupplici, & illud Numinis pronunciatum apud Prophetam: *loquar aduersùs gentem, & aduersùs regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud; ſed ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Sauciatum tam validis, calidiſque rogatibus cor fuit Franciſco, recepítque ſe cum bono Deo acturum; ſi ſeruare poſſit ouiculam ſuam, iam lupinis faucibus, & morti ſempiternæ deſtinatam. *Ierem. 8. 7.*

V.

Tandem, poſtquam & ipſe in copioſas preces ſe effudit, renunciauit, Eliam extra ſacram quidem Religionem moriturum, cæterà non damnatum iri. Ad hoc iam multò mitius reſponſum, animoſior factus eſt Elias, fortè & proteruior; nam poſtea impa- Oratio S. Franciſci, impetrat E. Eliæ perſeuerantiam in gratia.

tiens jugi, Pontificis obedientiam negare; habitu etiam, & moribus planè sæculum redolentibus, viuere cœpit. Denique in priuata domo diem extremum obijt, sed præmissis talibus, támque testatis veræ pœnitentiæ indicijs, quæ meritò spondere possent, ipsum cælis admissum fuisse, cùm interris desijt.

VI. En! quantùm valeat Diuorum patrocinium, impetrandæ salúti, & perseuerantiæ, etiam iam quasi deuotis, & perditis mortalibus! Et quis prohibet huc applicare, quod de S. Stephano D. Augustinus scripsit? *Si S. Stephanus non orâsset, Ecclesia Paulum non haberet; sed ideo erectus est Paulus, quia in terris inclinatus, exauditus est S. Stephanus.* Jta aio, nisi magnus Dei amicus, Franciscus orâsset, cælum Eliam non haberet; sed ideo erectus est Elias, quia in terris inclinatus, exauditus est S. Franciscus. Juuerit ergo multùm Christianos, quotidie pro dono perseuerantiæ apud DEVM precibus instare, & ad pia pro se supplicia, in hunc finem facienda, Diuos, Diuásque inuitare; præsertim verò tutelarem Angelum, & MARIAM, Virginem Matrem, cuius omnis apud filium suum interceſſio, armata est ad expugnandum.

D. August. serm. 1. de Sanctis.

Sancti precibus suis obtinere nobis possunt donum perseuerandi.

Hîc

Hîc tamen iterum iterúmque moneo, nemo ſe ipſum fallat, & cœco labyrintho imprudenter inuoluat, quaſi ſatis ſit, quotidie ſupplici poplite ante Numinis aras proſterni, & perſeuerantiam efflictim à Deo petere, Diuóſq; cauſæ huic Patronos adſciſcere; interim nihilominus libidinibus ſuis, & inſolenti concupiſcentiæ morem gerere, nullúmque in diuini imperij contemptum repudiare ſcelus, gratiâ ventris, crumenæ, profligatæ ſocietatis. Hæc enim verò non tam eſt ſincera petitio, quàm turpis præſumptio, numerata iam dudum inter grauiſſimas hominum culpas. VII. Præſumptio cauenda ſiue in ſuis, ſiue in alienis precibus.

Quisquis non vanis precibus à Deo vult extorquere finalem perſeuerantiam, orationem ſuam piâ vitâ, piiſque moribus fulciat, neceſſe eſt; *leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cælos*, acclamat Jeremias vates. Quæ verba D. Hieronymus ita explicat: *cor cum manibus leuat, qui orationem ſuam cum operibus roborat. nam quiſquis orat, ſed operari diſſimulat, cor leuat, & manus non leuat: quiſquis verò operatur, & non orat, manus leuat, & cor non leuat. Iuxta ergo Ioannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cùm ſibi* VIII. *Threnor.* 3. 41. *S. Hieron. cit. loco in Threnos.* In oratione manus & cor eleuanda ad Deũ.

prauitas vitæ nulla contradicit, & bonorum operum oratio, orationi concinit.

IX. Fruſtra ſumus, laboramus quaſi fruſtra, quaſi fruſtra oramus, quamdiu hyems occupat cor noſtrum, quamdiu frigidi torpemus ad diuinæ legis iuſſa & placita; expediti, atque alati ad màli dæmonis ſibilum. Vapulamus nos tales cum impijs Judæis, quibus Dominus exertè denuntiauit per Iſaiam: *Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis; cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam; manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Perſeuerãtiam non impetrat oratio, quãdo ei jungitur vita ſcelerata.

Iſai. 1. 15.

X. Hem! grauiores noxæ, imò vnica hominis voluntas, diuinæ pertinaciter refractaria, & ad bonum flecti ignara, eneruat preces omnes; & ſi vel millies ſcribamus ſupplices libellos pro vnius obtinendo perſeuerantiæ dono, omnes ſine neruo, ſine robore erunt, quamdiu Deo rebelles ſumus, Juſtitiæ & pietatis oſores, amatores malitiæ.

Oratio vt efficax ſit, requirit cõſcientiam graui noxâ liberam.

XI. Rem compendio accipe; magnus te Dauid docet, quid facto ſit opus, ſi (quam poſtulas) perſeuerantiæ gratiam, ſi ſalutem, ſi cœlum habere deſideras; *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*

Pſal. 36. 4.

Dele-

Digitized by Google

Delectare, inquit, non in familiæ ſplendore, natalium gloriâ; non in malis gaudijs, ſuauibus & nocituris ludibrijs; neque in magnis nominibus, opibúſque, quæ fumum vendunt mortalibus, eóſque cum fumo vacuos deſtituunt; ſed *delectare in Domino*, in lege, voluntate, præceptis Dei tui; hîc tuæ ſint deliciæ, hîc tuarum voluptatum omne momentum colloca; *& dabit tibi petitiones cordis tui*, &, quam vel maximè deſideras, perſeuerantiam.

Delectari in domino, eiúſque lege ac voluntate, medium eſt efficax, ad obtinendā perſeuerātiam.

XII.

At enim hinc noua rurſus cunctationis emergit occaſio; nam quemadmodum inuitis canibus venari, difficile eſt, imò impoſſibile; ita delectari nemo poteſt in eo, quod humanam non afficit voluntatem; & verum eſt nimis illud poëtæ,

——— *trahit ſua quemque voluptas.*

Virgil. Eclog. 2.

Ramum viridem oſtendis oui, & trahis illam: nuces puero demonſtrantur, & trahitur, S. Auguſtini pronunciatum eſt. Jta plerique mortales ſe trahi ſinunt humanis, fluxíſq; bonis, & pictâ vaniſſimarum rerum felicitate; à virtute, à Deo, & Dei regia, cœlo, non trahuntur: ſed nempe vitio id proprio. Ad infantes hîc multi ſenes tranſeunt in canitie ſua, & viri nuces adhuc, puerilia ludi-

S. Auguſt. tract. 26. in Ioan.

Trahuntur multi mortalium vanitatibus deliciarum.

ludicra amant; ſimiles etiam brutis ouiculis ſequuntur ramum virentem, moriturum momento, quo carpſerint; carpendi & ipſi, atque diſcerpendi à ſtygio lupo, cùm eos mors in ſcelere ſuo, maliſque illecebris occupauerit.

XIII. Jtaque ſi mens etiamnum eſt nobis integra, ſi nullo faſcino deprauata, patiamur nos potiùs à DEO trahi, & IESV DEI Filio, cuius hæc ſunt: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Et rurſus: *in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* En! mi homo, iam dudum exaltatus eſt Seruator tuus, & quidem in monte golgothæo ex cruce: indè retiarius fit, & illaqueandis trahendíſque ad ſui, virtutíſque amorem, mortalium animis, tot funes proijcit, quot largitus eſt beneficia. Quorum primum ab æternitate ſuum duxit initium; nempe cùm diuina bonitas, ante omne tempus, te, méque, ſtatuit in tempore, ex magno nihilo, in huius orbis theatrum producere, & tam nobile opus, quale nunc ſumus, fingere. *Es, cùm non eſſes*; (diſſerit præclarè noſter iterum Auguſtinus) *ſed eſt & lapis; deinde viuis, ſed viuit & pecus. Quid retribues Domino pro eo, quod ſuper omnia*

Trahi à Deo debemus.

Ioan. 22. 32.

Oſea 11. 5.

Et quidem funiculo triplici.

Primus funiculus creatio.

S. Auguſt. in pſ. 102.

peco-

pecora te fecit, ad imaginem & similitudinem suam ?

XIV. Et alibi idem argumentum copiosiùs prosequitur, magnámque hominis dignitatem commendaturus, sic scribit. *Accepit vt sit, accepit vt sit homo, multúmque inter ipsum interfit & pecus. Accepit corporis formam, accepit in corpore distinctionem sensuum; ad videndum oculos, ad audiendum aures, ad odorandum nares, ad gustandum palatum, ad contrectandum manus, ad ambulandum pedes, salutémque ipsam corporis. Sed adhuc ista & cum pecore habemus communia. Accepit etiam amplius, id est, mentem, quæ possit capere veritatem, quæ possit iustum ab injusto discernere, quæ possit indagare, desiderare Creatorem, laudare & inhærere illi.* *In psal. 36.*

Beneficium creationis, quantũ hominis bonum?

XV. Quantus porrò ille fauor est Numinis, quòd jam omnipotentiæ suæ doctissimo digito te formatum, quotidie verò iterum properantem ad prius inane, benignâ manu exceperit, vitámque tuam, iam sæpius sub cultro hærentem, tamen incîdi hactenus prohibuerit? Sanè, quemadmodum mala

Alter funiculus, Conseruatio.

Omnia

Ouid. Lib. 4. de ponto Eleg. 3. *Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo*: ita quoque humana vita, à filo vno pendet, & araneæ tela; ſed quamdiu DEVS firmat, nulla Parcarum ruperit. Habes hîc duplex vinculum, geminam gratiam, quam docti in ſcholis creationem, conſeruationémque appellant. Sed fiat funiculus triplex, vt fortiùs ſtringat amanti Deo, amatum hominem.

XVI. Et nunquid Redemptor noſter in Crucis trabe, eſt nouus charitatis funiculus, imò laqueus, quo trahi debemus vniuerſi? neque ſanè aliud volunt horridi in ſacro vertice paliuri; ferrei in manibus, pedibúſque claui; fatalis in diuino pectore haſta; quàm mortales affigere Deo ſuo, tam prodigè liberali in humanum genus, capitaliſſimum hoſtem; cui ſeruando, nullam ſanguinis ſui guttulam reſeruauit, omnes juſſit patulis venis fluere, & quâ data porta fuit, purpuream pretioſiſſimi liquoris ſparſionem currere. Quis non capiatur à Numine tam pio? & tot laqueis? quis non trahátur ad Chriſtum, præſertim inuitantem inſuper ad felicia, æternáq; beatorum gaudia?

Tertius funiculus, Redemptio.

XVII. Hoc agit quiſquis bonus eſt, ſtánſque in virtutis ſemita, cum ſponſa clamat: *Trahe me poſt te, curremus in odorem vn-*

Cant. 1. 4.

guen-

guentorum tuorum. Neque mirum id adeò videbitur, lecturo Africanum Doctorem, sic ratiocinantem; *si poëtæ dicere libuit, trahit sua quemque voluptas; non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio: quantò fortiùs nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur beatitudine, delectatur justitiâ, delectatur sempiternâ vitâ, quod totum Christus est? an autem habent corporis sensus voluptates suas, & animus deseritur à voluptatibus suis? si animus non habet voluptates suas, vnde dicitur, torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ?* D. August. tract. 26. in Ioan.

Vera hominis delectatio in quo consistat?

XVIII. Ergo iterum repeto, iterum inculco; si salutem tuam cupis, si ad sidera anhelas, si desideras perseuerare in regia ad beatitudinem via; *delectare in Domino* (in mandatis eius, placitísque) *& dabit tibi petitiones cordis tui.*

Mediũ perseuerantiæ impetrandæ, est delectatio in lege Dei.

XIX. Fortassis tamen adhuc erit, qui dicere audeat; ego nondũ afficior; rupe quâuis sum durior; nemo me Orpheus mouerit, nullæ fides; omnia mihi in fastidio sunt & nausea, pietas, virtus, cœlum; non trahunt me illa, non ipsum Numen, quantumuis amabile bonum,

Vt virtus, pietas, cœlum, Deus homini ſapiãt, oratio impetrat. *S. Auguſt. loco cit.*

bonum, & optimè de me meritum. omníſque felicitatis compendium. Jgitur, ô homo chalybe natus & ferro, aures purga, & me denique cum D. Auguſtino clamantem audi: *ſemel accipe & intellige, non traheris? ora, vt traharis.* ora, ora, preces frequentatæ, preces feruidæ, magni apud Deum ſunt ponderis, magnæ efficaciæ, multúmque in omnem partem valent.

XX. Atque ex iſtis, hoc capite in medium allatis, ſole meridiano clariùs patet, periculoſiſſimè illos omnes improbos agere, quos, cùm vigil, atque inſomnis Vermiculus monet de meliori mente, impatientes tam fidæ interpellationis, ſilentium imperant; atque vt impetrent, nituntur ſoporem conciliare monitori; nihil anxij, nihil ſoliciti, nihil molientes, quidquid demum in æterno Numinis concilio, de eorum capite ſtatutum fuerit; quaſi ſatis ſit, otioſum futurorum eventuum eſſe ſpectatorem, & duntaxat frigidum illud ſibi accinere; *aut ſum electus, aut non ſum.* O miſeri! alia vos ſcriptura, alia Spiritus ſanctus jubet. Jn ſalutis negotio nulli licet oſcitari, nulli pigrum caput in puluinar mergere; oportet induſtriam manum cũ Minerua mouere, oportet ſatagere, & per bona opera, ſcelerum fugam, legis diuinæ ſe-

Corollariũ de non ſopiendo Cõſcientiæ Verme.

que-

quelam, electionem noſtram certam facere; denique cœlum, DEVM, & Diuos aſſiduis propitiare precibus; *ſic ſuperi facientes adjuuant.*

XXI. Quiſquis adhuc ſurdus es ad Eccleſiaſtes, ad Conſcientiæ tuæ, ad Vermis mali clamores, perijſti miſer. Hîc reluctantem, obmurmurantem, oblatrantem beſtiam, ſopire velle deliciarũ promulſide, & falſarum perſuaſionum cantilenâ, eſt velle infauſtam mortem breui ſomno jungere; quemadmodum de infelici Siſara, ſcriptura memorat, cùm ei dormienti, caput clauo ferreo affixũ eſſet terræ, *ſoporem morti ſocians, defecit, & mortuus eſt.* O! nemo expiret impius ſoporato adhuc Verme ſuo, niſi illum experiri velit vigilem, immortalémque ſibi carnificem, in orbe altero.

Sine periculo ſopiri malus Vermis non poteſt.

Iudic. 4.21.

XXII. Poſſem hîc agere de Verme Conſcientiæ non lactando, ſpe futuræ olim reſipiſcentiæ; ſeu, de non differenda pœnitentia, vitæque liberioris emendatione, in ſeros annos. Sed quia huic materiæ, propria debetur diſputatio, nunc ſuperſedeo.

De Verme Conſcientiæ non lactando, alibi tractandum.

LIBER

LIBER TERTIVS DE VERME MALÆ CONSCIENTIÆ, IMMORTALI DAMNATORVM, ET VARIO CARNIFICE.

CAPVT I.

VERMIS MALÆ CONscientiæ, sit immortalis sceleſtorum Carnifex in vita altera.

DAVID Hebræorum Rex, non vanitatis ſtudio, neque affectu turpis arrogantiæ, ſed formandis principum moribus, præſertim autem filio Salomoni inſtruendo, ſe ipſum, olim viuum pietatis, virtutíſq; ſimulachrum propoſuit, cùm dixit: *Non proponebam ante oculos meos rem injuſtam, facientes præuaricationes odiui, detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Superbo ocu-* I.

Bellarm. in pſal. 100.

Dauid viuum pietatis ſimulacrũ, norma & amuſſis regũ, principúmque.

lo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum; ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: nõ habitabit in medio domûs meæ, qui facit superbiam: in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Jtaque tum demum arbitrabatur Dauid, se digna diademate & sceptro facere, quando post religionem in Deum, odisset omnem cum impijs impietatem, aulâque suâ & regno interdixisset vtrisque; quin & rigidâ censurâ animaduertisset in præuaricatores, diuinæ simul ac humanæ legis.

II. Hac porrò etiam ratione consecutus est, vt eodem psalmo veriſſimè posset dicere; *perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domûs meæ.* Permulti omnino homines temperanter, modestéque se gerunt, quando forum adeunt, atque in publico actionum suarum arbitros habent; sed cùm in penetralibus latere possunt, aut noctis beneficio tenebris obtegi, multóque magis, cùm in arcano cordis sui cubili sunt soli, non verentur clam per omnia scelera grassari. Dauid longè aliter; æquè in caligine atque

Aliqui in publico duntaxat boni sunt.

atque ſole, æquè ſolus, atque inter multos, teſtes Numinis oculos obſeruare didicit, & conſcientiam ab omni flagitio liberam conſeruare.

III. Atque hinc illa pulcherrima magnæ felicitatis ſecuritas, *perambulabam in medio domûs meæ*; hoc eſt, in medio cordis mei; ſic enim S. Auguſtinus explicat, inquiens de Dauide; *Medium domûs ſuæ, dicit cor ſuum; domus enim noſtra interior, eſt cor noſtrum.* Cùm ergo pius Rex affirmat, ſe ambulâſſe in medio cordis ſui, ſignificat cor ſuum à crimine purum, & nullius grauioris delicti reum, inſtar ampliſſimæ aulæ fuiſſe, in qua ſecurus à metu, ſuauiſſimo otio, in longam mentis tranquillitatem expatiabatur. Nempe ſola innocentia lata eſt, arcta omnis malitia, cogítque humanum pectus in tantas anguſtias, vt dominum ſuum, incolam animum, excludat.

D. Auguſt. ſuper pſal. 100.

Bona mens amplum eſt hoſpitium pio homini.

IV. Scitè, atque ad propoſitum, quem modò citaui, Eccleſiæ Doctor Auguſtinus, de domo humani cordis ſic ratiocinatur. *Hanc domum quiſquis habet malam, pellitur ab illa foris. quiſquis enim in corde premitur malâ Conſcientiâ, quomodo quiſquis à ſtillicidio exit de domo ſua, aut fumo,*

S. Auguſt. loco citato.

Nusquam, nunquam domi est, quem mala vrget Conscientia.

non ibi se patitur habitare; sic qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non poterit. Tales foras exeunt à seipsis animi intentione, & de his, quæ foris sunt, circa corpus delectantur; quietem in nugis, in spectaculis, in luxuria, in omnibus morbis quærunt. quare foris voluerunt sibi bene esse? quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua.

V. Neque desunt exempla, confirmandæ Augustinianæ sententiæ. Nostrâ ætate (inquit vir religiosus) homo quidam locuples & potens, facinus quoddam admiserat, quod fateri erubescebat, mortéque ipsâ grauius erat illud manifestare; Conscientia tamen, ne boni Christiani officium negligeret, ita miserum perpetuò stimulabat, vt nullo loco posset quietè consistere. Audiuerat Antuerpiæ ex concionatore quodam, neminem teneri ea peccata confiteri, quæ memoriâ penitus exciderent, factáque diligentiâ nunquam ampliùs occurrerent.

Crombecius de studio perfectionis l. 2. cap. 2.

VI. Hanc doctrinam tegendo sceleri opportunam ratus, vt peccati oblivisceretur, nihil diligentiæ atque industriæ prætermisit. Dedit se inprimis voluptatibus; tum deinde scelera sceleribus cumulauit, vt vel ipsâ eorum

Erubescentia cõmissi sceleris,

rum confusione, vnius recordatio, alterius memoriam obrueret. Verùm recurrebat assiduè tetra illa, ac mordicans animi cura; quóque magis se delicijs immergebat, eò atrociùs rodebatur, malúmque in Conscientia sæuiebat acriùs. Profectus est igitur in regiones longinquas, vt locorum mutatione, & rerum varietate, memoria præteritorum excideret. Verùm quantumcunque à patria abiret, à Conscientia comite disiungi non poterat. Adjecit mox animum studijs, & ijs quidem, quæ maiorem attentionem requirunt, quæque totum hominem occupant, ac sibi maximè deuinciunt, spiritus quoque planè exhauriunt, qualis Mathematica & Perspectiua; vt vel hac ratione, molestis se Conscientiæ morsibus expediret: sed frustra.

hominem miserrimè exagitat.

VII.

Jnterim audit, etiam contritione peccata deleri; statímque salutari (vt ipsi videbatur) consilio, ad opera pietatis frequentanda confugit. Neque tamen in his Conscientiæ, animæque vulnus omnimodè sanari posse arbitrabatur. Jtaque actus ad extrema, & mori iam certus, malo suo finem, nocte insequenti, per violentiam statuit adferre. Cùm ecce tibi pereuntem hominem benigno oculo DEVS aspexit, misítque sacerdotem, qui properanti ad duplicem in-

Tandem etiam ad extrema consilia impellit.

teritum, medicam manum ſalubriter admoueret. Jtaque artificioſo compendio expiatus à culpis ſuis, faſſus ipſe eſt, ſimul omnem triſtitiæ nubem abſterſam fuiſſe, & redijſſe animo optatam ſerenitatem, non vnquam vſquam redituram, niſi malum vulneratæ Conſcientiæ Vermem, ſeriâ pœnitentiâ, & accepto Confeſſionis ſacramento extinxiſſet.

VIII. O verè miſeros illos mortales, quorum mens omnis ita in lapidem obriguit, vt, cùm flagitijs immerſi ſunt collo tenus, nullam tamen reſipiſcentiæ cogitationem ſuſcipiunt! præterquam enim quòd iſtis domi ſuæ continuò malè ſit, cupiántque quàm maximè extra cordis ſui anguſtum, anxiúmque hoſpitium vagari, per alias & alias mundi illecebras, parum tamen proficiunt; quia nunquam ſic extra ſe abeunt, quin cochlearum more, domum ſuam ſemper ſecum circumferant, plenam curis, minis, terroribus, ac triſtiſſimis vmbris. Migrare hi tales poterunt ad extremos orientis & occidentis fines, ire poterunt ad Britannos & Jberos, ad Sauromatas & Thraces, ad Jndos & Japones; mutare poterunt quoduis ſolum & cælum; cor ſuum, & mentis malè ſibi conſciæ ſtimulos effugere, omnino nunquam poterunt. Et quanquam Vermis improbus quibuſdā,

Fruſtra terras & ſolum mutat, qui ſecum circumfert reum animū.

aut

aut voluptatum mulso sepeliri, aut fallacium persuasionum cantilenis sopiri posse videatur, quies tamen ista perpetua non est; resurgit in iras bestia, quando malacia spondetur.

IX. Denique, si Vermem suum extra hunc orbem efferant impij, in mundum alterum, iam bis miseri sunt, imò centies, millies miseri; quia domesticus hic carnifex, eos post temporis momentum, sequitur in æternitatem, fitque immortalis ad perennem cruciatum tortor. Clarè diuina veritas hanc veritatem expressit apud Euangelistã, cùm dixit: *Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam, bonum est tibi debilem intrare in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, vbi Vermis eorum* (damnatorum) *non moritur, & ignis non extinguitur.* Sed de immortali hoc Verme, vindice impietatis in tartaro, nunc pluribus philosophandum est. Munire tamen viam placet per alios vermiculos, quibus DEVS in vtroque orbe solet libertatem peccandi castigare.

Vermis Damnatorum æternus carnifex.

Marci 9. 43. 44.

PARAGRAPHVS I.

HVMANAM IMPIETATEM ex insolentia natam, retundit Deus exiguis bestiolis.

I. Faſtus Deo, hominibúſque inuisũ malum. *Diodor. Sicul: hist. l. 13.*

INgens in terris malum eſt faſtus: nam, vt ille ait, *multis exemplis compertũ eſt, mortales, quoſcunque ſuperbiæ immanitas, extra ſe, modúmque conditionis humanæ inſolentes rapuerit, Dijs juxtà, hominibúſque ſummè inuiſos eſſe; ac, veluti perniciem quandam, execrabiles haberi.* Nihil hîc dicam de fabuloſis gigantum molitionibus, qui vt Jouem cælo exturbarent, montes montibus impoſuêre; ſed fulminati fuerunt, antequam plenè ad aſtra eluctati. Certiora multò ſunt, quæ nobis chriſtiana antiquitas, ſuis annalibus de hoc argumento conſignauit, nempe æterno Numini ſemper faſtuoſa ingenia diſplicuiſſe, illíſque vel maximè obfuiſſe ſuam temeritatem, qui contra Deum auſi ſunt quouis modo petulanter inſurgere. plerúmque etiam tumidorum mortalium inſolentia, minutulis rebus fracta eſt.

II. *Hugarius Minorita ſerm. 10. in*

Jta ferunt quondam in Hiſpania, hominem leuis animi, taxillis luſiſſe; & quoniam infeliciter ei ludus ceſſit, iámque pecuniæ

cuniæ non modicæ iacturam fecerat, immotis labijs, atque in ſilentio DEVM ſeriò obſecrâſſe, vt amiſſa ſaltem recuperare poſſet, ſi lucri faciendi ſpes nulla foret. Sed quò calidiores fluxêre preces, eò frigidior fortuna ſtetit. Et tamen ſe ipſum miſer animabat ad perſeuerantiam, lactabátque inani pollicitatione melioris ſucceſsûs; donec & loculi penitus exhauſti, & omnia veſtimenta perdita, hominem ſeminudum deſtituerent, conſiliíque inopem.

expoſit: Symb. quæ dicitur Gemma fidei.

Luſor Deũ rogat, vt fortunam à parte ſua ſtare iubeat.

III. Quanquam etiam tum reperit aliquod conſilium, ſed fatuum atque excors, quia illo Numen inſanus petijt, nequidquam reclamante ſapientiſſimo Salomone, atque inculcante illud ſuum: *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Et hem ſtolidam vecordiam, inexplicabilem audaciam! quia enim Deus rogatus, atque in ſubſidium vocatus, patrocinari noluit improbi luſoris cauſæ, hoſtem ſibi conciliauit.

Prou. 21. 30.

IV. Certè iſte, vt furibundus domum venit, expedire arma cœpit; pectus loricâ, caput galeâ, cætera quoque membra ferro & chalybe munire. mox inſcenſo equo, properat in forum fulminabundus; & quia in confertum hominum cuneum incidit, rogat, ſi quiſquam præſens foret Numinis aſſertor &

Blasphemia contra proximum.

amator, proximum amabitur, & quæ-
cumq; iam congestitia, & vitiosa,
ut ea omnia, quæ in proximum fe-
runtur, blasphemiæ, & execrationes
sint alterum, falsorum & omnium fuc-
tionum habitus, & ornamenta, quæ
de demonstrarum, nullum in eis Deum
esse, quem vereri debeant, pertinaci-
tam sefelis blasphemia, ignorandum nam
mortalium omnium, & impiorum, quos
Deus provocare ad vindictam. Neque ne-
men idolatriæ fuit ignotus, qui impietas
facies iam, quippe impotentem animum
rem, eva ex quibus, & ad quæ vitia, &
peccata, & impietatem ferpserit, & pedet
tet abominationem Dei.

Cultus & religionis falsæ.

Vnde

Iamque si consentendum (vt videri
potest) iniquissimo, per fortitare gaudentium pestemur, cumplosæ scelus frontem
fugere, effrontis provocatoris, & tanto cum
dolore fenfu vix animadvertentis vitiorum
indigere, vt impatiens sitor, indignitque,
quos gestum capiti detrahat, aduersus hunc. Sed
quis fic liberorum adimus bellua reperit
vt in sua fecunditate, & vitiorum, & pro-
litur, omnidque vitatum frequentissimi
pendimus libidinis, & ad quæ vitia hæc
fybemo lolent, alitus nullus reperit modus,
vt nullus frequens declinandi, quin fi ta-
lenta ex quo facien telluti opponent. ne-
que

que tamen sic à se amolitus est malum; nam siue vespa, siue apicula, tum aduersùs occiput, sanam adhuc corporis partem, iras suas tam diu effudit, donec insolentissimus thraso, abjecto supercilio, imbelli hosti herbam porrigeret, & clarâ voce gemebundus confiteretur DEVM esse, justum commissi facinoris vltorem.

VI.

Hîc ego malis omnibus versum repeto, quem olim cacodæmon, interrogatus à quopiam, verissimum, optimúmque Maronis poëtæ esse affirmauit:

Discite justitiam moniti, & non temnere Diuos. *Virgil. lib. 6. Æneid.*

Magnæ insaniæ argumentũ est, Deo bellũ indicere.

Quisquis hominum audet studiosè flagitiosus esse, DEVM ad certamen è cœlo evocat, contra Deum manum & arma mouet. O impie, tu tantillus pugnabis contra tantum? tu pumile, contra gigantem ibis, *cuius sedes cœlum, cuius scabellum terra?* cuius comparatione, mortalium

Tota cohors, pede non est altior vno? *Iuuen. sat. 13.*

Omnes gentes (clamat Isaias) *quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane, reputatæ sunt ei.* *Isai 40. 17.*

Cauete mali, *Deus, vltionum Dominus*, perdere vos potest non magnis conatibus; apes, cimices, cyniphes, *Psal. 93. 1.*

culi-

culices, mures, locuſtæ, ranæ, muſcæ, veſpæ, ſufficiunt plectendo furori veſtro. Documenta nobis complura ſubminiſtrat ſacer hiſtoricus.

VII. Atque vt ordinatè progrediar; Pharao Rex Ægyptius, quemadmodum quaſi primus, inter ſceptra & coronas, vexillum propudioſæ temeritatis aduersùs Numen ſuſtulit, ita dignas audaciæ pœnas abſtulit. Admonuit eum Moyſes, & imperio magni Dei (quem omnis Judæorum populus religiosè colebat) juſſit, ſine mora faceret Iſraëlitis, mancipijs ſuis, poteſtatem copiámque, exeundi è regno ſuo, ad Sinai montem, ſacrificium facturis. Sed hîc faſtu & tumore plenus Pharao, de Deo hæc indigna effutijt:

Pharaonis regis inſolentia aduersùs Deũ.

Exod. 5. 2. *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraël? neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.*

VIII. Jtaque ſuperciliosus rex, neminem ſibi parem in orbe crediderat, neminem ſuperiorem, omnes inferiores habuit. Jura dare alijs ipſe voluit, à nullo accipere. Jpſe ſibi ſupremus magiſtratus, ipſe ſibi DEVS fuit; alium extra ſe nullum agnouit, niſi forte Apin bouem, aut allia, cepas, pepones Ægyptiorum,

Ægyptiorũ Dij.

Iuuen. ſat. 13. *Quorum naſcuntur in hortis, Numina.*

Et

Et hæc hominis vaniſſimi arrogantia, cùm intolerabilis eſſet, viſa eſt Numini expugnanda. Statímque fecialis Moyſes, bellum Pharaoni, Dei vice ac nomine indixit. Neque miles defuit; aduolabant vndique ad ſigna, magnis agminibus muſcæ, cyniphes, locuſtæ; ruebant è cælo ſine ordine ac numero ranæ, totámque Ægyptum miſerabili clade oppreſſerunt, ipsúmque imprimis faſtuoſum Regem.

Exod. cap. 8. & 10.

Pharaonis arrogantiã Deus inualidis copijs debellat, muſcis, locuſtis, ranis.

IX.

Ecce (inquit Rupertus) *quales inſtruxit acies Dominus? ranæ, cyniphes, muſcæ atque locuſtæ, fuerunt caſtrorum eius acies, & ex huiuſmodi cohortibus, totas contra fortes Ægyptios compoſuit legiones. Singuli milites ſecundùm ſe breues quidem & infirmi, ſed valentes fuêre, duce imperio Dei. nempe quod multus hominum exercitus facere non potuiſſet, iſtæ phalanges ſtrenuâ peregêre militiâ; operuerunt enim vniuerſam ſuperficiem terræ. Quamobrem feſtinus Pharao, tanquam ad deditionem vocauit Moyſen & Aaron, primates Imperatoris Dei; & rogate ait, Dominum Deum veſtrum, vt auferat mortem hanc à me.*

Rupertus lib. 1. comment. in Exod. c. 38.

Neque

X. Neque tamen ſolus inter reges Pharao, à tam vilibus animalculis debellatus eſt; expugnati ſunt plures inter diademata; fuítque victoria eò magis admiranda, quòd hoſtis vinceret, nulli cordato formidabilis. Serus eſt in vindictam DEVS, & ſæpe omnis eius furor non progreditur vltra comminationem; aut ſi etiam minas ſubſequitur vltio, nunquam maior eſt meritis; rarò par, plerumque minor. Notum eſt ex ſcriptura, Reges illos, qui terram Judæorum populo multis retro annis à Numine deſtinatam, occupârunt, fuiſſe inſigniter impios Jdololatras. Quare juſtiſſimè eos DEVS, non tantùm exuere poſſeſſionibus, ſed inſuper etiam cum plebe penitus exſcindere poterat.

Plures Jdololatræ Reges, à Deo ſimili pœna cum Pharaone plexi

XI. Et tamen ſatis fuit diuinæ bonitati, eos regnis ſuis, agríſque pepuliſſe, noluit omnes ſub gladio hebræo cadere; antequam hic ſtringeretur, plurimi ſe fugâ ſeruarunt; ad quam ſalubri aculeo, etiam invitos, ſtimulabant veſpæ & crabrones, quos Jſraëlitici exercitûs prodromos præmiſit DEVS, juxta ſponſionem factam, *terrorem meum mittam in præcurſum tuum: emittens crabrones priùs, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introëas.*

Amorrhęorum Reges Deus expugnat veſpis & crabronibus.

Exod. 23. 27

Et

Et ne quis putet per metaphoram hæc verba accipienda esse, quemadmodum nonnemo inter Patres voluit; re ipsâ præstitam hanc Domini promissionem fuisse, satis manifestè declarat Josue, cùm inter cætera ingentia beneficia, etiam istud, velut singulare memorantem Deum inducit; *misi ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio, nec in arcu tuo.* XII. *S. August. in Exod. q. 93.* *Iosue. 24. 12.*

Quin etiam clarissimâ sententiâ Sapiens suffragatur, cùm meminit temporis, quo Judaicus populus primùm intrauit in terram sanctam, expulsis ex ea impijs habitatoribus, de quibus sic Numen compellat Salomon: *sed & his, tanquam hominibus peperciſti, & misisti antecessores exercitûs tui vespas, vt illos paulatim exterminarent: non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis; sed dabas locũ pœnitentiæ.* XIII. *Sapient. 12. v. 10. & 11.* quam cùm homines desperati excuterent, & ipsi terris suis exacti sunt; instantibus à tergo vesparum examinibus, armatis solùm tenui, & vix aspectabili aculeo, sed in mortem venenato. *Serarius in cap. 24. Iosue quæst. 4. Lorinus hic.*

Jam si Philisthæorum fastos inspicere velimus, mures se & sorices sistent, diuinæ XIV. Philisthæi musculis

plagæ

plectuntur. plagæ luculenti teſtes. Nam cùm Arca Dei
1. *Reg.* 5. in eorum prouinciam deducta eſſet, continuò edidit diuinæ virtutis, furoríſque argumenta. Præterquam enim quòd Dagon, ſimulacrum ſaxeum arâ ſuâ deturbauit, fecítque ex caſu truncum ſine capite; ſæuitum eſt etiam in huius Idoli cultores, quorum vi-
Theodoretus q. 13. neas, vites, ſegetes, agróſque vniuerſos, enati repentè mures, innumerabili multitudine, miſerrimè vaſtârunt, ſpémque omnem frugum in arboribus, hortis, campis, herba, ſuffocârunt, populatores nunquam antea viſi; eóque grauiores, quòd arbitrentur quidam, etiam hominibus infeſtos fuiſſe, & a-
Apud ſanctium in 1. *reg.* 5. *&* deò in viſcera Philiſthinorum crudeli mor-
num. 17. ſione graſſatos: *ebullièrunt villæ, & agri; & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate*, verba ſunt ſcripturæ. Sanè apud indigenas inſolentia mali, tantam fecit animorum conſternationem, vt propter rationem placandi Numinis, in ſenatum non ſemel coiuerint.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

PRÆTER MVRES, RANAS, locuſtas, muſcas, veſpas, crabrones, etiam Vermiculis caſtigat Deus humanam malitiam.

I. IVre meritò poſt ea, quę proximè allata ſunt in medium, exclamare poſſum: en vt robuſtus in beſtiolis infirmis eſt DEVS! muſculus, rana, locuſta, muſca, veſpa, ſupplices fecit Reges ac populos; & nos adhuc homines non timemus, flagitijs noſtris quotidie inuictum Numen laceſſere ad duellum? ad interitum noſtrum? & illum quidem æternum? ô ſaniora! memineriſſe debemus eius moniti, quo vetamur *crabrones irritare.* Crabro inſecti quoddam genus eſt, affine veſpis, peſtilentiſſimo ſtimulo: ſiquidem Plinio authore, crabronum ictus haud ſine febri ſunt; & tradunt nonnulli, ter nouenis huius animalis punctis, hominem interfici. Monet ergo adagium, crabrones non facilè ab antris ſuis expelli debere, ne perturbatores quietis, graui aculeo feriant.

Plin. nat. hiſt. lib. 11. cap. 21.

Crabronis punctus quando homini lethalis?

II. Habet etiam DEVS in numerato ſuos crabrones, veſpas, muſcas, letali veneno inſtructas, in perniciem ſceleratorum. Noli, quæſo, ô homo, irritare hæc animalcula in

Digitized by Google

plectuntur. plagæ luculenti teſtes. Nam cùm Arca Dei
1. *Reg.* 5. in eorum prouinciam deducta eſſet, continuò edidit diuinæ virtutis, furoríſque argumenta. Præterquam enim quòd Dagon, ſimulacrum ſaxeum arâ ſuâ deturbauit, fecítque ex caſu truncum ſine capite; ſæuitum eſt etiam in huius Idoli cultores, quorum vi-
Theodoretus q. 13. neas, vites, ſegetes, agróſque vniuerſos, enati repentè mures, innumerabili multitudine, miſerrimè vaſtârunt, ſpémque omnem frugum in arboribus, hortis, campis, herba, ſuffocârunt, populatores nunquam antea viſi; eóque grauiores, quòd arbitrentur quidam, etiam hominibus infeſtos fuiſſe, & a-
Apud ſanctium in 1. *reg.* 5. *v.* 6. *num.* 17. deò in viſcera Philiſthinorum crudeli morſione graſſatos: *ebulliêrunt villæ, & agri; & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate*, verba ſunt ſcripturæ. Sanè apud indigenas inſolentia mali, tantam fecit animorum conſternationem, vt propter rationem placandi Numinis, in ſenatum non ſemel coiuerint.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

PRÆTER MVRES, RANAS, locuſtas, muſcas, veſpas, crabrones, etiam Vermiculis caſtigat Deus humanam malitiam.

IVre meritò poſt ea, quę proximè allata ſunt in medium, exclamare poſſum: en vt robuſtus in beſtiolis infirmis eſt DEVS! muſculus, rana, locuſta, muſca, veſpa, ſupplices fecit Reges ac populos; & nos adhuc homines non timemus, flagitijs noſtris quotidiè inuictum Numen laceſſere ad duellum? ad interitum noſtrum? & illum quidem æternum? ô ſaniora! meminiſſe debemus eius moniti, quo vetamur *crabrones irritare.* Crabro inſecti quoddam genus eſt, affine veſpis, peſtilentiſſimo ſtimulo: ſiquidem Plinio authore, crabronum ictus haud ſine febri ſunt; & tradunt nonnulli, ter nouenis huius animalis punctis, hominem interfici. Monet ergo adagium, crabrones non facilè ab antris ſuis expelli debere, ne perturbatores quietis, graui aculeo feriant. I.

Plin. nat. hiſt. lib. 11. cap. 21.

Crabronis punctus quando homini lethalis?

Habet etiam DEVS in numerato ſuos crabrones, veſpas, muſcas, letali veneno inſtructas, in perniciem ſceleratorum. Noli, quæſo, ô homo, irritare hæc animalcula in II.

cladem tuam; prouocari facilè possunt. Sen-
Exercitus diuersi, à muscis & cyniphibus in fugã acti.
serunt hoc ingenti damno suo, Carolus Siciliæ, & Philippus Galliæ Rex, quando iunctis copijs Gerundam Hispanorum vrbem, hostili violentiâ occupârunt. Quia enim tum militaris impietas nullã rationem templorum habuit, iamque D. Narcisci sepulchro vim fecerat, ex eo infinita muscarum agmina prouolârunt, omnémque exercitum in turpem fugam egerunt. Qualem olim etiam, æterno probro suo, inire coactus fuit Sapor Persarum Rex, cùm obsidione Nisibin vrbem cinxisset: Jacobus enim, sanctissimus loci illius præsul, impetratis à Deo plenis cyniphum, culicúmque copijs, equos ac elephantos in rabiem effecauit, vt præcipiti fugâ redirent, vnde educti sunt ad expugnationem.

Haræus in Vita S. Narcisci, ad 5. Augusti.

Baronius ad annum Christi 338.

III. Igitur ternarius iste Regum, simili pœnâ, non absimilem culpam luere debuit; impietas singulorum irritauit crabrones. éstq; hodie apud Hispanos vsitata hæc sententia, & abijt in proverbium, *S. Narcisci muscas lacessere.* Neque incommodè ad S. Narcisci tumulum applicaueris, quod sibi scripsit epitaphium quondam Archilochus, poëta maledicus versu græco, quem latinè sic reddidit Roterodamus:

Muscas S. Narcisci lacessere, Hispanis proverbium.

In adagijs chiliad. 1. Cent. 1. n. 60

Ne

Ne fors crabrones, qui huic insedêre sepulchro
Irrites; tacitum carpe, viator, iter.

IV. Cauete mortales, ne in mortem vestram ac ruinam, lacessatis, non dico muscas S. Narcisci, sed irati Numinis. Contemptus sacrarum legum, negligentia diuini cultûs, ventris intemperantia, violatio Justitiæ, libidini, aliisque sceleribus concessa impunitas, provocant noxias illas bestiolas, quas DEVS in promptu habet ad castigandos improbos, majestati suæ perduelles. Verè Propheta olim, *sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminis Ægypti, & apis quæ est in terra Assur, & venient.* Quòd si misericors & miserator Dominus dissimulat, cohibétque contra impietatem, muscarum, apum, vesparum, crabronum, locustarum, musculorum infestas acies; nullam inde habent sibi blandiendi causam, projecti in flagitia hominis; neque enim continuò sunt extra omnem teli jactum, quamdiu pergunt mali esse; & solet nonnunquam DEVS dilatam vltionem, vermium tormentis compensare.

Ad Dei imperium aduolant muscæ, vespæ, crabrones, scelerum vindices. *Isa.* 7. 18.

V. Multus aliquando Job fuit in commemorandis hominum sceleribus, tandem pulchram coronidem appositurus, de impio,

hoc breue ſubjunxit: *dulcedo illius vermes.* Cuius dicti non incommoda eſt expoſitio, quòd denique improbus ex prauis ſtudijs, actionibúſque ſuis, aliud ferè nihil referat, quàm Vermes. Neque hîc intelligas velim duntaxat illos vermiculos, qui corpuſculum olim ſub ceſpite, atque in ſepulchro, vnâ continuáque cænâ, vſque ad conſumptionem exedent; ſunt & alij, quorum dentes quandoque viui ſentiunt mortales, ſed in vindictam exercitæ malitiæ.

Iob.24.20.
Pineda hic.

Mortalium faſtus punit Numen putidis Vermibus.

VI. Dederunt documenta non pauci. Dux infauſti gregis Antiochus eſſe poteſt, cuius grandem, & nimis inſolentem faſtum, Deus vermibus correxit. Nam, vt ſcriptura memorat, morbo tam fœdo afflictus fuit, *vt de corpore impij, Vermes ſcaturirent, ac viuentis in doloribus carnes effluerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur.* Miſerum ſanè ſpectaculum, videre hominem Regem, adhuc ſpirantem, & vivum cadauer, in pabulum putidiſſimis animalculis cedere; neque opis quidquam, aut conſilij ſupereſſe, contra hoſtem tam inualidum, ſoláque ex putredine compactum.

Patet in Rege Antiocho.

2. Machab. 9. 9.

VII. Sed nimirum talibus medijs diuina potentia, magnos ſpiritus ex ſuperbiæ faſtigio, reducit ad mediocritatem. Sanè de Antiocho,

cho, sic sacer textus porrò: *Hinc cæpit ex superbia deductus, ad agnitionẽ sui venire, diuinâ admonitus plagâ: & cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est, subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* O si hæc verè animo pœnitente dixisset Antiochus, poterat inter Vermes suos reconciliatus Numini, bene ac feliciter mori: nunc perijt, quia nulla sincera resipiscentia mentem eius ad virtutem flexit, verúmque magni DEI amorem. 2. Machab. 9. v. 11. & 12.

VIII. In Rege Herode Agrippa.

Antiocho Regi, Rex alter, Herodes Agrippa, in paritate culpæ & pœnæ sociari potest. Hic cùm aliquando ex solio regali, in purpura & auro conspicuus, magnificè, ac disertè ad confertam diuersorum populorum concionem, sententiam, iúsque diceret; habuit confestim adulatores, qui applauderent, & perorantem supra humana in Deorum numerum eueherent. sed sensit tum miser, nimis veram esse paræmiam, *pernicioſa adulatio, perpetuum Regum malum est; quorum opes assentatio sæpius, quàm hostis euertit.* Q. Curtius lib. 8.

IX. Adulatio magnũ aulis malum.

Profectò Herodi assentatores sui, grauissimum malum attulerunt, quando cum regno vitã sustulerunt. Seruâsset Rex vtrum-

que, si sciuisset modestus esse, & periculosè sibi lenocinantes, seuerâ grauitate coërcere. Hoc, quia vanus homo, & simia, stultè sibi in diuinis titulis complacens, neglexit facere, pœnas jure soluit Numini, cuius gloriam sacrilegâ temeritate ausus est ad se rapere.

In Actis Apost. c. 12. 23.

Itaque, vt D. Lucas narrat, *percussit eum Angelus Domini, eò quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à Vermibus expirauit.* His magistris doctus est Herodes, nihil mortalem super mortalia eximium habere, & nimis se hominem esse corruptioni obnoxiū, quem putidi Vermes deuorarent, sine vllo miserabilis carnificinæ remedio.

X.

Iosephus lib. 19. Antiq. cap. vlt.

Alludit ad propositum Josephus, qui cùm mentionem fecisset de plausu adulantis populi, quo tempore Herodes publicè pro tribunali dixerat, ista subnectit. *Hanc impiam adulationem, ille* (Herodes) *nec castigauit, nec repulit: paulòque post suspiciens, vidit supra caput bubonem. mòxque vt sensit, hunc esse calamitatis nuncium, ex intimis præcordijs doluit. secuta sunt ventris tormenta, statim in principio vehementia. Conuersis igitur in amicos oculis: En, inquit, vestrâ appellatione Deus, vitam re-*

Bubo fatalis Herodi Agrippæ Regi.

linque-

linquere iubeor, fatali neceſsitate coarguente veſtrum mendacium; & quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Euentus vaticinium comprobauit; nam verminatio (fœdum morbi genus, quo ex ventriculo, inteſtinis, veſicâ, renibus, dentibus, auribus, naribus, Vermes reijciuntur) intra pauculos dies Herodem expediuit. *Lorinus in Acta Apoſt. cap. 12, 23.*

XI. Neque apud hunc ſolum Herodem Agrippam ſtetit malum; reperio alterum quoque Herodem Aſcalonitam, qui poſt Chriſtum in terris natum, triſtis infanticidij cruentus author fuit, à Vermibus conſumptum interijſſe. Eâdem poſtea ſeueritate cum ijs actum eſt, qui Eccleſiam Dei, cætúmque fidelium indignis modis perſecuti ſunt. Ita Neſtori hęreſiarchæ impuram blaſphemámque linguam à Vermibus corroſam fuiſſe, teſtis eſt Euagrius. Quin etiam Maximianus Cæſar, & Hunericus Rex, inter Vermes miſerè extincti ſunt. Iſti omnes ſibi ex carne ſua, & corpore genuerunt tyrannos, quibus plecteretur exercita in pios, atque Eccleſiam Chriſtianam perfidia. *Ioſeph. lib. 17, Antiq. cap. 8.* Plures alij Vermibus extincti ſunt, in pœnã ſcelerũ. *Euagrius l. 1. hiſt. cap. 7. Euſeb. l. 8. hiſt. cap. 28. Sozom. l. 5. c. 7. Victor Vticenſ. l. 3.*

XII. Quâ cùm ſe olim etiam inſigniter famoſum feciſſet Caluinus, manu & linguâ, vtrâque ſacrilegâ, armatus contra veritatem, fidem, auitam maiorum religionem;

extabuit & ipſe in putidiſſimorum vermium graueolentia, vt ex idoneis teſtibus compertum eſt. Sanè Joannes Haren, miniſter Generalis Geneuenſis, in palinodia ſua, miſerabilem Caluini ex hac vita abitū in hunc modum deſcribit: *Caluinus deſperatione plenus moritur, magno numero fædiſſimorum morborum, & vlcerum diſcruciatus, quæ Deus in Deuteronomio rebellibus & refractarijs comminatur. Quod veriſſimum eſſe affirmare poſſum, qui morienti interfui, & mortis eius oculatus teſtis fui.*

Hieron. Bolſecus in Vita Caluini cap. 22.

Caluini fœda & miſerabilis mors.

Apud Stapletonū in Antidotis Apoſtol. ad cap. 12. act. v. 23.

Deut. c. 28.

PARAGRAPHVS III.

VEROS DAMNATI VERMES patientur in Acheronte.

I. EX his, quæ diſputata ſunt hactenus, patet magnum DEVM minutos vermiculos, vltionis ſuæ miniſtros aliquando adhibere, & tortores impiorum hominum facere in hac vita. Nec tamen rem ſaluam puta improbe, ſi te huc vſque ab iſta peſte liberum ſenſiſti; poteſt adhuc ex viſceribus tuis malum naſci, quod mordeat. Et demus, tranſeat te iſta miſeria intactum, nulli te hîc Vermes abſumant; caue, ô quiſquis es ſcelerum amator, in orbe altero, & orco (ad quem con-

Vermes etiam in altero orbe impios excruciant.

concatenata inter voluptates, risúsque fatuos, impietas trahit) ingens copia istarum te bestiarum præstolatur.

II. Veris Damnatos Vermibus torqueri, bonorũ Theologorum est sententia.

Et ne quis in iocum vocet, aut velut à me recenter confictum putet, quod dico; optimorum, grauissimorúmque est Theologorum sententia; Damnatos apud inferos, veris etiam Vermibus torqueri; eorúmque ineuitabiles morsus, molestámque cohabitationem, ad cæterarum pœnarum cumulum, perditis mortalibus accedere. Neque pro hac stabilienda veritate deficiunt SS. Patrũ testimonia. D. Basilius ad illud Dauidis, *timorem Domini docebo vos*; sic ait: *cogita profundum barathrum, inextricabiles tenebras: deinde Vermium genus, venenum immittens, & carnem vorans, inexplebiliter edens, neque vnquam saturitatem sentiens, intolerabiles dolores corrosione ipsâ infigens.*

Sanctius in Isaiã c. 66. §. 24. In Iudith. c. 16. §. 20. & 21. Cornelius à Lap. in Isai. c. 66. §. 24. Tuso in Ecclesiast. cap. 7. §. 19. S. Basil. in Psal. 33.

III.

Et D. Anselmus, *tertia* (inquit) *pœna Damnatorum est, Vermes immortales, id est, serpentes & dracones, visu & sibilo horribiles, qui vt pisces in aqua, ita viuunt in flamma.* Siue deinde vi naturali id possint, quemadmodũ salamandræ in nostris flam-

S. Anselm. in Elucidario.

Albertus Magnus de anima l. 15. Sardonius lib. 1. claſſ. 1. de antiq. Urb. Batav.

mis innoxiè dicuntur ſeruari; & Vermes nonnulli in regione Chelidonia; feruentibus etiam aquis foueri, extra illas mori: ſiue potiùs vim altiorem velimus concedere cum S. Auguſtino, dicente, *animalia in ignibus viuere, in vſtione ſine conſumptione, per miraculum omnipotentiſſimi Creatoris; cui hoc poſſibile eſſe qui negat, à quo ſit, quidquid naturis omnibus miratur, ignorat.* Loquitur autem ſanctus pater in propoſito, pro opinione affirmante, DEVM Vermes propriè acceptos, horribiles, fœdiſſimos, mordaciſſimos, æternos & immortales deſtinare, qui in acheronte peculiari præter ignem pœnâ, corpora ſceleſtorum affligant, & dolorem inferant, ipſi doloris expertes.

D. Auguſt. lib. 21. de ciuit. cap. 9.

IV. Suppetit verò in huius doctrinæ confirmationem, triplex potiſſimùm ſcripturæ locus. Primus eſt apud Siracidem, vbi quemuis mortalium ſalubriter ad animi ſubmiſſionem hortatur; *humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis & Vermis.* Vbi diligenter obſeruandum venit, igni Vermem jungi, in hac ſententia. Sicut ergo verus ignis eſt in ſtyge, quo cruciantur ſceleratorum animæ, vt habet com-

Teſtimonia ſcripturæ pro Vermibus veris, acheronticis tortoribus.

Eccli. 7. 19.

munis

munis SS. Patrum & Theologorum ſchola; ſic etiam Vermis non metaphoricè, ſed propriè futurus eſt apud inferos, qui torqueat corpus Damnati; neque enim diuerſos ſenſus, verborum nexus patitur, vt rectiſſimè citatus ſuprà D. Auguſtinus aduertit; qui etiam vehementer vrget vocem illam, *carnis*. *Cur* (inquit) *dictum eſt carnis impij, niſi quia vtrumque, id eſt, & ignis & Vermis, pœna erit carnis?*

Apud Bellarm. lib. 2. de gemitu columbæ. c. 2. Cornelius à Lap. ad c. 7. Epiſtolæ S. Iudæ Apoſtoli, & paſſim alios.

V.

Huic ſcripturæ loco, non abſimilis eſt alter, ex pereleganti cantico, quod truncato Holoferne, triumphatrix Judith præcinuit, ſubſequente feſtino mulierum choro: *Væ genti inſurgenti ſuper genus meum; Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die Iudicij viſitabit illos. dabit enim ignem & Vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſq; in ſempiternum.* Et tametſi nonnulli, in hoc ſacro textu, *diem judicij* accipiant pro illo tempore, quo Deus ſuſcepit Iſraelitici populi tutelam, contra nimiam Aſſyriorum impreſſionem: eſt tamen verior, & communior explicatio, hîc ſermonem inſtitui de judicio extremo; poſt quod, vt ſtatim ſubjungit victrix heroina, rediuiua impro-

Iudith. 16. v. 20. & 21.

Sanctius hic.

improborum hostium corpora, Vermes ignésque sempiternos experientur.

VI. Neque ab istis verbis abludit multùm Jsaias, cùm de cætu proborum fidelium, in longam futurorum annorum seriem, Numinis vice sic est vaticinatus: *egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prævaricati sunt in me; Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Sensus est, omnes illos felices fore, quos DEVS olim ex Judaico, aut infideli populo, in veram Christi, filij sui Ecclesiam congregauerit; egressuros hos postea, & expatiaturos cogitatione, vt videant, quàm funesta cædes in eos grassetur, qui extra Ecclesiam dæmonis ludibrio, & Numinis gladio sunt subjecti. Sumpta est similitudo ab illis; qui cùm domi suæ tuti sunt ab injuria, caput tamen foris per fenestram exerunt, & securi prospiciunt aliorum vulnera, ruinam ac fata. Jta ait Jsaias, pios in catholica Ecclesia fideles, extraneorum olim, & quorumuis impiorum, securissimè consideraturos cladem, æternúmque interitum.

Isa. 66. 24.

Fidelium in Ecclesia Christi felicitas.

VII. Hanc genuinam prophetæ mentem esse, nota, certúmque argumentum est, quòd prævaricatoribus diuinarum legum, ignem semper arsurum minatur. quia verò etiam eorun-

eorundem cadaueribus ſociat Vermem immortalem; ſignum eſt, corpora illorum, addicta ſempiternis ſupplicijs, præter flammarum vſtulationes, etiam veris Vermibus ſemper crucianda. Certè, cùm ſacra pagina toties flagitioſis hominibus, atque in malitia obſtinantibus, Vermes æquè ac ignes gehennæ vaticinatur, nouam aliquam, diſtinctámque pœnam inſinuat, per id genus beſtias inferendam. Et eſt S. Auguſtini, aliorúmque patrum recepta doctrina; in ſcriptura omnia accipienda eſſe, ſecundùm proprietatem verborum, niſi manifeſta abſurditas ſententiæ, tropicam explicationem ſuadeat; quali in propoſito opus non habemus.

Ratio ex ſcriptura deſumpta pro veris Vermibus, damnatorum tortoribus.

VIII. Sed nunc, mi homo, mecum pauliſper contemplare illos Vermes, quos ex grauium doctorum ſententia, vindex DEVS, vnà cum ſceleratis mortalibus, compinget in tartarum. Heu! qualis ſocietas homo & beſtia! quàm fœdum, quàm truculentum ſpectaculum, Vermis carnifex hominis! Agyrtæ paſſim, & circulatores orbem pererrant, qui de collo brachióque, velut delicias ſuas, cicures ſerpentes ſuſpendunt: quòd ſi tamen iſti, in natiuam rabiem efferati, dominos fatali morſu læſerint, theriacis continuò, atq; alexipharmacis, quæ in promptu habentur, vulneri fit medela.

Circulatores & Agyrtæ, ex collo ſuſpenſas viperas circumferunt.

Et

IX. Et quid aliud ſunt omnes ij, quos decretoria Numinis ſententia ad inferos detruſit, quàm circulatores? profectò enim, vt Dauide teſte, *impij in circuitu ambulant*; ita in perpetuo æternitatis circulo, inter ſtygiarum flammarum globos, Damnati miſerrimè circumeunt, imò gyrantur, rotantur, vi alienâ, & maiore. Quódque malum auget, etiam in collo, brachijs, manibus, pedibus, aliíſque corporis ſui afflictiſſimis membris, circumferunt, ſiue ſerpentes, ſiue vermes, quorum venenatis morſibus, nullam habent medicinã, quam opponere poſſint. éſtque eò miſeria intolerabilior; quòd, cùm omnes ictus ſint mortiferi, nullus tamen vitam auferat, etiam optantibus mori.

pſal. 11. 9.

Damnati apud inferos circulatoribus comparati.

X. Quantum verò hoc tormentum eſſe debeat, iam aliunde millies infelicibus orci incolis, ſemper rodi à Vermibus; colligere poſſumus ex dentium dolore, qui cæterà ſanos homines, propè tamen inſanos facit. Experientia docet, Vermiculum, intra dentis medullas ex putredine natum, fortiſſimos quoſque heroas ad imbellium fæminarum lamenta deijcere: &, cùm ſine ſuſpirio ferre poſſint crurifragia, ſectiones, vulnera, ignes, ferrum; tamen ad morſum minimi, vixque notabilis vermiculi, muliebriter ingemiſcunt, manúſque, neſcias vinci, victas

Putidi dentis vermiculus, docet Vermes orcinos timere.

porrigunt inermi beſtiolæ. O nos miſeros, & miſerabiles! ferre hîc patienter ad horulam non poſſumus, in putri dente vermiculum vnum; neque tamen formidamus illos Vermes, quos DEVS ibi conſtituit, grauiſſimos debitorum exactores, nullâ æternitate otiaturos, cùm ſemel in orco, velut eodem culeo concluſis improbis, infixerint aculeum, limatum ad diuinæ ſeueritatis cotem.

XI. Culeus, parricidis excogitatũ olim ſupplicium.

Culeus, ſaccus quidam ex lino, cannabe, vel corio factus, veteribus tormenti genus fuit, in pœnam parricidarum excogitatum. hi enim, poſt ſanguinearum virgarum verbera, culeo clauſi, vnà cum ſimia, gallo, cane, & ſerpente, omnes viui in mare proijciebantur. Meminit huius ſupplicij poëta, cùm de Nerone Cæſare, qui matrem ſuam è viuis crudeliter ſuſtulit, ſic canit:

Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus.

Iuuenal. ſat. 8.

XII.

Cæterùm grauiſſima neceſſitas fuit illis mortalibus, qui in culeum inſuti, ſiccâ inter fluctus morte perire debuerunt; quanquam nec ſicca illis omnino mors fuit; nam, tametſi ab aquis intacti manſerunt, proprio tamen in ſanguine natantes, cruentum, funeſtúmque habuerunt exitum. quia enim gallo, cani, ſimiæ, ſerpenti, nunquam in libertà-

Minimè conuenit cani, ſimiæ, gallo, ſerpenti.

bertate conuenit, quis non videt, insociabili societate, & in cædes erupturâ constringi, arctaríque in saccum? Factum est proinde, vt, cùm mutuis vulneribus in crudelitatem exasperati fuissent conjurati hostes, iras denique suas in hominem effunderent, & quibus potuêre dentibus, vnguibus, aculeis armati in parricidam, lentâ eundem sæuitiâ expedirent.

XIII. Sed hæc omnia ludicra sunt, & reputanda inter pueriles iocos, si oculos infra terram, ad inferos vsque velimus demittere. heu! qualis hic saccus, qualis culeus est? & ô! quot parricidę ibi luctantur cum simijs, & serpentibus, & canibus, & gallis pugnacibus? Nempe huc conjecti sunt innumeri homines, qui annos suos, vitámque finiuerunt inter flagitia, facti sacrilegi Deicidæ in Christo IESV, quem sceleribus suis cruci affixerunt: carnifices eò minùs excusandi, quòd Dei sanguinem, pro ipsis in pretium redemptionis fusum, pedibus insuper indignis conculcauerint; certè ex eo sibi nullum balneum fecerint, emaculandæ turpitudini suæ. Jsti iam in culeo auernali sociantur cum lucifero, Numinis simiâ, & superbo affectatore non debitæ sibi excellentiæ. Vigilis galli clamores, vngues, rostrum, supplet vociferans conscientia, atque in he-

Inferorum, Damnatorúmq; carcer, culeo veterum cõpositus.

rum

rum nocentem non vno telo armata. Neque cerberus deeſt, monſtrum triceps: imò tot canes vident contra ſe rictum pandere, quot damnati ſpiritus, triſtiſſimæ vmbræ, inter malignas orci tenebras circumcurſant.

Quin etiam colubri, & Vermes, quibuſuis ſerpentibus truculentiores, aculeatum continuò dentem exerunt in conclamatos tartarì ciues; & quia diuinæ Majeſtatis, per crimina violatæ, vltores ſunt, æterno morſu fatigant, quos ſemel comprehenderint: ita vt hi tales ſub Vermibus fateri cogantur, quod olim Judæi ſub jugo, & dominio alienorum Regum: *facti ſumus ſubtus, & non ſupra; quia peccauimus Domino Deo noſtro, non obediendo voci ipſius; Domino Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio faciei; quia locutus eſt Dominus ſuper nos omnia mala hæc, quæ venerunt ſuper nos.* XIV. In culeo infernali & ſerpentes, & Vermes ſunt. *Baruch.* 2. v. 5. 6. 7.

Et quidem Hebræam gentem fideliter DEVS præmonuit, docuítque, quid facto opus eſſet, ſi populis alijs dominari vellent, non infami ſeruitio parêre. *Conſtituet* (ait Moyſes) *te Dominus in caput, & non in caudam, & eris ſemper ſupra, & non ſubter; ſi tamen audieris mandata Domini* XV. *Deut.* 28. 9. 13. 14. 15. 43. Obſeruatio diuinę legis exaltat homines.

Digitized by Google

Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris, & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias, & facias omnia mandata eius; aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, erítque ſublimior; tu autem deſcendes, & eris inferior.

Neglectus eiuſdem deprimit infra alios.

XVI. Jtaque, ſi inter probra, & miſerias numerant mortales, ſubeſſe illis, quibus poteras imperare; quantò probroſiùs, quantò miſerabiliùs eſt, hominem factum in paradiſo caput animalium, beſtijs viliſſimis ſuccumbere debere; quin etiam à Vermibus, viperis, ſerpentibus ſtygijs excarnificari, ſine ſpe vlla liberationis ſecuturæ! ſincerè omnino nunc diuina bonitas nos admonet, jubétque cautos eſſe, dicens per Siracidem, *vindicta carnis impij, ignis & Vermis.* Eccl. 7. 19. Et per Jſaiam prophetam; *qui prævaricati ſunt, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Atque iterum per triumphantis Judithæ linguam, *dabit ignes, & Vermes in carnes eorum; vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum.* Iſa. 66. 24. Iudith. 16. 21.

Time-

Timete improbi, ipsi vobis grande malum paratis; ipsi vobis, obstetricante impietate vestrâ, & peccandi libidine, horrificos Vermes excluditis, quibus in tartareis ignibus, aliquando miseri parentes affligamini; frustra tum inter æternos dolores exclamaturi triste illud; *facti sumus subtùs, & non suprà.* *Baruch.2.5.*

PARAGRAPHVS IV.

HOMINES SCELERATI, ipsi sibi pariunt Vermes carnifices pro tartaro.

I. *Plutarchus in Cleomene ad finem.*

CLeomenes, qui apud Lacedæmonios per vim, sedecim ipsos annos, regnum tenuit, tandem inter coniuratorum manus, & vulnera, vt conuentum erat, cecidit; ratus, honestiùs esse, occumbere amico gladio, quàm ferro magistratûs. Quanquam ne sic quidem omnem, nominis sui notam effugit; nam corpus eius, pelle ignominiosè detractâ, in crucem actum est. Paucis pòst diebus contigit res, prodigio similis. Qui enim suspensum Cleomenis cadauer custodiebant, ingentem conspexerunt serpentem, sinuosis caput spiris vndique circumplicare: cúmque passim apud plebem, malè ominantem, trepidaretur; à doctioribus, & causa-

Serpens Cleomenẽ in cruce suspensum circumplicat, natus

ex eiuſdem medulla.

rum naturalium gnaris, demonſtratum fuit, quemadmodum ex putreſcentibus bobus apes, ex equis veſpæ, ex aſinis ſcarabæi germinant, ita in humanis cadaueribus ex tabe medullæ, intra ſpinam dorſi incluſæ, angues naſci.

II.

Diximus ſuprà, ſtygem malis Vermibus ſcatere, qui talionis vindicias exerceant in hoſtes DEI, quos impietas ſua in vnum tartari culeum merſit. Nunc quæſtio inſtitui poteſt, vnde tot peſtilentes beſtiæ irrepant ad damnatos mortales? Sed nempe fit illis, quod Cleomeni; ex ſua ipſorum medulla prodeunt iſti colubri, & Vermes.

Vermes tartarei Damnatis naſcuntur è ſceleribus ſuis.

III.

Talis medulla, eſt indomita mentis ſuperbia; odium nullis officijs placabile; æterna inuidiæ amaritudo; inimicitia non niſi cum morte expiratura; laſciuia ſemper adoleſcens; nunquam ſeneſcens cupido habendi; familiaris cum cacodæmone conſuetudo; vis, fraus, injuria aperta, & clandeſtina; denique ſcelus omne, dictum, meditatum, factum, medulla eſt, & materies; ex qua copioſo prouentu, naſcuntur Vermes illi, qui inter flammas inferorum, ſæuituri ſunt in parentes ſuos. hic partus planè viperis ſimillimus eſt, niſi quod illæ dicuntur matrem in natiuitate ſua, penitus interimere; iſti autem ſiue Vermes, ſiue viperæ,

Medulla ferax Vermium ſtygiorum, quæ & qualis.

ſolum-

ſolummodo torquere, ſed cruciatu æternaturo.

IV. Quis verò mortalium non jure horreat hoc genus beſtiarum, armatarum in viſcera ſua, ſuúmque parentem, tam crudeli lanienâ? Horruit ſanè olim Abbas Achilla; qui interrogatus à juuene aſceta, cur cella ipſi ſua adeò grauis, & faſtidioſa eſſet? reſpondit; *quia nondum vidiſti requiem fili, quam ſperamus, neque tormenta, quæ timemus: ſi enim ea diligenter inſpiceres, etiamſi Vermibus plena eſſet cella tua vſque ad collum, tu tamen in ipſis iaceres, permanens ſine acedia.*

Ruffinus Aquil. in Hiſt. PP. l. 3.

Spes cæleſtis gloriæ, & metus ſtygis, difficillima quæq; reddunt facilia

V. Præclarè omnino, & verè, religioſiſſime ſenex: duo enim ſunt potentiſſimi affectus, qui ſtringunt, trahúntque in omnem partem humanos animos; Spes, & Metus. Sed inter ea, quæ ſperamus, quæ metuimus, nihil validius eſt cęlo, & orco, beatitudine & damnatione, vtráque æternâ. Quiſquis hæc duo profundè in pectus ſuum admiſerit, & quotidianâ, ſeriáque rei tam ſeriæ conſideratione, ſe ipſum excitauerit, nihil illi non iucundum erit, pro cœlo pati, bonorum omnium optimo: nulla illi intolerabilis videbitur moleſtia, evitandis inferis, malorum omnium peſſimo. Ad vtrumque iſtud, Achilla noſter

Spes & Metus, duo validiſſimi affectus.

noſter voluit, vt diſcipulus ſuus oculum flecteret, excutiendo torpori, cum annis nocituro.

VI. Quin etiam quia mentionem fecit Vermium, in cella tolerandorum, conſideraue-
rit illos orcinos, deſtinatos impijs in præmium perfidię; quorum frequenter memoriam habuerunt SS. Patres. Auguſtini hæc eſt ſententia; *in inferno eſt ferocia beſtiarum, dilaceratio immortalium Vermium.* Jlla Hugonis: *in inferno omnes comburuntur, & Vermibus corroduntur, nec conſumuntur.* Proſper idem de Damnatis affirmat, nempe illos *edaciſſimis in æternum dilaniari Vermibus.* Sed & S. Athanaſius de D. Antonio hæc memorat. *Poſteaquam diabolus orationibus Antonij ad Deum, ſe intellexit elidi; conſueta aduersùs omnes adoleſcentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris: nam per noctem in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta laſciuiæ; hic autem vltrices gehennæ flammas, & dolorem Vermium recondens, ingeſtæ ſibi libidini opponebat.*

Autor de triplici habitaculo apud S. Auguſt. tom. 9. Hugo Victor. lib. 4. de anima c. 13. Proſper lib. 3. de vita Cõtemplat. cap. 12. Athanaſius in eius vita

Extinguendæ Veneri, optimũ remediũ eſt, memoria Vermium ſtygiorum.

Jtaque

Itaque prudentissimus Achilla rectissimè concluſit, præ iſtis ſtygijs quoſuis alios Vermes, colubros, ſerpentes tolerandos eſſe; atque, ſi neceſſe foret, etiam his beſtijs inſepeliri viuum corpus, potiùs hoc malum eligi oportere, cum tempore tranſiturum, quàm velle illis alteris, in flamma nunquam moriturâ, infelici contubernio ſociari. Et videte, mortales; an non probè hanc doctrinam improbus quondam fœnerator ſecutus ſit, de quo annales Eccleſiaſtici, remoti poſteritati ſtupendam conſignârunt. VII.

Comparatio Vermiũ in terra & ſtyge natorum.

Bzouius ad annũ Chriſti 1198. *num.* 21.

Volco, Sacerdos in Francia, memorandæ ſanctitatis, vtpote cui Deipara Virgo ipſa, munus docendi populi commiſit; cùm nullam negligere vellet bene agendi occaſionem, noſſétque inſignem ex multiplici fœnore diuitem; lucrandæ animæ iam pereuntis ſtudio, ſponte eum conuenit, & cum pauculis ſodalibus è Clero, cupit eſſe hominis conuiua. Atque ille, ſiue ſincero, ſiue ſimulato ad politicam diſciplinam animo, oſtendit, omnes ſibi acceptiſſimos venire. Mox etiam jubet culinæ inferri, quidquid aut domeſticis piſcinis & aviarijs, aut extra domum in foro & macello, delicatius ſeruabatur. VIII.

B. Virgo S. Volconi imponit munus cõcionandi.

Jámque calebat focus, fumabant cacabi, ſpumabant ollæ: cùm Volco inſpecturus IX.

Cibi fœneratoris, in ranas ac ſerpentes abeunt.

apparatum ferculorum, opercula remouet à vaſis, reperítque plena ranis ac ſerpentibus. Et quid aliud poterat tam inſolens, atque inſperatum ſpectaculum, quàm ſtuporem omnibus inijcere? præſertim autem hero, & cõviuatori, quem vnum ſalubriter petijt prodigium, docuítque nimis verum eſſe illud Apoſtoli; *omnia munda mundis, coinquinatis autem nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum mens, & conſcientia.*

Ad Titum 1. 15.

X. Et ſanè, vt fœnerator iſte, maculas ſuas, ſordéſque, per auaritiam contractas, intueri poſſet, nouâ metamorphoſi pretioſiſſima quæque eſculenta, ſibi in turpiſſima animalia vidit abijſſe. Jta ſceleratis mortalibus, & coinquinatis nihil eſt mundum, ne cibus quidem. Mouit ea res profligatæ vitæ hominem, vt in genua prouolutus ante Volconem, ſupplex peteret modum, & agendæ pœnitentiæ, & ſeruandæ animæ. Tum ille, omnia aliena, malo titulo parta, poſſeſſa, dominis ſuis juſſit vt poſtliminiò redderet; largam dein' ſtipem in pauperes erogaret. Factum probè.

Sordes auaritiæ, ſignificatæ per ſordida animalia.

XI. Reſtabat inter hæc vnum vas tritico oppletum, vltimum vſuræ ſpolium, cuius memoria diuitem fugerat. Jſtud Volco præſente Clericorum comitatu, recludi juſſit; & hem! nouo portento, inter bufones velut ad præ-

ad prædam hiantes, ingentem ſerpentium copiam offendunt. Mox ſacerdos ſanctus, vtique diuino imperio afflatus, conuerſo ad fœneratorem vultu, quin ait, ſi verus tibi de peccatis tuis dolor eſt, nudus iſtud vas ingrederis, & te facis famelicæ turbæ pabulum? Neque mora, vſurarius ſe ipſum ad honeſtatis leges nudans, mortéque ſuâ expiaturus veteres noxas, incredibili auſu ac magnanimitate, ad venenatas beſtias generosè inſilit. ſtatímque Volco, vaſe clauſo, ſignatóque, juſſit comites ſuos craſtinâ luce reuerti. Tum autem remoto operculo, nihil præter coſtas, tibias, caluariam, aliorúmque oſſium candidam congeriem repererunt; caro omnis conuiuis animalibus ceſſit. Quæ cauſa fuit, vt Volco oſſa, quæ ſupererant, tanquam veneranda verè pœnitentis hominis, præceperit aſſeruari.

Facinus inauditũ pœnitentis Vſurarij, inſiliẽtis in vas ſerpentibus plenum.

Simile tamẽ aliquid etiam deſcribit *Cæſarius illuſtrium miraculorum lib. 2. c. 33.*

XII.

Et vbi obſecro, mi bone, quibus in annalibus, in cuius gentis hiſtoria legiſti, audiſti, vidiſti quidquam ſimile? hominem nudum, inermem, ſanum tam corpore, quàm mente, ſe ſponte ſuâ conijcere inter feros ſerpentes, peſtiferos bufones? & velle ab eis crudeliſſimè deglubi, imò exoſſari etiam? ſurgunt in horrorem capitis pili, cùm hæc narrantur, ſoláque memoria tam crudelis cænæ, mentem omnem terroribus percellit.

Exaggeratur facinus pœnitentis fœneratoris.

Cibi fœneratoris, in ranas ac serpentes abeunt.

apparatum ferculorum, opercula remouet à vasis, reperítque plena ranis ac serpentibus. Et quid aliud poterat tam insolens, atque insperatum spectaculum, quàm stuporem omnibus inijcere? præsertim autem hero, & cõviuatori, quem vnum salubriter petijt prodigium, docuítque nimis verum esse illud Apostoli; *omnia munda mundis, coinquinatis autem nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum mens, & conscientia.*

Ad Titum 1. 15.

X. Et sanè, vt fœnerator iste, maculas suas, sordésque, per auaritiam contractas, intueri posset, nouâ metamorphosi pretiosissima quæque esculenta, sibi in turpissima animalia vidit abijsse. Jta sceleratis mortalibus, & coinquinatis nihil est mundum, ne cibus quidem. Mouit ea res profligatæ vitæ hominem, vt in genua prouolutus ante Volconem, supplex peteret modum, & agendæ pœnitentiæ, & seruandæ animæ. Tum ille, omnia aliena, malo titulo parta, possessa, dominis suis jussit vt postliminiò redderet; largam dein' stipem in pauperes erogaret. Factum probè.

Sordes auaritiæ, significatæ per sordida animalia.

XI. Restabat inter hæc vnum vas tritico oppletum, vltimum vsuræ spolium, cuius memoria diuitem fugerat. Jstud Volco præsente Clericorum comitatu, recludi jussit; & hem! nouo portento, inter bufones velut

ad præ-

ad prædam hiantes, ingentem ſerpentium copiam offendunt. Mox ſacerdos ſanctus, vtique diuino imperio afflatus, conuerſo ad fœneratorem vultu, quin ait, ſi verus tibi de peccatis tuis dolor eſt, nudus iſtud vas ingrederis, & te facis famelicæ turbæ pabulum? Neque mora, vſurarius ſe ipſum ad honeſtatis leges nudans, mortéque ſuâ expiaturus veteres noxas, incredibili auſu ac magnanimitate, ad venenatas beſtias generosè inſilit. ſtatímque Volco, vaſe clauſo, ſignatóque, juſſit comites ſuos craſtinâ luce reuerti. Tum autem remoto operculo, nihil præter coſtas, tibias, caluariam, aliorúmque oſſium candidam congeriem repererunt; caro omnis conuiuis animalibus ceſſit. Quæ cauſa fuit, vt Volco oſſa, quæ ſupererant, tanquam veneranda verè pœnitentis hominis, præceperit aſſeruari.

Facinus inauditũ pœnitentis Vſurarij, inſiliẽtis in vas ſerpentibus plenum.

Simile tamẽ aliquid etiam deſcribit *Cæſarius illuſtrium miraculorum lib. 2. c. 33.*

XII.

Et vbi obſecro, mi bone, quibus in annalibus, in cuius gentis hiſtoria legiſti, audiſti, vidiſti quidquam ſimile? hominem nudum, inermem, ſanum tam corpore, quàm mente, ſe ſponte ſuâ conijcere inter feros ſerpentes, peſtiferos bufones? & velle ab eis crudeliſſimè deglubi, imò exoſſari etiam? ſurgunt in horrorem capitis pili, cùm hæc narrantur, ſoláque memoria tam crudelis cænæ, mentem omnem terroribus percellit.

Exaggeratur facinus pœnitentis fœneratoris.

Et miramur meritò, quâ ratione tam magnum facinus ipſe ab animo ſuo potuerit impetrare, qui epulum ſe fecit, & raras delicias beſtijs, tantopere ſemper humanæ naturæ formidatis?

XIII. Sed nempe crediderim homini, iam ſeriò noxas ſuas cognoſcenti, continuò obverſata fuiſſe tormenta inferorum, de quibus Achilla ſuperiùs dixerat; *ſi ea diligenter inſpiceres, etiamſi Vermibus plena eſſet cella tua, vſque ad collum, tu tamen in ipſis jaceres, permanens ſine acedia.* Noſter autem iam emendatus, atque in melius mutatus fœnerator, etiam ſerpentibus ſe immerſit, & bufonibus; conſultiùs exiſtimans, inter hos perire, quàm in orco æternas viperas, angues, Vermes pati; à quibus, tametſi vel maximè cupias, necari non poſſis.

Ad illud eũ impulit motiuum Achillæ Abbatis.

XIV. Hîc ego exclamo ad delicatulos mortales cum Moyſe; *gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia; vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Sunt paſſim magno numero, per orbem ſparſi raptores, fures, ſcortatores, ganeones, heluones, bibuli, adulteri, blaſphemi, vſurarij, magi: iſti ſi ex veræ ſapientiæ ductu agere vellent, deberent in huius breuiſſima vitæ portione,

Deut. 32. 29.

tione, iuſtam ſatisfactionem, pro culpis contractis, Deo pendere; & malè conceſſam voluntati libertatem, in corpuſculo ſuo caſtigare, pœnis ſpontaneis, æquitati admenſis. Sed prô dolor! neque ipſi ſibi ſeueri ſunt, neque ferunt, alios ſibi ſeueros eſſe; licet eorum pedibus aduoluantur ſupplices.

XV. Pleriq; hoc æuo mortales, plùs nimiò ſibi indulgent, poſt patrata flagitia. *Iſa.* 5. 22.

Jtaque, cùm his talibus in ſacro tribunali Sacerdos præſcribit jeiunium; queruntur exhauſtas vires, afflictum ſtomachum, frequentia deliquia; ſatis interim quotidiè *potentes ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Cùm offertur peregrinatio, ad Diuorum ſacram aliquam ædem; plumbeos accuſant pedes, inſuetos aſperis, longíſque vijs, præſertim quæ ad templa ducunt: nam cæteroquin *pedes illorum ad malum currunt*, ad Veneris lupanaria, ad Bacchi orgia, ad injuſta mammonæ lucra, ad prauæ ſocietatis conciliabula. hîc capreæ ſunt, & cerui; ibi tardigradæ teſtudines. *Prou.* 1. 16.

XVI.

Quòd ſi verò & flagra ſuadeantur, & horrida è ſetis induſia, aut ferrata cingula; partim peregrina hæc illis lingua eſt, partim nimis teneri ſunt, & vulnera timent; neque cum Dauide rege ſentiunt, quando dixit, *quoniam ego in flagella paratus ſum; ego* *Pſal.* 37. 18.

indue-

Psal. 34. 13. *induebar cilicio:* murmurant potiùs, atque
Ioan. 6. 60. cum illis à Christo transfugis aiunt; *durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Quin etiam cum longiusculæ preces injunguntur, omnis illis nimiũ molesta est mora, quam impendant deprecando Numini; & habent quod causentur in lingua sua, dicen-
Ierem. 1. 6. tes perperam illud prophetæ A, a, a, *Domine Deus, nescio loqui.* interim plus satis eloquentes sunt ad faciendum alijs cònuitium, concinnanda mendacia, cudendas detractiones, serendas discordias; denique ad bonas horas, diésque totos malis, vanissimisque alloquijs comburendos.

XVII. Istis talibus rectissimè objici potest, quod olim serui Naamano, inter Syros viro principi, obtruserunt; cùm ab Eliseo jussus, septies in Jordanem se mergere, abluendæ causâ lepræ, hunc curandi modum ægriùs accepisset: *pater* (aiebat Naamani famulitium) *si rem grandem dixisset tibi propheta,*
4. Reg. 5. 13. *certè facere debueras, quantò magis, quia nunc dixit tibi, lauare, & mundaberis?* Sic, inquam ego; ô mollicule, tenellule; si Sacerdos in sacro subsellio abstergendis scelerum tuorum turpissimis sordibus, graues tibi injungeret satisfaciendi obligationes,

Tolerabilis satisfactio, pœnitenti iniuncta à sacerdote, nequaquã repudianda est.

nequa-

nequaquam tamen deberes esse refractarius; quantò minùs cùm tota moles oneris stat intra pauculas preces, peregrinationes, jeiunia, moderatas corporis afflictationes?

Quid si Volco aliquis te duceret ad feras bestias, & noxis tuis expiandis, atque evitandis tartari Vermibus, immortalibus impiorum tortoribus, juberet generoso saltu in foueam nostris colubris plenam insilire? ah! (vt est suspicio in procliui) vir sanctus, & facundus omnem suam eloquentiam exhauriret, nunquã persuaderet. Quanquam, neque ego istud medium, tam ab humana imbecillitate abhorrens, velim multùm inculcare, vt impunè transeas in orbe altero Vermes, quos Dei seuerus rigor minatur æternos impietati. XVIII. Non possumus omnes esse Volcones.

Compendium aliud suggero, & facile malo antidotum; illúdque, quod in tua habes potestate. Attende, homo; audi, & aude: nam, si cupis esse liber à morsibus infernalium colubrorum, cùm intrabimus æternitatem, hoc vnum nunc caue; ne pater esse velis, ne velis tibi ipsi in perniciem tuam monstra illa parere. Singulis sceleribus singula gignuntur; multiplicatur partus ad numerum noxarum grauium. Itaque abstinuisse à crapula, posuisse capitale odium, vindictam inhibuisse, continuisse impetuosi fluctus XIX. Modus effugiendi tartareos Vermes, carnifices impiorum.

ctus animi, imperâſſe libidini, temperâſſe immoderatam habendi cupiditatem; æquanimiter injurias, infortunatos caſus, aduerſa tolerâſſe; atque vt compendio dicam, exercuiſſe virtutes, cauiſſe flagitia; hoc denique eſt effugiſſe monſtroſas apud inferos beſtias, Vermes, viperas, ſerpentes; neminem alium iſti inuadunt, niſi parentem ſuum, hominem impium; à quo, obſtetrice malitiâ, ſunt effuſi in tartarum.

XX. Melior eſt ſterilitas in vitijs, quàm fæcunditas.

Felix eſt, quiſquis infæcundus eſt in vitijs, quiſquis in ſceleribus non fit pater. Nullus hanc ſterilitatem deflere debet; vt quondam Judæorum vxores ſolebant, more veteri ſuam infæcunditatem deplorare, quando ſibi probro duxerunt, non poſſe matres fieri, & cogi ſine ſobole hunc orbem deſerere.

Patet in Rachel Gen. 30. 1. & in Anna 1. Reg. 1.

PARAGRAPHVS V.

INTER VERMES, DAMNATORUM hominum tortores, Regulus erit Vermis malæ Conſcientiæ.

I. TRiſti vaticinio olim diuinus Vates, perculit vniuerſos Iſraëlitas, cùm dixit: *quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat*

Amos 5. 19.

currat ei vrſus; & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Vaniſſima fuit peſſimorum quorundam perſuaſio, poſtquam DEVM mille ſceleribus irritâſſent in vindictam, aut pœnam ſe declinaturos, aut vnâ vnicâ, eáque non longâ, expiaturos, quod pluribus annis deliquerant. Sed aliter Amos pronunciauit; nempe cladem vnam, alterius ſemen fore, & malum alterum ab altero exceptum iri, neque locum ſuperfuturum effugio; perinde ac ſi quis leonem propero curſu tranſiturus incidat in vrſum; & hunc fugiturus, ſe recipiat in domum, ibíque mordeatur à ſerpente.

Vana Iudaicæ gentis perſuaſio, ſuper Numinis indulgentia.

II. Sic ait Vates, periculum ex periculo, pœnam ex pœna adituros Iſraëlitas, & qui gladium hoſtilem euaſerint, conflictaturos cum triſti captiuitate: qui in libertate manſerint, laboraturos fame, ac peſtilentiâ. Denique Reges Aſſyrios ſemper truculentiores ſibi ſucceſſuros, à quibus Hebræi quaſi nouo flagello, jugiter grauiùs grauiúſque vapulent. Nimirum pulchra perfidiæ merces eſt dura neceſſitas, continuò aliquid patiendi, quod nolis.

Scelera Iudæorũ fuerunt ſemen multipliciũ pœnarum.

III. Quæ cauſa eſt, cur ego, adductam ex Amos propheta ſententiam, applicare velim ad omnes mundi huius peruerſos incolas,

colas, ſceleratos inquam mortales, quos nunquam Numinis vltiones ita ſequuntur pede claudo, quin comprehendant, alternis plerumque vicibus: planè, *quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus; & ingrediatur domum, & innitatur manu ſuâ ſuper parietem, & mordeat eum coluber.*

Vindicta Numinis tandē comprehendit impium.

IV. Atque vt comparationem iſtam, tropologicè ad inſtituti mei ſcopum exponam; aio leonem, quem multi magnâ contentione fugiunt, eſſe Chriſtum DEI Filium, in ſcriptura non ſemel leoni compoſitum. Hunc Athei inprimis, dein' mali Politici; tum etiam Chriſtiani, Epicuræis veteribus ſimiles, *inimici Crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt*, auerſantur velut nimis rigidum legislatorem, & oſorem potiſſimarum voluptatum, in quibus ſua gaudia quærunt, & ſolatia plerique hominum. Sed profectò iſti, toti in peccatis nati & enutriti, neſciunt inter adulterinas, ſinceráſque delicias diſcrimen facere; non magis quàm rana in palude, ſcarabæus in fimeto, vpupa in ſtercore, inter plumbum & argentum, æs & aurum, vitrum & gemmam.

Chriſtus leoni comparatus.

Ad Philipp. 3. 19.

Quaſi

Quasi verò voluptas omnis vitæ nostræ, tantùm consistat in vmbratili honorum gloria, perituris inter oculos opibus, morituris cum sono titulis, indignâ ventris curâ, & ijs, quæ ventri sunt proxima? rationem, & DEVM dictatorem sequi, virtutem colere, euitare flagitia, mentem seruare illibatam, hæc multò maxima verorum gaudiorum seges est, etiam adstipulante Comico; V. Voluptas vera in quo consistat?

——— *Conscium sibi esse in vita sua* Antiph.
Nullius criminis, multum voluptatis parit.

Ita pariter in magisterio pietatis proficere, ad amussim diuina Numinis præcepta tenere, JESVM seriò amare, *multum voluptatis parit.* Iudic. 14. 8.

Et quemadmodum Samson, in faucibus leonis, suauissimum quondam mellis fauum reperit: sic pius Christianus, qui Christi sui in se beneficia (sinceræ dilectionis testatissima signa) ad calculum revocat, manúmque porrectam in omnem necessitatis casum, & parui laboris amplissimum in cœlis præmium; profectò fateatur necesse est, se in leone de tribu Juda, dulcissimum mel reperisse; vt liquidissimo superfusus solatio, erumpere possit cum Dauide, in illud solatio pleniſſimum: *Dixi Domino, Deus meus* Psal. 139. 7. VI. Beneficia Christi Seruatoris, sunt mellis loco.

VII. Quæ verba examinans D. Auguſtinus, exclamat: *magna vox orationis, mouet fiduciam, Deus meus es tu. cuius non eſt Deus, qui eſt verus Deus? ſed tamen propriè eorum eſt, qui eo fruuntur, qui ei ſeruiunt, qui libenter ſub ipſo ſunt: nam & mali, quamuis inuiti, ſub ipſo ſunt. Illi appellant Deum, à quo coronentur; iſti fugiunt, à quo damnentur. Sed iniquus, qui non vult habere Dominum Deum ſuum, quò fugiet Deum omnium? bonum eſt illi ergo, vt conuertatur ad Deum omnium, faciátque illum conuerſione ſuum, & dicat ad*

S. Auguſt. in pſal. cit.

VIII. *Deum, quem ſuâ conuerſione, ſibi fecit Deũ ſuum, Dixi Domino, Deus meus es tu.*

Neque verò grauitas delictorum abſterrere debet, quo minùs ſe DEI Filio velit denuo adjungere, quem ſcelus & crimen ſeparauit; ſiquidem alijs opus non eſt impendijs, quàm verâ pœnitudine; &, quemadmodum poëta canit,

Ouid. 3. de Triſt. eleg. 3

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtrâſſe leoni,
Pugna ſuũ finem, cùm iacet hoſtis, habet.

Chriſtus parcit reo ſupplici.

Sanè perditiſſimus quiſque, propitium ſibi Chriſtum facit, ſi in poplites projectus, ſin-

ceris

ceris precibus erratum suorum veniam expoſcit, formámque pœtus ad meliora.

Quod ſi autem improbus obſtinauit in malitia, certus pertinaciter iugum Numinis excutere; ne ſibi illudat rotatus quæ te bene geſta; ſed illud potius animo volutet, *quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus.* Heu! nimis verum eſt; qui Dei filium, leonem ex tribu Iuda, triumphantem fugit; vrſo, crudeli beſtiæ in prædam cedit. Intelligo vero ſub vrſi nomine ſathanam, ſignificatione SS. Patribus non ignotâ; quorum nonnemo eundem comparat cum vrſis illis, qui quadraginta duobus pueris, temerariis Elisæi cauillatoribus, magnam olim stragem fecerunt, ad vicinum vrbis Bethel. Et ô! quantas strages facit à condito mundo cæcodæmon! quot mortales hic crudelis vrſus deuorauit! quot adhuc giuitiet, & ad inferos transmittet! nonnum enim fatura eſt fera; hodiéque ſingula momenta dentes ſtringit ad morſum. Itaque quilquis à Chriſti cultis fit transfuga, neceſſario ſeruum ſe diaboli facit, habétque iuſtiſſimas cauſas meruendi.

IX. Cæcodæmon vrſo comparatus.

Clem. Alex. l. 3. Pædagog.

4. Reg. 2.

Et, quamquam talia mancipia, non rarò ſeuos concipiant euadendi damnationis malum; quis etiam videantur ſiuuiter, at-

X.

que extra periculum viuere inter blanda voluptatum malarum; tamen non ſemper alcedonia habent, neque ſemper dies ſerenos; ſolem illis coluber obnubilat, tertia inter beſtias, ab Amos propheta recenſitas: *quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus; & ingrediatur domum, & mordeat eum coluber.* Hic mihi coluber repræſentat malæ Conſcientiæ Vermem, qui vt impium in hac vita diris modis torquet, ita eum hinc à morte excuſſum in alterum orbem, miſerabili, æternáque carnificinâ diſcruciat. O deplorandam ſceleratorum conditionem! quamprimum enim ſe mancipant in ſeruitutem, obſequiúmque mali angeli; continuò, quod cum Romanorum mancipijs perfrequenter fiebat, damnantur *ad beſtias.*

Colubro comparatur Vermis Conſcientiæ.

Romanorũ mancipia ad beſtias damnantur.

XI. Et quidem miſer peccator, ſuam ſecum in ſinu circumfert beſtiam, ſuum ſiue colubrum ſiue Vermem, quo cum infeliciter plerumque depugnat, dum mortalitatis huius auram ſpirat. Neque verò miſſio datur, cùm expirauit denique; redintegratur prælium, & priore nocentius; iterum enim impius condemnatur *ad beſtias*, iterum ad nouos colubros, ſerpentes, angues, Vermes; quos ſuprà demonſtraui veriſſimâ lanienâ graſſa-

Improbus ſine vera pœnitudine mortuus, damnatur

graſſaturos in deuota inferis corpora. Sed tamen inter hæc omnia ſtygis monſtra, regulus erit Vermis malæ Conſcientiæ, graviúſque cæteris affliget, quia improbi hominis reum cor depaſcetur, arroſione continuâ, & immedicabili. *ad beſtias*, Vermes carnifices.

XII. Jd clarè didicit B. Mechtildis, Virgo DEO ſacra, & amata; cùm enim ſemel diuinis meditationibus vacans, patrocinium ſuſcepiſſet apud Numen, pro animabus inter piaculares flammas dolentibus, talem objectam ſibi ſpeciem habuit, qualem in vitâ eius deſcriptam totidem verbis reperio. *Animarum cordibus ſe aperientibus, vidit in corde cuiuslibet quaſi Vermem, qui habebat caput in modum canis. Hic Vermis erat propria cuiuslibet Conſcientia, quæ ſemper corrodit, & arguit animam; eò quod dulciſſimo & benigniſſimo Deo ſuo, infidelis fuerit, nec ad eum abſque impedimento poſt mortem auolare promeruerit. Tunc autem Mechtildis totis viribus Dominum rogabat, vt animabus illis plenam remiſſionem tribueret, & ad ſuæ charitatis gloriam aſſumeret. Et ecce! omnium Vermes rodentes moriebantur, & animæ cum ma-* *Lib. 5. ſpiritualium gratiarum, ſeu viſionũ & reuelationum B. Mechtildis cap. 7.* Vermis Cõſcientiæ B. Mechtildi ſemel objectus.

gnâ exultatione ad cæleſtia gaudia anolabant.

XIII. Triſte ſimul ac lætum, acerbum & jucundum, hoc fuit ſpectaculum: illud quidem, quia in humano corde ſibi ſedem poſuit beſtia carnifex; iſtud autem, quia Vermes tortores ad vnum omnes extincti ſunt, in felicem Beatorum libertatem aſſertis animabus. Nemo hîc ſeipſum turpiter fallat, quaſi verò tandem omnis malæ Conſcientiæ Vermis, ſit in altera vita expiraturus, & facturus tormentis ſuis finem. Nam tametſi hoc futurum ſit in purgatorij carcere, vbi temporaneæ ſunt omnes pœnæ; tamen ſecus fiet apud inferos, quibuscum tam Vermis Conſcientiæ, quàm aliæ Numinis vltiones, in æternitatem nullis limitibus circumſcriptam, ſe protendent.

Diſcrimen inter Vermem Conſcientię qui Damnatos, & eum, qui in piacularibus flammis animas affliget.

XIV. Grauiter, atque ad mouendos animos neruosè D. Auguſtinus. *Quod de ſempiterno ſupplicio damnatorum, per ſuum Prophetam Deus dixit, fiet, omnino fiet; Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim vehementiùs commendandum, etiam Dominus IESVS, cùm membra, quæ hominem ſcandalizant, pro his omnibus poneret, quos vt ſua mem-*

S. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 9.

membra quisque diligit, eáque præciperet amputari, bonum est inquit, tibi debilem intrare in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, vbi Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur. Similiter de pede, bonum est tibi, inquit, claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam, vbi Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non aliter ait & de oculo, bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam, vbi Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quem non terreat ista repetitio, & illius pœnæ comminatio tam vehemens ore diuino?

Frequens in scriptura mētio Vermis tortoris apud inferos.

XV. Cæterùm in Verme, quem diuina veritas semper inseparabiliter igni coniunxit, Doctores vnanimi consensu accipiunt, Vermem malæ Conscientiæ, qui mortalibus improbis, erit improbus, & immortalis tyrannus, aculeato, æternóque dente grassaturus in cor eorum, optimam viscerum partem.

XVI. Verè itaque Siracides, *cor durum habebit malè in nouissimo, cor nequam gra-*

Eccli. 3. 6. 27. & 29.

uabitur in doloribus. Sed quodnam eſt illud cor durum, & nequam, cuius infelicitatem deplorat Eccleſiaſticus? nempe cor in peccatis obſtinatum, quod nec timore frangitur, nec amore mollitur; ſed incudis inſtar, quò tunditur magis, eò magis in duritiem abit. quam Seneca Romanus & paganus ſapiens, planè ad Chriſtianorum, ſanctorúmque Patrum normam, inſigniter deſcribit ſequenti ſententiâ. *Duritia* (inquit) *eſt inſenſibilitas cordis, quâ homo nec ſe ſentit, nec alium; nec pietate flectitur, nec precibus mouetur; exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficijs induratur, flagellis non eruditur, frontuoſus ad impia, pronus ad illicita, ſubdi neſcit.*

Seneca Epiſt. 84. ad Lucillum.

XVII. Væ igitur pertinaci malitiæ! væ nequam cordi, & in marmor obdurato; malè omnino habebit in nouiſſimo, grauabitur nunquam deſituris cruciamentis; quia ipſi incubabit nunquam moriturus conſcientiæ Vermis, quotidie validior ad lancinandum hoſpitem ſuum. Quàm grauis ſit futura tyrannis, exercenda olim in miſerum ſtygis ciuem, & quidem ab infortunato partu ſuo, malo Verme; intellexerunt paſſim pij mortales, quibus ſemper decretum fuit, duriſſi-

Vermis Cõſcientiæ immortalis carnifex impij.

ma

ma ac moleſtiſſima quæque in hoc mundo pati, vt ab illa inſolenti beſtia liberis, atque immunibus eſſe liceret.

XVIII. Olympius Eremicola, cyniphes in hoc orbe patitur, ne in altero, Vermē immortalē pati debeat. *Moſchus in prato ſpirit. c. 141.*

Jta reperio Olympium, admirandæ patientię ſenem, interrogatum aliquando fuiſſe, quomodo tandem in antri ſui anguſta cauea, inter continuos æſtus, cyniphúmque, & muſcarum frequentia examina, durare poſſet? tunc ille; *iſta* (ait) *idcireo tolero, vt futuris cruciatibus liberer; æſtum hunc perfero, ſempiterni ignis ſupplicia metuens; cyniphes patior, vt immortalem effugiam Vermem.*

XIX. *Palladius in hiſt. Lauſiaca.*

S. Macarius Alexandrinus, Cupidinis ignes ſtimulis culicum extinguit, nouo artificio.

Neque alia, credo, mens fuit S. Macario Alexandrino, quando ab impuro dæmone, ad ſordidas Veneris voluptates inuitatus, ſex ipſos menſes in palude Scetes, nudato penitus corpuſculo conſedit: quem locū copioſo numero infeſtârunt culices, veſparum magnitudine, aculeo penetrabili adeò, vt etiam apros ſauciare poſſent. Jtaque virum ſanctiſſimum tam malè hoc genus animalculorum habuit, vt euoluto ſex menſium ſpatio, cum ex vaſta ſolitudine, & paluſtri lacuna rediens, cellulam ſuam repeteret, leproſum hominem in corpore ſuo referre videretur. Et tamen maluit ſic acerbè vulnerari, quàm ſanus inſaniam admittere,

hoc eſt, breuem libidinem, diuturnis cruciatibus caſtigandam. Satius multò fore iudicauit, in palude Scetes, à culicibus ſex menſium ſpatio pungi, quàm in palude ſtygia, à ſtygio atque immortali Verme fodicari; non dico ſex menſibus, ſed ipsâ totâ æternitate, nullis numeris explicabili; tametſi cælum omne membrana foret, & ingens oceanus atramentum, & beatæ Angelorum mentes perpetui calculatores.

XX. O ſi hæc, ſæpius cogitaremus, atque in veræ prudentiæ trutina, hinc in vna lance ſtatueremus modicas mundi illecebras, magnorum irritamenta malorum; illic autem in lance altera ſtimulum vnum, vnum aculeum, aut dentem ex Vermiculo malæ Conſcientiæ, inſtrumentum nunquam finiendi doloris: ah! quàm multa faceremus, quæ nunc omittimus? quàm multa intermitteremus, quæ nunc agimus? quàm multa pateremur eorum, quæ nunc veluti intolerabilia excutimus? quàm nobis graue non foret ampliùs, ſtata Eccleſiæ catholicæ iejunia obſeruare, interdictis diebus ab eſu carnium abſtinere, exhomologeſin præſcripto tempore conficere, horulam vnam diebus ſacris, miſſæ, & verbo Dei audiendo impendere: neque foret tam difficile ampliùs malis tentationibus contraire, concupiſcentiæ

Æquâ lance penſanda huius vitæ illicita oblectamenta, & mali Vermis ſtimuli in tartaro.

fre-

frenum inijcere, in aduerſitatibus blaſphemam linguam continere, nocituras ſocietates præterire. Quin etiam non foret ampliùs continuò in oculis noſtris ſudes inimicus, aut quoduis conuitium in auribus tonitru, aut quæuis injuria in pectore gladius.

XXI. Miſeri! nunc tam delicatuli ſumus, vt diſſimulare, condonare, tolerare, nihil velimus; nullum affectum domare, nullam negare voluptatem, quam DEVS iam dudum ſapientiſſimis legibus cauit. Sed nimirum, indè hoc omne malum eſt, quod ſimus lynces duntaxat ad præſentia, veſpertiliones autem, & noctuæ, & talpæ in proſpiciendis futuris, præſertim quæ æternitati commenſurantur. Magna eſt hæc mortalium infantia, tantùm quę ante oculos jacent, inter ſe conferre, & permutare huius vitæ triſtitiam cum gaudio, dolorem cum hilaritate, inopiam cum abundantia, ignominiam cum gloria, mœſtos dies cum lætis ſolibus; neque interim ponderare æternitatis molem, quâ grauabitur, quiſquis tempore mortalitatis iſtius, vixit ad voluptuoſæ licentiæ leges. *O vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate, in idipſum.* Qui comparationem vult inſtituere, ex Chriſtianæ ſapientiæ ma-

Homines lynces ſunt ad præſentia, noctuæ ad futura.

Pſal. 61. 10.

giſte-

gisterio, necesse est, vt momentum, quod delectat in scelere, componat cum malæ Conscientiæ Verme, cuius dens semel damnato infixus, æternùm hærebit.

XXII. Hunc ferocem tyrannum, vt in hac vita formidemus omnes, suadent SS. Patres. S. Bern. lib. de interiore domo c. 36. Bernardi sunt ista: *terreat terror judicij, metus gehennæ, dolores inferni, flamma tartarea, sulphur fætens, ignis vrens, Vermis corrodens.* Atque iterum alibi: *vt paueo gehennam! contremisco à dentibus bestiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam, horreo Vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & sulphur, & spiritum procellarum.* Et S. Chrysostomus, *expendito* (inquit) *vitæ alterius mala, quæ sunt futura; regni cælorum priuationem, vincula perpetua, exteriores tenebras, à gehenna inustum dolorem, igneos fluuios, fornaces nunquam restinguendas, Vermem venenatum.*

Idem qui supra serm. 16. in Cant.

S. Chrysost. homil. 13. in Epist. ad Rom.

XXIII. En mi homo, inter nouissima cuiuis Christiano vtiliter memoranda, numeratur à viris Sanctis Vermis, impiorum æternus vltor, de quo Veritas ipsa luculentè testatur,

Vermis

Vermis eorum non moritur. Expirant nobis inter manus noſtra gaudia; dum prenſatur honor, elabitur; dum tenentur opes, fugiunt; dum voluptas amico brachio ſtringitur, euaneſcit, moritur. Solus inter ſcelera natus Vermis, ſemper viuit, *Vermis eorum non moritur*; & quod monſtro ſimile eſt, etiam poſt plura ſæcula nunquam ſeneſcit, ſemper adoleſcit; fitque ſe ipſo quotidie robuſtior, ſtimulandis improbis, quos ſua impietas affixit ſulphureo ſtagno.

Vermis Cõſcientiæ apud inferos nunquam moritur.

XXIV.

Quin ergo, mortales, hunc immortalem beſtiam continuò nobis ante oculos ponimus? & huius obiectu fugamus lenocinia malitiæ, blandientis ſuauiter in humanam perniciem? ſequamur exemplum D. Pachomij, quem tempora Conſtantini Imperatoris viderunt, virum admirandæ ſanctitatis; de hoc narrantur ſequentia. *Si quando eum cogitatio pulsâſſet illicita, mox eam repellebat, ac in timore Domini perſeuerabat affixus, æternarum memor pœnarum, & dolorum ſine fine manentium, ignis ſcilicet illius inextinguibilis, & Vermis nunquam morientis.* Sed placet plura de hoc, nunquam morituro carnifice, in medium adferre, & oſtendere, quàm ſeuerum & mul-

Autor Vitæ eius cap. 16.

Memoria Vermis Cõſcientiæ, carnificis apud inferos, mediũ contra tentationes.

& multiplex ſupplicium exigat à damnatis mortalibus, autoribus flagitiorum.

CAPVT II.

MALÆ CONSCIENTIÆ Vermis, variè affligit Animas apud inferos.

I. TINEA vermiculus eſt non magnus, qui ex ſolo ſitu, puluere, ac putredine naſcitur; ſed vbi in libros, veſtéſque taciturnus irrepſerit, cladem non paruam infert. Quin etiam lignum gignit vermē, miſerè terebrantem parentis ſui medullas. His beſtiolis, eò nocentioribus, quò penitius graſſantur, comparat Sa-

Prou.25.20 piens animi mæſtitiam. *Sicut tinea veſtimento, & Vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi.* Neque incongrua eſt compara-

S. Chryſoſt. Epiſt. 3. tio; nam ſecundùm D. Chryſoſtomum, *mæror graue animorum tormentum eſt; ſiquidem peſtiferum Vermem imitatur, non carnem duntaxat, ſed etiam animam perſtringens; ac tinea eſt, non oſſium tantùm, verum etiam mentis.*

II. Et hæc quidem multò maximè verum habent, in illa vehementi triſtitia, cōtinuíſque

Conſciētiæ malæ triſtitia.

que animæ angoribus, quos mala Conſcientia, & culparum atrocitas excitat apud Damnatos. Jn hunc modum locutus eſt olim D. Hieronymus, dicens; *Vermis, qui non moritur, à pleriſque pro Conſcientiâ accipitur peccatorum, quæ torqueat in ſupplicijs conſtitutos.* Torquet autem triſtiſſimis cogitationibus, quibus quaſi perenniter mordet, ac rodit reum hominem; vt veriſſimè tam ſæuiens conſcientia à Senecâ dicatur, *Vermis animæ non contemnendus.* Planè non contemnendus in paruitate ſua, quia tormentum eius eſt ineluctabile; neque vnum, ſed multiplex, ad ingenium Phalaridis, apud Agrigentinos Regis; cuius nomen à ſæuitia, & quotidiana nouorum inuentione ſuppliciorum, orbi inclaruit. Et quidem quàm varius carnifex ſit malæ Conſcientiæ Vermis, ſeu, quod tantundem eſt; quàm variè Conſcientia damnatam ad inferos animulam excruciet, manifeſtum fiet ex ſequentibus.

tia & angor, tinçe & vermiculo non abſimilis.

S. Hieron. in Iſai. c. 66.

Seneca Epiſt. 98.

PARA-

PARAGRAPHVS I.

CONSCIENTIA MALA, impijs in Acheronte est Ericius.

Confirmatio mali impijs cibi Ericii.

I. ERicius, animal spinis horridum, nunquam tangitur à nuda manu innoxiè, à culei omnes minantur vulnera, volenti comprehendere. Talis Ericius est Damnatæ fuæ Conscientiæ, semper ad nocendum armata, ita vt de quauis apud inferos anima, sub Babylonis nomine, dixisse olim Deus apud Prophetam videri potuit, *ponam eam in possessionem Ericij*, quasi videlicet & vndique spinarum doloribus configendam. Certè aliquam huius cruciatus imaginem, etiam in hac mortalitate, propriis suo experimento cognitam, nobis describit poenitens Dauid, cum ait; *contritione sua in aruumna mea, dum configitur spina.*

Isa. 14. 23.

psal. 31.4.

Dauid Rex, post adulterij crimen, pluribus malis obstrictus.

II. Plurima mala gloriæ ab obruerant Dauidem quondam, post commissum adulterij crimen; nam & filius ex eo natus, præproperà morte hinc abreptus fuit; & filiam eius Thamar, Amnon frater turpissimo incestu fœdauit, & Absalon, atrocitate feeleris fraterni incitatus, Amnonem è medio sustulit, denique ipse quoque Absalon, perduellionis in patrem reus, ex capillo suo, in quer-

cu-

en, longe lirera pependit, sed longior patet in Iustis materia. Dauid igitur ait, ob hos tam varios ac tragicos eventus, quibus indefigenti sui fiagitij poenam, à Deo multipliter exercebatur, & quod spinis quibusdam pungeretur, se ad meliora proesitentiæ consilia conuertsum fuisse. Quam quam hoc loco S. Hieronymus perspinam, etiam simulum Conscientiæ intelligit, vt significet regius Vates, se propter continuos pandum conscientiæ stimulantis, relicem occasionem, sumpsisse desendi patratam leuitatem.

D. Hieron. Prosper.

III.

O morrales! tam graue illa spina fuit Regi Iudeorum, quamsi ei mens vnius hoc conicia, vt tolerando amplius non esset, quin senatus esset ita, quos Nauuius iustitiæ infernali carceri mancipauit, propter respectus multories scelera? o miseræ & nullius amplius miserabiles animæ, quas jam DEVS posuit *in possessionem Ericij!* nulla vobis delineps quies esse potest, nulla pax, post quam Conscientia vestra in Erichum abijt. Et quidem aculeos eius tolerabilis etiam in hac vita, cum clamabat, *non sit pratum, quod non transeat, pertransiat luxuria pestis, coronemur nos rosis.* Tum siquidem vobis rosæ in spinas, prata in sentieetum, etiam inprudentibus sunt transmutata.

Dauid mala Conscientia spinam fuit.

IV. Nempe nulla adeò est tam sincera in peccato voluptas, cui non sit aliquid absynthij mixtum; vix gustant homines Ægypti allium, & statim ab oculo viua lacryma defluit; cúmque arbitrantur se in mundi huius delicijs atque vitijs, velut inter medios Hyblæi montis flosculos, & Pæstana roseta ambulare, tandem experiuntur pedes spinis indutos; seu potiùs sentiunt, in corde malæ Conscientiæ aculeum hærere, & grauiter sauciare: vt rectissimè moneat D. Bernardus quemuis nostrûm; *vide, quomodo cautè ambules inter spinas; plenus est mundus spinis; in terra sunt, in aëre sunt, in carne tua sunt:* vbique impius echinum inuenit; etiam dum prensat molles sæculi illecebras, manum non vno spiculo cruentatam trahit. Juuat adumbratam huius veritatis imaginem considerare in ioco pulchro, atque ingenioso.

Etiã in hac vita medias inter illecebras, spinas Conscientiæ patitur impius.

S. Bernard. serm. 48. in Cant.

V. Ratisponæ, cùm non multos ante annos Augustissimus Cæsar Matthias, comite Jmperatrice versaretur, atque eodem plurimi vndique proceres, ad res imperij componendas, magnâ frequentiâ, pompáque confluxissent; confluxerunt etiam, vt mos est, post magna corpora, magnæ vmbræ, magni parasiti, magni moriones. Jbi dum quis-

Stengelius lib. de fraudibus Labyrinthi ab Ægyptijs structi, cap. 8. §. 4.

que

que ſuas artes, ſuos ludos, ſuum ingenium promit; &, vt in prouerbio dicitur, ipſe ſemet canit, ſuíque tibicen eſt; ecce tibi, vnus huiuſcemodi rem commentus eſt.

VI. Jn atrio aulæ Cæſareæ theatrum erexit; circumſecus abacos poſuit, funes tetendit, perticas fixit; in perticis arma propoſuit, de funibus veſtes varias, pannóſque ſuſpendit; in abacis vaſa aurea, argentea, torques, annulos, gemmáſque, & quicquid apud Palatinos in pretio eſt, longâ ſerie collocauit. Dixiſſes, eum mundo mundum oſtendere voluiſſe. His ita apparatis, magnam hominum vim, omnis ordinis, omníſque dignitatis, ſuâmet alioqui curioſitate trahendam, inſuper etiam tubis, tympaníſque conuocauit. Non pauci erant, quos cupiditas evocauit: eam enim res faciem habebat, vt haud difficili conjecturâ intelligi poſſet, vrnam fortunæ eſſe quatiendam, quæ multis ſæpe viliſſimo nummo, magna ſolet præmia elargiri. Jmpleta jam erat capax area multitudine ſpectantium, feneſtræ omnes, tecta ipſa vndique obſidebantur. magna erat exſpectatio omnium, ingens deſiderium videndæ, experiendæque fortunæ. O ſpes inanes! ô ſtulta mortalium vota!

Vrna fortunæ in fraudem ingeniosè parata.

VII. Prodit ad extremum, tanquam Rex Tragicus, & ipſe morio, grandem manu geſtans

vrnam, leuíque pretio ad ingentia lucra alliciens ſpectatores. Hîc ergo quiſque primus in theatrum emergere, manúmque in vrnam immergere cupientiſſimè geſtiebat, vt inde veſtem Attalicam educeret, aut poculum gemmis diſtinctum. Noceat aliquando vel officio, vel dignitate cæteros anteire. Etenim, qui etiam hîc in honore primi habebantur, primi ibant ad ſuum ruborem. nam audite ſycophantiam incredibilem. Morio ille non ſchedulas, præmiorum indices, in vrnam iniecerat, ſed viuam beſtiam, echinum mille aculeis rigentem, atque ferientem. Itaque quiſquis in vrnâ chartas venabatur, plagas capiebat, nec manu duntaxat redibat, verùm etiam fronte rubicundâ; tantóque eâ ſutelâ plures ludificabantur, quantò dolorem quiſque magis diſſimulabat, ne ſolus rideretur, ſi fraudem impatientiæ ſigno prodidiſſet.

Fortunam prenſantes, ſpinas ericij induerunt.

VIII. Non tam ouo eſt ovum ſimile, atque cacodæmon huic ſycophantæ. Vrnam fortunæ proponit, magníſque promiſſionibus implet mortalium animos; atque vt olim Dei filium *aſſumpſit in montem excelſam valde, & oſtendit omnia regna mundi, & gloriam eorum*; ita nunc humanas mentes ad ſui obſequium manſuefacit, propoſitis ampliſſimis honorum titulis opum, potentiæ,

Dæmon etiã ludificãdis, mortalibus, Vrnã fortunæ proponit.

Matth. 4. 8.

tiæ, voluptatis, gloriæ aucupandæ, vaniſſimis ſpebus. Quiſquis in hanc Vrnam diaboli (quam fortunatam ait) digitos affectúmque inſerit, fieri aliter nequit, in echinum impingit grauiter vulnerantem. Ne fallaris, mi homo; ſingula tam ardenter quæſita, tam amanter poſſeſſa in flagitijs oblectamenta, aculeum poſt ſe relinquunt in conſcientia, quæ ſaltem interruptè pungit, & punit diuinæ legis præuaricatorem.

IX. O impie, exclamat, qui ſuprà, Bernardus; *bene pungeris, ſi compungeris; multi, cùm ſentiunt pœnam, corrigunt culpam; & talis cum Dauid dicere poteſt; conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Niſi fortaſſis tantùm inter ærumnas vitæ huius, numeranda videantur, mala corpuſculi affectio, peculatûs damnum, immatura charorum funera, famis dura neceſſitas, grauis peſtilentiæ lues, hoſtilis ferri imperium, & quæuis alia iniquioris fortunæ violentia; vt proinde in comparationem iſtiuſmodi malorum, venire non debeat vulnus, à Verme conſcientiæ inflictum. *D. Bernard. ſerm. 48. in Cant.*

X. Magna profectò hæc eſt mentis humanæ hallucinatio, magnum corrupti judicij ſignum, magnus ſtupor; non poſſe diſcernere inter malum & malum, inter cladem &

cladem, inter dolorem & dolorem, inter vulnus & vulnus. Nam illa omnia extrinsecùs advenientia incõmoda, extimam duntaxat carnis cutem ſtringunt; cùm interim ſpina prauæ Conſcientiæ ſit *penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritûs, compagum quoque, ac medullarum.* Neque refert, quod aliquando improbi Conſcientiæ ſuæ vulnus haud ſentiant; nonnulli enim in ſaxum obrigeſcunt. Nimirum Meduſa eſt illecebris plena voluptas, quæ non tantùm facit lapideſcere ſuos amatores, ſed viuos etiam cadauer fieri; ad eum modum, quo Apoſtolus loquitur de vidua delicioſa, *viuens mortua eſt.* Audi S. Auguſtinum; *vita* (inquit) *carnis tuæ, anima eſt, vita animæ tuæ, Deus eſt: quomodo moritur caro amiſsâ animâ, quæ vita eſt eius; ſic moritur anima amiſſo Deo, qui vita eſt eius.*

Aculeus torquentis Conſciẽtię, quã grauis?

Ad Hebr. 4. 12.

1. ad Timot. 5. c. S. Auguſt. tract. 47. in Ioannem.

XI. Cùm igitur quauis letali culpâ homo Deũ è cordis ſui hoſpitio exturbet, iam verâ vitâ caret ſpiritus, & quod neceſſariò conſequitur, impius potiſſimâ ſui parte cadauer eſt. Hinc nullus ei porro ſenſus eſt, cùm nocens, reúſque animus, aculeatam cordi ſpinam immergit, monétque facinoris peracti.

Impius potiſſimâ ſui parte, cadauer eſt.

Sed

Sed vę iſtis talibus tam vitiosè mortuis! nam vbi olim Tartaro acceſſerint, infelix numerus; reuiuiſcent ad ſuas calamitates, & nimis acerbè perſentiſcent æternos tyrannidis Cõſcientiæ ſtimulos, concluſi vndique duriſſimo, atque ineluctabili damnationis fato.

XII. *D. Anſelmus de ſimilitudo mundi.*

Nempe, cum D. Anſelmo loquor; *à dextris erunt peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtùs horrendum chaos inferni, deſuper judex iratus, intus Conſcientia vrens; heu miſer peccator! ſic deprehenſus quò fugies?* nuſquam à ſpinis tutus eris, conuolabunt vndique in pectus tuum; cogitationes triſtitijs, atque angoribus pleniſſimæ, venient ex latere, cadent è ſummo, ſurgent ab imo. Denique tota mens tua tibi Ericius erit, lancinaturus reum cor, infinitis ſtimulis; vt exclamare debeas cum Suſanna, & gemebundus dicere, *anguſtiæ mihi ſunt vndique.* O quis Machaon ibi damnatis mortalibus hærentes ſpinas euulſerit?

Damnati ſpinis Conſcientiæ laſcerantur.

Dan. 13. 22.

XIII. *Moſchus in prato ſpirit. c.* 107.

Geraſimus, quondam Abbas, monaſterium habuit prope Jordanem fluuium; in eius ripa, cùm aliquando animi laxandi causâ, obambularet, vidit triſte ſpectaculum, & dignum commiſeratione. Nam leo inter la-

mentabiles rugitus, sauciũm ex infixo calami aculeo, pedem traxit; qui vbi virum sanctum conspicatus est, tardigrado incessu ac renitente, ad eum se contulit; móxque tristi corporis compositione, medicam manum vulneri suo flagitauit. Neque difficilis fuit Gerasimus, ad obsequium feræ præstandum. Jgitur primùm spinam euulsit, tum dein' saniem è purulento pede expressit; nec multò pòst inregra feræ sanitas redijt. Quod beneficium ita homini conciliauit leonem, vt nollet ampliùs medicum deserere Gerasimũ, cuius etiam seruitio se constanter addixit. Factúmque est; vt, cùm herus suus diem obijsset, leo mærore plenus, inter miserabiles eiulatus, super tumulum Gerasimi expiraret. Tantum potuit memoria aculei vnius, vnius spinæ è pedibus extractæ.

Gerasimus leoni spinã euellit.

Leonis gratitudo, pius que affectus erga Gerasimũ, medicum suum.

XIV. Sed nunc à bestia ad animam venio, infortunatam orci victimam, quam meritò compellare possum verbis illis, quibus olim compellauit Jeremias arcem Sion, postquã hostibus suis in spolium cessit: *cui comparabo te, vel cui assimilabo te, filia Ierusalem? cui exequabo te, & consolabor te, Virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* ô anima, nobilissimum diuinarum manuum opus!

Thren. 2. 13.

pus! ô anima, magnum Numinis artificium, quod ſola omnipotentia elaborauit, & quidem æternitati; ſed non illi, in qua nunc te comprehenſam vides, æternitate luctuoſa; heu! tua huc te compegit perfidia, fecítque infelicitatis ſpeculum, receptaculum dolorum. Et nunc *quis medebitur tui?* quis paliuros, & tribulos, & ſpinas extrahet, quibus te vndique mala Conſcientia transverberat? ah! nemo, nemo vnus adeſt Geraſimus; qui, vt olim leoni, ita damnatis aculeum euellat; ipſe enim DEVS, iuſtus vindex, poſuit eos *in poſſeſſionem Ericij*, nemo liberabit. Huius habemus genuinam imaginem, memorando incliti herois facinore, expreſſam.

Nemo Damnatis ſpinas à Conſcientia infixas, vnquã euellet.

XV. Gedeon, Hebræi populi dux, cùm victricibus armis Madianitas cecidiſſet, ſtatuit exercitûs reliquias, fugâ ſibi conſulentis, à tergo premere: præſertim cùm intellexiſſet, Reges Zebee & Salmana, pariter in pedibus ſalutem cum cætera turba petere. Quia verò trecenti milites, quos ſecum Gedeon acceperat, ſocios futuri triumphi, fame ac laſſitudine cœpêre laborare, rogauit ciues vrbis Socoth in tranſitu, vt ſuis refocillandis panem promerent; extemporale, neque ſumptuoſum prandiolum. ſed nihil præter amaros riſus, & contemptum abſtulit.

Iudic. c. 8.

Quæ

XVI. Quæ res ità Ducis aſperauit in iras animum, vt iuſtiſſima poſtulata ſuperbè negantibus, has comminationes reliquerit: *cùm tradiderit Dominus Zebee, & Salmana in manus meas, & reuerſus fuero victor in pace, conteram carnes veſtras, cum ſpinis tribuliſque deſerti.* Reſpondit denique minis euentus; nam, vbi debellatis Regibus duobus, eorúmque reliquis copijs, Gedeon ouans reuerſus eſt ad ciuitatem Socoth, nollétque ſæuire in plebem innoxiam, atque à magiſtratûs crimine abſolutã, ait ſcriptura, *tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth.*

Iudic. 8. 7.

Laceratio inter ſpinas, acerba Socothanorũ pœna.

XVII. Jnſinuatur porrò his verbis nouum tormenti genus, fæda ſcilicet membrorum laceratio inter vepres, ſpinas, tribulos, iuncos, ac paliuros; quibus ſuperiecta corpora magno impetu diſtrahebantur, ac miſerrimè laniabantur. Hanc tam inſignem punitionem meruerunt Socothani, omnis humanitatis expertes, boni communis hoſtes, Gedeonis, quem DEVS ſoſpitatorem miſit Hebręæ nationi, procaciſſimi contemptores. Neque vnus, inter vrbis Socoth ſeniores, exemptus crudeli pœnæ fuit, in ſpinis & aculeis tranfoſſi vniuerſi, miſerè occubuerunt.

Serarius in c. 8. Iudic. quæſt. 5.

Nolo,

Nolo, hîc longam per ambages applicationem exſpectes: breuiter, in Gedeone Judæorum Seruatore, tu Chriſtum JESVM, orbis totius, humaníque generis Redemptorem, agnoſce. Qui, tametſi veræ manſuetudinis Chriſtianæ norma eſt (ab eius enim ore fluxit verbũ hoc, *diſcite à me, quia mitis ſum*) nihilominus voluntatis diuinæ violatores, contemptores maieſtatis ſuæ, plectit ad ſeueras iuſtitiæ leges; ac velut alter Gedeon, inter ſpinas & aculeos, ſed illos, quos animus malè conſcius, multiplicato ſemper partu geminat Damnato; cui veriſſimè dixeris de Conſcientia ſua, *ſpinas, & tribulos germinabit tibi*, nempe in cruciatum, eúmque perennem; ſecus quàm factum fuit cum Socothanis incolis, quos inter vepres atque tribulos dies vna ſuſtulit. Multò rigidior improborum exactor DEVS, ita eos ibi Conſcientiæ ſuæ ſpinis involuet, vt mori nunquam poſſint, pati ſemper debeant, ſemper viuere & configi, ſupplicio lento atque æterno. Vultis ô boni, huius vmbram aliquam videre?

XVIII. *Matt. 11. 29.* *Gen. 3. 18.* *Damnatorum inter aculeos Cõſciẽtiæ ſuæ, iuge, grauiſſimúmq; ſuppliciũ.*

Hiſtoriæ produnt, cùm Sigiſmundus Jmperator olim ad Tranſalpinas partes prælio conflixiſſet, inter alios, ex legionibus eius militem vnum cecidiſſe, hominem quidem

XIX. *Antonius Bonfin. lib. 3. Hungar. Decad. 3. ad annũ Chri-*

An. 1415. Spinellus in Maria, Throno Dei c. 34. num. 25. ex Pelbarto.

ex ſtatûs ſui conditione leuiculum, cætera ſingularem cultorem Deiparæ, cuius animũ eâ re ſibi mirè deuinxiſſe, ex ſequenti, & raro admodum beneficio diſcimus. Cùm enim evoluris pluribus annis, eundem illum locum cum exercitu Sigiſmundus tranſiret, quo olim deuotus Virgini miles, inter cæſos conclamatóſque relictus fuit; audijt ex circumadiacentibus lucis, ſyluíſque, ſiue murmur, ſiue ſonum hominis, miſerabiliter opem inclamantis.

XX. Cúmque miſiſſet Cæſar, qui propiùs inſpicerent, vnde triſtis ille eiulatus naſceretur; en tibi, inter dumeta, & vepreta repeririunt humanum cadauer, iam quidem mediâ ſui parte putrefactum; ſed tamen adhuc ſpirans inter grauiſſimos dolores: ſiquidem iunci, & ſpinæ, quibus iam multo tempore incubuerat, ita increuerunt vndique corpori, ita ſe penetrârunt & inſinuârunt putidis membris, vt nouo portenti genere, homo in echinum transformatus videri poſſet.

Miles inter ſpinas abſque humano auxilio, diu vitam, animámque trahit.

XXI. Stabant adhuc in ſtuporem defixi exploratores, præ inſolentia ſpectaculi; cùm caput miſer, oculóſque inter vepres attollit, & interruptâ ſingultibus voce, ſignificat, ſe ante complures annos, ſub ſignis Sigiſmundi Jmperatoris, hoc ipſo loco in acie corruiſſe. Porrò in hunc vſque articulum vi

diui-

diuinâ ſeruatum eſſe; ita enim à Dei matre ſponſionem accepiſſe, non ſe moriturum, priuſquam ſacrâ confeſſione mortifera crimina expiâſſet: rogare proinde, vt ſibi ſacerdotem aliquem adducerent. Hic vbi advenit, veniámque impertijt ſacramentali abſolutione, continuò tabefactum corpus ab anima ſua relictum fuit: admirante non parùm Cæſare, & commendante tam eximios Deiparæ fauores, in ſeruulum ſuum militem.

Liberalitas Deiparæ in cultores ſuos.

XXII. Quis verò interim non compatiatur patienti tot annis? & patienti juncos, paliuros, ſpinas, aculeos? inter quos vndique miſerè transfixus, tandem etiam longâ tabe computruit. Sed tolerabile tamen omne tormentum fuit, quia æternum non fuit, finem habuit. O quantò grauius illud erit ſuppliciũ, cùm addicti orco mortales conijcientur in vepres, & ſpinas Conſcientiæ ſuæ, quibuſcum totâ æternitate conflictabuntur, nunquam ampliùs eluctaturi! Hoc denique eſt, quod DEVS impiæ minatur animæ, *ponam eam in poſſeßionem Ericij.* Nemo alius tam nocens eſt echinus, quàm cùm mens malè conſcia, expedit in reum hominem ſtimulos ſuos, quos inter, longo æternóque ſitu, quaſi conputreſcere, & contabeſcere debeat; certè liberari nunquam poſſit.

Damnati è ſpinis Conſcientię ſuę nunquam eluctabuntur.

PARA-

Digitized by Google

PARAGRAPHVS II.

CONSCIENTIA MALA.

Aquila eſt Damnatis, & Vultur.

I. POëtarum figmentum eſt; Prometheum virum quendam, auxilio Mineruæ, cælos conſcendiſſe, & adhibitâ faculâ ad ſolis rotam, ignem, primum inter omnes, mortalium terris intuliſſe, neceſſarium ad humanę vitæ vſus elementũ. Jouem tamen deorum ſupremum, ne tam inſignis rapina, maiórque furto audacia, inulta foret, Prometheum Caucaſo monti alligatum, aquilæ ſubieciſſe, cuius roſtro ita raptoris cor perpetuò exederetur, vt ſemper eſſet aliquid ſupplicio continuando.

Furti ſcelus plectit Aquila in Prometheo

II. Affine eſt, quod de Tityo gigante habent fabulæ; nempe cùm inſaniâ amoris captus, Latonam de ſtupro interpellâſſet, ab Apolline Latonæ filio, ſagittis confixum, atque ad inferos damnatum fuiſſe, hac pœnâ; vt viſcera eius aſſiduo morſu Vultur carperet, renaſcente quotidie ad pabulum iecore; ita neutri quies conceſſa eſt, vulturi à laceratione, Tityo à doloribus. Pulchrè hoc tormenti genus deſcripſit Maro, cùm inter alios Tartari infortunatos incolas, hoc ſchemate Tityum ab Ænea viſum proponit.

Libidinis, Vultur in Tityo.

Nec

Nec non & Tityon, terræ omnipotentis alumnum,
Cernere erat; per tota nouem, cui iugera corpus
Porrigitur; roſtróque immanis Vultur obunco
Immortale jecur tondens, fœcundáque pœnis
Viſcera, rimatúrque epulis, habitátque ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Virgil. 6. Æneid.

III. Nemo autem putet, has tales veterum fabulationes, fuiſſe omnino inanes, & ſiccas ſine medulla arundines; ſemper collineant ad pulchrum ſcopum; formanda ſcilicet hominum ingenia, ſecundùm rectitudinis amuſſim. Et quidem, ſi in commento præſenti de Prometheo & Tityo, velimus teſtam frangere nucleúmque quærere, inveniemus ſapientibus olim Poëtis propoſitum fuiſſe, ſic oſtendere, Conſcientiam apud improbos, vltricem eſſe patratorum ſcelerum.

Fabulæ ſapienter à veteribus excogitatę.

IV. Jta ſanè veteres ipſi olim docuerunt; Macrobium audi apud Ciceronem. *Vulturem*

Cicero lib. 1. de ſomnio

Scipionis exp. to.

Conscientiæ vitricis imago, vulnerans.

rent inquit) *fecur immortale tondentem, nihil aliud intelligi voluerunt, quam tormenta male Conscientiæ, obnoxia flagitio viscera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissis facinoris admonitione laniantis, sempérque curas strequiescere forte tentaverint*] excitantis, *tamquam fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi misericordiæ parcentis; leg hæc, quæ sequitur de nemo nocens absolvitur, nec de se potest quam vitare sententiam.*

V. Jaque quifquis in furto Prometheum, inauditerio Tityum fequitur, opus eft vulturem, aquilam, fuam Conficntiam parastur, carnifices nunquam morituros. Et ol quanti paffim fures ac raptores, non tantum graffantur in fluxas mortalium opes, fed in ipfius Dei thefaurum. Sacrilegus dicor de qua diuinum oraculum differt pronunciatis; *Ego Dominus, hoc eft nomen meum, Gloriam meam alteri non dabo.*

Gloriæ Dei debitum, mortales à fuis vitiorum adfpectu.

Ifa. 42. 8.

VI. Joſephus Patriarcha, magnum Judæor Joſephi Patriarchæ magnanimitas. gentis decus, cùm fibi credita fciret omnia, Ægyptu fui domini bona, intellexit ramen, exceptam vxorem, & eã cuius manum habere noluit

Digitized by Google

noluit extendere ad dominam, ſibi non conceſſam, tametſi volentem, & vrgentem ad flagitium caſtiſſimi juuenis Virgineum pectus. *Ecce! Dominus meus* (inquiebat ille) *omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor es eius; quomodo ego poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Noluit igitur Joſeph herum, à quo factus fuit glorioſus, cum ingrati animi nota, inglorium reddere; quod neceſſariò futurum fuiſſet, ſi coniugi alienæ vitium intuliſſet, quam ſciuerat heri ſui eſſe velut gloriam, ideóque ſolam vetitam, conceſſis omnibus alijs, rei domeſticæ facultatibus. *Geneſ 39. 8. & 9.*

VII.

Atque iſte magni Dei mos eſt; poteſtatem nobis facit largam in bona ſua; quicquid piſcium natat in aqua, quicquid auium volat in aëre, quicquid animalium in terra graditur, quicquid aſtrorum in cælis ſplendet; id totum vſibus noſtris permittit Deus. Semen in agris nobis creſcit, herbæ camporum nobis naſcuntur, flores hortorum nobis fragrant; quin etiam ſanitatem, corporiſque robur, & membrorum amœnam concinnitatem, & ſenſuum diuerſorum, va-

Deus, omnibus alijs conceſſis, ſolam ſibi Gloriam ſuam vult eſſe integram.

rium vſum vitámque, & magnum animæ pretium, potentias triplices, à Deo accepimus. denique quid non ab ipſo accepimus, poſtquam & gratias multiplices, & ſe ipſum nobis in ferculo Euchariſtico dedit?

VIII. En, ô boni, ſe ſuáque liberaliſſimè hominibus concedit Numen, ſolam ſibi reſeruat Gloriam, quaſi vnicam ſuam, æterno vinculo copulatam ſponſam, nullíque alij vſurpandam. Eius hoc verbum eſt, *Gloriam meam alteri non dabo.* Itaque quoties aliquid præclarè geſtum eſt, nulli alteri adſcribi oportet, præterquam optimo Deo, à quo pleniſſimis canalibus ſcientia, virtus, dona naturę, corporis animæque dotes, bona omnia fluunt in mortales.

1. *ad Corinth.* 10. 31.

IX. Pulcherrimè D. Bernardus in hunc ſenſum philoſophatur. *Origo fontium, & fluminum omnium, mare eſt; virtutum, & ſcientiarũ, Dominus IESVS CHRISTVS. continentia carnis, cordis induſtria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non ſolùm autem, ſed & ſi quis callet ingenio, ſi quis nitet eloquio, ſi quis moribus placet, indè eſt. Indè ſcientiæ, indè ſapientiæ ſermo. Caſta conſilia, juſta iudicia, ſancta de-*

S. Bernard. ſerm. 13. in Cans.

Ex Deo bona omnia fluunt.

Velut riuuli ex fonte.

Eia desideria, nónne riuuli fontis illius sunt? quòd si copiæ aquarum secretis, subterraneísque recursibus, incessanter æquora repetunt, vt indè rursus ad visus vsúsque nostros, jugi & infatigabili erumpant obsequio; cur non etiam spirituales riui, vt arua mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude, & sine intermissione reddantur? Ad locum, vnde exeunt, reuertantur flumina gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad suum principium cœleste profluium, quo vberius terræ refundatur.

Demus honorem Deo, & postquam is operatus est in nobis, quod laudem meretur, commendationémque, laudemus in artificio suo artificem, cuius nos penicilli, calami, secures, serræ, asciæ sumus, & instrumenta emortua, quàm diu magistri dextera non animat. Multò verò diligentiùs cauere oportet, ne natam ex actionibus nostris Deo gloriam, transferamus aliouorsùm. Locutus est semel Dominus, neque mutat sententiam, *Gloriam meam alteri non dabo.* Sed nimirum, quam DEVS vltro gloriam concedere non vult, pessimi quiq; violentis X.

Laudē nobis inter conatus nostros natam, ad Deum remittere debemus.

manibus ad ſe rapiunt, ſuíſque viribus, induſtriæ; Marti, conſilijs, prudentiæ tribuunt, quod domi foríſque, ſolius Numinis beneficio, feliciter præſtiterunt; proximè fatui in voces illas erupturi, *manus noſtra excelſa, & non Dominus, fecit hæc omnia.*

Deut. 32. 27.

XI. Jſtud porrò eſt Deo luculentam vim inferre, & non tantùm ignem è cælis cum Prometheo ſuffurari, ſed in pretioſiſſima Numinis cimmelia ſacrilegos inſinuare digitos, & plùs, quã humanâ proteruiâ, honorem ſuum diuinæ majeſtati rapere, renitenti ſemper ac reclamanti, *Gloriam meam alteri non dabo.* Hinc autem exaſperata DEI clementia jubet, ſcelerati raptoris Conſcientiam abire in Aquilam, totáque alterius vitæ æternitate roſtrum in ilia mergere, & crudeliter ſæuire.

Alienã Numinis gloriam ſuffurantes, lancinantur ab Aquila, Conſcientia ſua.

XII. Simile, neque multò diuerſum ſupplicij genus illos manet homines, qui ſemel per fidem in ſacro baptiſmatis lauacro deſponſati Chriſto, turpiſſimo diuortio ad alienos tranſiêrunt. Jſti cum Tityo adultero nunquam ſaturandos Vultures in ſe prouocant. Atque vt hac in materia aliquantò altiùs ordiar, belliſſimè iterum Bernardus noſter ait; *omnes nos ad ſpirituales nuptias vocati ſumus, in quibus eſt ſponſus Chriſtus*

Conſcientia ſua Vultur eſt illis, qui à Chriſto ſponſo faciunt diuortium.

S. Bernard. ſerm. 2. in Domin. 1.

ſtus Dominus, ſponſa verò nos ipſi ſumus, & omnes ſimul vna ſponſa, & anima ſingulorum, quaſi ſingulæ ſponſæ. *poſt. octau. Epiphania.*

XIII. Comparat dein' S. Pater, Dei filium Moyſi; qui, cùm ſe olim matrimonio jungere vellet, Æthiopiſſam duxit. An verò hic Patriarcha, vir Deo plenus, diuinorum conſiliorum particeps, Iſraëlitici populi dux nullâ meliore coniuge dignus fuit? an nulla melioris fortunæ, formæ, coloris, Virgo obtingere potuit, ex omni illo tam copioſo Hebrææ nationis numero? vtique habiturus erat venuſtiorem, ſi voluiſſet; ſed adjecit animum ſuum, atque amorem ad nigellam de Maurorum gente ſponſam, & velut carbonariam. neque poſſumus affectibus ſemper legem ponere, præſertim amantium.

Amor Moyſis erga ſponſam Æthiopiſſam.

XIV. O! vt pulchrè Chriſtus imitatus eſt Moyſem, niſi etiam plurimum ſuperauit. Nam cùm humanæ ſe Naturæ ſociauit per Incarnationis beneficium, cùm vnicuique animarum noſtrarum in ſacro baptiſmate dixit, *ſponſabo te mihi in fide*, nunquid Æthiopiſſam duxit, non tantùm ſpecie, ſed & fædiſſimis coloribus denigratam? Et quidem Moyſes Mauræ ſuę nullum nitorem potuit inducere: fruſtra ab homine Æthiops lauatur, & laterculus.

Amor Chriſti erga animam, culpis ſuis fædiſſimè denigratam. *Oſee. 2. 20.*

XV. At verò Dei filius, desponsatam sibi animam non tantùm emundauit ab omni labe, & nigrore, quem ex vitiatis maioribus, velut hæreditarium malũ traxit; sed etiam in splendorẽ regiæ dignitatis exornauit, vt rectissimè ad illã applicaueris, istud Ezechielis, *facta es mihi, laui te aquâ, emundaui sanguinem tuum ex te, vnxi te oleo, vestiui te discoloribus, calceaui te hyacintho, & vnxi te byſſo, & indui te subtilibus, dedi armillas in manibus tuis, torquem circa collum tuum, & circulum auribus tuis, & coronam in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & vestita es byſſo, & polymito, & multicoloribus.*

Quantùm Christus exornauerit sponsã suam, animã.

Ezech. 16. v. 9. & seqq.

XVI. Hæc Dei sunt verba, quibus alloquitur amatam sibi vrbem Jeroſolymam, quasi sub schemate recèns natæ virgunculæ, à se in sponsam susceptæ, atque ornatæ. Jntelligunt verò Patres, sub hoc infante, statim in cunis desponsato, cuiusuis Christiani animam, quam Seruator humani generis, non solùm in fonte baptismatis à primæui sceleris macula purgauit, sed insuper donis, virtutibus, gratiisque suis mirum in modum excoluit, idque vnum votis omnibus ardentissimè optauit, posse aliquando hac sponsâ suâ,

Anima infanti comparata.

sâ suâ, inter castissimos amores, in cælo æternùm potiri.

XVII. Eam ob causam non recusauit Jacobum Patriarcham æmulari; qui quatuordecim annis exul patriâ, Labano grauissimam seruitutem seruiuit; & tamen, scripturâ testante, quatuordecim adeò anni, *videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.* Vna Rachel, cuius gratiâ Jacob se tam longo difficilíque seruitio obstrinxit, temperauit omnes molestias, & velut saccaro ac melle condiuit salsissimos labores. Quid verò Christus Dominus? nunquid paria fecit? nunquid centuplo, millecuplo maiora?

Jacob Patriarcha seruit pro Rachel. Gen. 29. 20.

XVIII. Conspexit ille ex arce gloriæ suæ, ac beatitudinis natiuo solo, animulam nostrã, pulchrum opus patris sui; cæterùm iam defloratam Virginem, atque in Æthiopissam turpiter deformatam, vagari toto orbe per scelerum deuia, in suum interitum; itaque vt hanc Mauram, vitio suo monstrosam, in cælos eueheret, sacro sibi, æternóque connubio jungendam; ipse sidera cum terris, patriam cum exilio, libertatem cum seruitute mutauit, atque vt Apostolus ait, *exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens,* famulaturus Deo patri suo pro animula, non tantùm quatuordecim, sed supra triginta

Dei filius seruit pro animâ. Ad Philipp. 2. 7.

ipſos annos: qui toti *videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.*

XIX. Neque hîc diuinus amor ſubſtitit, plùs vltrà progreſſus eſt; atque, vt ſolent amantes, per vulnera quoque & ſanguinem, ſi alia via non conceditur, ruere in mutuos amplexus: ita Dei filius, potiundæ animæ, penetrauit per ſpinas, flagella, virgas, clauos, haſtas, crucem denique, & mortem; factúſque eſt carbonariæ Virgini purpureus ſponſus, ſed ex ſanguine ſuo.

Paſſus eſt etiam Chriſtus pro ſponſa anima.

XX. Quis, obſecro, non admirabundus exclamet cum obſtupeſcente Bernardo, dicátque; *vnde tibi, ô humana anima, vnde tibi hoc? vnde tibi tam inæſtimabilis gloria, vt eius ſponſa merearis eſſe, in quem deſiderant angeli ipſi proſpicere? vnde tibi hoc, vt ipſe ſit ſponſus tuus, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur? quid retribues Domino pro omnibus, quæ retribuit tibi, vt ſis ſocia menſæ, ſocia regni, ſocia denique thalami, vt introducat te Rex in cubiculum ſuum? Vide iam, quæ de Deo tuo ſentias? Vide, quibus brachijs vicariæ charitatis redamandus, & amplectendus ſit, qui tanti te æſtimauit, quando propter te*

S. Bernard. loco ſupra cit.

Chriſtus tã amans & amabilis,

obdor-

obdormiuit in cruce? & tu ergo audi filia, & vide, & considera; quanta sit erga te dignatio Dei tui; & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui; desere carnales affectus, seculares mores dedisce, à prioribus vitijs abstine, consuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas? nónne stat angelus Domini, qui secet te mediam, si forte (quod auertat ipse) alterum admiseris amatorem? iam enim desponsata es illi, iam nuptiarum prandium celebratur; nam cæna quidem in cælo, & in aula æterna paratur.

quanto affectu redamandus sit ab homine.

Et tamen (proh insanam mortalium fortuitatem! proh fatuam insaniam!) sunt qui repudiare audent hunc animarum sponsum, purpuratũ succo suo, & mille vulneribus comprobantem sanctissimum sinceríssimi cordis sui amorem: vt meritò sic abiectus Dei filius, præ Cacodæmonis, Mundíque immundi societate, teterrimis riualibus, obtrudere non sine stomacho, justóque dolore illud possit: *quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me Domus Israël;* imò Christianus iste, & iste, seruatus ab æterna morte non nisi per latus meũ, crudeli lanceâ traiectum.

XXI. Repudiant mortales aliqui Christum, secuti teterrimos riuales.

Ierem. 3. 20.

XXII. Quid igitur facies, nobiliſſime ſponſe DEVS, poſtquam aduertis, non paucos tibi fidem, in Baptiſmo datam, violare? & paſſim ſine religione ambulare ad alienos amatores, Venerem, Bacchum, Mammona, ſathanam? nunquid, more inter homines conſueto, transfugam perfidiâ ſuâ ſponſam, in malam crucem jubebis ire, & perire, currentem vltro ad fata ſua Æthiopiſſam? profectò in ſocietatis conſortium non meretur recipi, qui inter conjuges primus rupit conjugale vinculum. Sed nimirum tantæ adhuc bonitatis eſt Chriſtus; vt, quod nemo maritus alius faceret, ipſe animam, non ſemel adulteram, non ſemel ſcortum, & infame proſtibulum factam, dignetur ad primum thalamum reuocare, caſtóſque ſui amores.

Etiam poſt diuortium, fædifragas animas conatur Dei filius, ad officium reducere.

XXIII. Jtaque illud apud Jeremiam frequenter habet in ore: *vulgò dicitur; ſi dimiſerit vir vxorem ſuam; & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Jtaque etiam boni angeli, & qui in ſacro tribunali pœnitẽtibus aures commodant, & qui ex ſuggeſtu diuina oracula promunt, nuncij ſunt, ac vereda-

Ierem. 3. 1.

Angeli, Cõfeſſarij, Cõcionatores,

redarij, quos DEVS mittit, reducendis ad officium legirupis, fædifragis, votifragis, perduellibus, atque in malitia perfidè obstinatis mortalibus.

nuncij sunt Numinis.

XXIV. Bene omnibus, qui ad hos tales nuncios, nuncium remittunt sceleri, & fidem semel violatam, resarciunt constanti virtutum exercitio. Malè omnibus, qui ad hos tales legatos obsurdescunt, atque ita pertinaciter alienis amatoribus adhærent, vt malint æternùm separari à Deo, quàm ad momentum deserere amicam Venerem, & Veneris pullum Cupidinem, & vtriúsq; indiuiduum comitem Bacchum, & Bacchi diuitem fratrem Mammona, & totius damnatæ familiæ parentem, Luciferum. Malè istis adulteris, & toties, & perpetuò adulteris; pari pœnâ plectentur cum mæcho Tityo; ipsa illorum Conscientia, seu Vermis improbus, ex turpi perfidia natus, crudeli olim metamorphosi in Vulturem mutabitur, & noxium pectus, semper nouo vulnere sauciabit, nullâ æternitate coalituro. Poëtam audi Christianum:

Luciferi familia.

Christi desertores, laniabuntur olim à Vulture, Conscientia sua.

——————jecur immortale ceraſtæ
Semper victuri tundent, fœcundáque pœnis,
Viscera corrodent, longóque alimenta furori
Suffe-

Carpenteius super illo Isa. 66. Vermis eorum non moritur.

Digitized by Google

Suffectura dabunt; nec erunt sine formite flammæ.

Flammæ viuaces, insopitique vapores.

XXV. Jte nunc, mortales; atque ex libidinis vestræ imperio viuite; facite diuortium à Deo, si placet; rapite Numini, quod suum est, Gloriam; juratam, & sacramento confirmatam in Baptismo fidem rumpite; exleges estote, & liberi, transite cum porcis in cœnum, ac lutum carnalium illecebrarum; fas, nefas sint vobis huiusmodi: sed, mihi credite, exspectat vos etiam post hæc tormentum huiusmodi; Vultur & Aquila, non heri inter poëtarum fabulas, furi Prometheo, aut Tityo adultero genita, sed quam Vermis malæ Conscientiæ olim repręsentabit; quando in deploratos, imò nunquam satis deplorãdos stygis incolas, grassabitur, morsu multiplici. Corrigo me, vno morsu grassabitur, sed nunquam interrupto, nunquam interrumpendo, æterno.

Exhortatio ad sceleratos mortales.

PARAGRAPHVS III.

CONSCIENTIA MALA, improbis apud inferos Flagellum est.

I. REgij vatis verissimum verbum est; *multa flagella peccatoris.* Præterquam enim

Psal. 32. 10.

quòd

quòd vario ſuppliciorum genere, magiſtratus animaduertit in legum humanarum transgreſſores; texitur etiam in Deuteronomio, bene longa ſeries calamitatum, quibus DEVS plectere ſtatuit mandatorum ſuorum præuaricatores; edidítque iam olim vindicis juſtitiæ compluria exempla, in Lucifero, primis parentibus, Caino, Pentapolitanis, Pharaone, Nabuchodonoſore, Antiocho, Herode, hoſtibus Eccleſiæ, tum Tyrannis tum Hæreſiarchis, aliíſque promiſcuè. Quin etiam Chriſtus non ſemel docuit, pœnarum fæcundos parentes eſſe peccata, atque ex his naſci morbos, infirmitates, alióſque corporis defectus. Denique,

Pœna multiplex peccantibus ſtatuta.

Non mihi ſi linguæ centum, ſint oráque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

Virgil. 6. Æneid.

II.

Parandum eſſet opus Iliade longius, conſcripturo omnia flagella, quibus vltor DEVS, ſæuit in audaculos decretorum ſuorum violatores. Inter hæc autem flagella, numeratur à Doctoribus mala Conſcientia, quaſi continuò tot ictus infligens, quot pudoribus, mæroribus, triſtitijs, timoribus, exercetur,

Flagellum improbis ſua eſt Conſcientia.

tur, qui graui se obstrinxit crimine. Sanè
Lib. 5. Cyro pæd. Xenophon sensit, *pudorem & conscientiam* potentissima esse, certissimáque facinorosorum mortalium flagella.

III. Et Epicurus, omnis voluptatis assertor
Apud Senecã Epist. 8. ac propugnator, cùm nihil justum esse naturâ diceret (quanquam improbè) adjecit tamen, crimina vitanda esse, quia metus vitari non possit, quia malis plurimum tormentorum sit, quia sponsoribus securitatis suæ non possint credere, quia perpetua illos solicitudo teneat, quia ingeminata à tergo verbera, nunquam perfugium admittant, conantibus vbique euadere Conscientiam flagellantem.

Mala scelus comitantia, ex sententia Epicuri.

IV. Agnouerunt etiam sancti Patres, hunc noxium tortorem, è noxis solitum nasci.
D. Ambros. in ps. 104. *Vnusquisque suis peccatis flagellatur*, ait D. Ambrosius; *grauia enim delictorum pondera, grauia criminum verbera, sicut onus grauantur graue, & infligunt animæ cruciatus, & putrescere faciunt mentis vlcera.*

Flagellantem Conscientiam experitur impius, orbe vtroque.

Neque verò ista sæuientis Conscientiæ flagra, sentiuntur duntaxat ab impio, quamdiu hîc viuit; grauiùs longè dolent, cùm post temperariam mortem, æternùm incipit in flammis habitare.

V. Obtingit itaque non paucis facinoro-

sis

sis talis vltio, qualis Heliodorum obruit, sacrilegum templi Jerosolymitani expilatorem; quando, vt scriptura meminit, duo supra mortalem formam venusti adolescentes, omni humanâ vi maiores, *circumstetérunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.* Sic planè, sic improborum magna pars, vtrâque parte, vtroque orbe, patiuntur Vermem Conscientiæ, & flagra excipiunt à domestico carnifice; non excepturi vtrínque, si hîc cæsi didicissent resipiscere, & frugi esse.

Heliodorus icon est sceleratorum, sub verberibus Conscientiæ ingemiscentium. 2. *Machab.* 3. 26.

VI.

Sed ea nunc aliquorum est stupiditas, vt cùm descenderunt ad extremam impietatis lineam, neque iacturam sentire velint, quam fecerunt; neq; pœnam, quam ferunt. non quod nihil vrantur, cùm eos animus reus flagellat; sed quia istiusmodi malum non dignè æstimant, numerántque velut inter minima; manifestâ corrupti judicij demonstratione. Fit adeò, vt, quemadmodum Romani olim cruciarios, ac suspendiarios, ante mortem flagris cædebant; ita pessimi quique Christiani, ante æternam damnationem, Flagellum Conscientiæ hîc sustineant, experturi grauius ibi alterum. S. Chrysostomus indicat, cum ait, *quasi flagellum de funicu-*

Stupor quorundam flagitiosorũ hominum.

Cruciarij apud Romanos olim flagris cæsi ante mortem.

D. Chrysost. tom. 1. hom.

de fide & lege natur.

niculis, *cenſetur omnis præſens tribulatio, poſtea flagellum inundans erit, quo perculſi erunt in conculcationem.*

VII. Alludit Sanctus pontifex ad illuſores Judæos, quos DEVS per ſuiam ſtultiſſimæ ſuæ fiducię, quamquam fruſtra, coargue. Illi quondam divina oracula, à Prophetis propoſita, ſolebant non ſine procaci ſtolide excipere, cumque audirent ſæpius *haec manda*

Sancti Iudæos ad veram Numinis dilectionem pertinaces.

mus, ſtulta vera; cauti eſtote, & vel Numinis vindictam, vel præmium expecta te: modicum eſt temporis, quod interveniunt ſtulti: ſtultum modo, eandem velut ſibi gratam, & inſuauem: antiquam, remiſerunt ad authores ſuos. *manda remanda, exſpectat exſpectia, modicum iſtis, modicum ibi.*

VIII. Acceſſit ſtolida perſuaſio, rameſti prænunciata malorum multiplicati copia, quæ interdum urit, & longe largiùs tetram perſuaſionem ſtatuit flagellum irati Numinis, ipſos tamen à nonnulla plaga immunes fore, quod ſtabili fœdere cum inferno, & morte conſpiraverint, de ſecuro, fidelique ad ſtolta ſuo pertigio. Itaque omnibus vias hæc vox fuit

Stolida perſuaſio impunitatis ex pactis cum inferno factis.

Iſa. 28. 18. *perculſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: Flagellum inun-*

dans

dans cùm transierit, non veniet super nos.

IX. Sed nihil roboris istiusmodi contracta vtrinque fœdera habitura, præmonuit candidè DEVS, cùm dixit: *delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit; Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.* Quod planè factum est, quando Samaria metropolis Israëlitici populi, vnà cum decem tribubus, ab Assyrijs excisa fuit. Isa. 28. 18.

X. Quanto numero Christiani sunt, quibus, cùm inculcantur Dei præcepta, cùm proponitur longa eiusdem patientia, expectantis quotidie integram morum emendationem; pessimi Judæorum imitatores, illud morosum obganniunt, *manda, remanda; exspecta, reexspecta; modicum ibi, modicum ibi:* quasi cum morte, & inferno pepigissent, nihil nocituris malis: ita se iactant vanissimâ securitatis spe. Christianorum aliqui, Iudæos imitantur; in contemptu Numinis, eiúsque mandatis.

XI. Sanè aliqui adeò confidenter sunt voluptuarij, & in cœno suum gaudiũ quærunt, turpissimi nepotes, libidinum sordibus conspurcati; alij adeò liberè in aliena bona grassantur, præsertim pupillorum, ac viduarum; sunt, qui omnis religionis immemores, ita Confidenter nimis aliqui peccant.

se hilariter in obsequium sathanæ, fidelissima mancipia fingunt, vt videri omnes possint, nullam justam habere timoris caussam; & neque à morte subitaria periculum esse, neque à styge; sic vtrinque conuenisse.

XII. Sed nempe hos tales, malè in caput suum credulos mortales DEVS fulminat, vt olim Jsraelitas: *delebitur fœdus vestrum cum morte; & pactum vestrum cum inferno non stabit; Flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem.* Grauis omnino pœna est, succumbere flagellis, & flagellantibus, præsertim vbi nulla cessatio impetrari potest.

Fœdus impij cum morte & inferno, nullum est.

XIII. Quo in genere, miserabilis olim tragœdiæ spectator fuit S. Elphegus, Cantuariæ Archiepiscopus. Cùm enim adhuc monasticæ vitæ discipulos sub se complures numeraret, & ipse Ascetes, virtutibus suis famosus; habuit vnum aliquem, qui professionis suæ immemor, viam alijs fecit ad licentiam, docuítque exemplo suo integras noctes pergræcationibus absumere, & inhonestis amoribus. Hunc coryphæum ergo, ex Numinis jussu, semel in tenebris (quibus infanda sua tegebat scelera) adorti viri tres, horrifico aspectu cacodæmones, taureis, ignitísque serpentibus grauissimè flagellabant.

Franciscus Haræus, & Surius ad 19 Aprilis, in vita S. Elphegi.

Nocet impiæ societatis caput esse, & ducé.

bant. Et quamquam miſer triſti clamore flagitaret miſericordiam, peterétque ſupplex, vt finem facere vellent ſupplicio; nullum tamen inter verbera, verbum aliud abſtulit, quàm iſtud; *non ceſſamus, non obedimus tibi, quia neque tu obediſti Deo tuo.* Jtaque denique infortunato homini excuſſa eſt anima, inter damnatorum ſpirituum manus. qui triſtiſſimus exitus. S. Elphego inſpectanti, materiam lugendi, ſocijs occaſionem reſipiſcendi dedit.

Miſerabile ſpectaculũ, homo inter dæmonum flagella exanimatus.

XIV.

An verò putatis, homines, apud hunc vnum duntaxat religioſæ diſciplinæ neglectorem, negotioſos fuiſſe dæmones, & nunc ferias agere in orco? minimè gentium; expediunt ſingulis momentis flagella, plauſúmque faciunt, ſed lugubrem; nimirum inter lamentationes Damnatorum, in quorum tergo, velut incude, quotidiano labore crudele ludibrium exercent. Vſque adeò verum eſt illud, *Flagellum cùm tranſierit, eritis ei in conculcationem.* O impij! cauete, quæſo, & timete; nam, ſi vos dura mortis neceſſitas obruerit imparatos, atque adhuc peccatis obnoxios transmiſerit ad inferos, actum eſt; ſuccumbetis æternis verberibus; neque ijs tantùm, quibus ſæuient mali dæmones, ſed illis etiam, quibus mala Conſcientia tyran-

Damnatos ad tartarũ, flagellant cacodęmones.

Sed & Conſcientia.

nidem ſuam exercebit, & quidem grauem admodum; ita meremini, diuinæ legis contemptores.

XV. Jam dudum Poëta improborum hominum carnificem Conſcientiam depinxit ſuis coloribus, & his veris verſibus:

Iuuen. ſat. 13.

——————cur tamen hos tu
Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore Flagellum?
Pœna autem vehemens, & multo ſæuior illis,
Quas & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamantus.

XVI. Jtaque Poëta paganus, cùm vellet oſtendere, quantus vindex eſſet Vermis pravæ Conſcientiæ, vſus eſt metaphorâ Flagelli, fecítque plagoſum Orbilium. Væ vobis iterum, ô mali! *nam Flagellum cùm tranſierit, eritis ei in conculcationem.* Quiſquis veſtrûm olim Conſcientiæ ſuæ flagra in ſtyge cogetur excipere, næ ille longo ſubjacebit tormento. nihil tum juuabit ſub hoc maſtige continuò ingemiſcere, nulla æternis ſuſpi-

Conſcientia mala Damnatis apud inferos plagoſus eſt Orbilius.

ſuſpirijs impetrabitur quies, nec ad momentum vnum. preces, lacrimæ, promiſſiones, nihil euincent apud juſti Numinis tribunal; lata ſemel ibi ſententia, irreuocabilis erit; cùm tamen mitigari hîc poſſit, & verò etiam ſoleat; quemadmodum magno ſuo bono expertus eſt D. Hieronymus, quem ſicut olim æqua Dei ſeueritas flagellis ſubjecit, ita ijſdem clementia rurſus exemit. Placet totius rei ſeriem ante oculos ponere, quemadmodum ipſius magni Patris doctiſſimo calamo cõſignata eſt, in epiſtola quadam ad Euſtochiũ Virginem; verba eius ſic habent.

XVII.

Referam tibi meæ infelicitatis hiſtoriam, Cùm ante annos plurimos, domo, parentibus, ſorore, cognatis, & (quod his difficilius eſt) conſuetudine lautioris cibi, propter cælorum me regna caſtrâſſem, & Ieroſolymam militaturus pergerem, bibliothecâ, quam mihi Romæ ſummo ſtudio ac labore confeceram, carere omnino non poteram. Itaque miſer ego lecturus Tullium, jejunabam. Poſt noctium crebras vigilias, poſt lacrimas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum, ex imis viſceribus eruebat, Plautus ſumebatur in manus. Si quando, in memet-

S. Hieron. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis.

Prõfani authores moderatè & cautè legendi.

ipsum reuersus, Prophetas legere cœpissem sermo horrebat incultus; & quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis.

XVIII. *Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima, medullis infusa febris, corpus inuasit exhaustum, & sine vlla requie (quod dictu quoque incredibile sit) sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hærerem. Interim parantur exequiæ, & vitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tepente pectusculo palpitabat; cùm subitò raptus in spiritu ad tribunal judicis pertrahor; vbi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram, sursum aspicere non auderem. Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille, qui præsidebat, mentiris ait, Ciceronianus es: vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum.*

S. Hieronymus in extasi rapitur ad tribunal Dei.

Arguitur ibi, quòd plùs Ciceronianus quàm Christianus esset.

XIX. *Illic obmutui, & inter verbera (nam cædi me jusserat) conscientiæ magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans,*

in

in inferno autem quis confitebitur tibi? clamare autem cœpi, & eiulans dicere, Miserere mei Domine, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti qui astabant, precabantur, vt veniam tribueret adolescentiæ, & errori locum pœnitentiæ commodaret; exacturus deinde cruciatum, si gentilium literarum libros aliquando legissem.

Flagellis propterea subijcitur à Iudice Deo.

XX. *Ego, qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam maiora promittere, deierare cœpi, & nomen eius obtestans dicere: Domine, si vnquam habuero codices sæculares, si legero, te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus reuertor, & mirantibus cunctis oculos aperio, tanto lacrimarum imbre perfusos, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore.*

Iterum eximitur, postquam nocituros libros detestatus est.

XXI. *Nec verò sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe ludimur. Testis est tribunal illud, ante quod jacui; testis judicium triste, quod timui. Ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem. Liuentes fateor habuisse me scapulas, plagas*

Iudicij peracti testes seruauit.

plagas S. Hieronymus.

ſenſiſſe poſt ſomnum, & tanto dehinc ſtudio diuina legiſſe, quanto non antè mortalia legeram.

XXII. Hîc nos pedem fiſtamus, atque oculos, & Hieronymum inter verbera ſuſpirantem contemplemur. Quæſo, quod eius tantum ſcelus fuit, vt faceret flagrionem, iuuenem tam ardenter Deo famulantem? omnis culpa ſtetit in curioſitate. volupe illi erat, ſeueris ſcripturæ lectionibus interſerere vanos, profanos, imò paganos autores; placebat venuſtior, & concinnior dictio; phaleratæ ſententiæ, atque ad limam Romanæ latinitatis caſtigatæ, delectabant legentis animum. Et vel huic vanitati plus æquo ſtuduiſſe, crimen fuit flagellis dignum; quia Hieronymum ex Chriſtiano Ciceronianum fecerat.

Curioſa vanitas in S. Hieronymo, viſa eſt Numini flagris digna.

XXIII. Quid putatis, ô malæ matris Veneris, peſſimi pulli, qui oculos veſtros perditis in deſcriptis fædè amoribus, & bis peritis, verborum veneno, turpiúmque rerum imaginibus? vósque dociles diſcipuli, qui ex libris magorum ſtygias artes excerpitis, eodem magiſterio nocituri, aut profuturi; nunquid, cùm lecto & ſandapilâ elati fueritis in orcum, fuſtuarium ſentietis, & flagra? ô improbi! quoſcunque demum ex numero veſtro inferorum carcer incluſerit, ne dubitate,

Libri turpes & magici, lectoribus graues pœnas conciliant.

tate, *Flagellum cùm transierit, eritis ei in conculcationem.*

XXIV. Ah! cùm vos fata vestra, in grauibus peccatis inuoluerint, non tantùm succumbetis flagellis dæmonum, sed & Conscientiæ vestræ; quam DEVS Judex in vos armabit, grauissimum lorarium. Jbi tum inter alternantia, sibíque perpetuò successura, cædentis animi verbera, opem millies inclamabitis; ibi gemitu, non interrupto, fatigabitis beatos inter sidera Diuos, vt esse patroni velint, & dolori finem impetrare: quin etiam, sicut canes ad lunam, ita vos dies noctésque, in cælum vlulabitis ad DEVM, vnam postulaturi cessationem.

Lorarius Damnatorum, Conscientia mala.

XXV. Sed nullæ erunt, & sine viribus preces; nam quæ S. Hieronymo supplicanti concessa gratia est, adhuc istam mortalem spiranti auram, in æternitatis periodo locum non habet. Jbi surdus est DEVS ad clamores perditorum, flagitantium clementiam. Flagellum, quod semel illic sustulit in reum suum Conscientia, nunquam ampliùs ponet; nemo etiam è manibus illi extorquebit, æternâ necessitate affixum est. O! ita hæc audiamus, ita in pectus admittamus, vt experiri necesse non sit.

A flagellis nulla sceleratis quies in vita altera.

PARAGRAPHVS IV.

CONSCIENTIA MALA, impios in vita altera terret, instar Spectrorum, & tristium Vmbrarum.

I. NAturâ comparatum est, vt omnia sint ordinata, suísque legibus, ac velut carceribus, res quæque astringantur.

Boëtius metro 6. lib. 1.

Sic, quod præcipiti viâ
Certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Natura ordinem amat in rebus omnibus.

Ex elementis vnum altero sublimius est; nemo, sine graui conflictu, hunc situm mutauerit. Ossa humani corporis suis nectuntur iuncturis; extra has, si quâuis violentiâ moventur, quantus dolor surgit? par ratio est cum humoribus corporeis, qui si debitum sibi temperamentum excedunt, quantùm non turbatur vndique in homine? quantùm non damni cogitur sustinere valetudo?

II. Sed nusquam noxiè magis peccatur contra ordinem, quàm cùm homo fixas sibi à rectâ ratione, atque à Deo ordinatissimas leges, diuaricatis pedibus transilit: quamquam non impunè; nam, quemadmodum D. Augustinus ait: *Iussisti Domine, & verè sic est; vt pœna sibi ipsi sit, omnis inordinatus*

Præscripsit etiam Deus ordinem rectæ rationis ac voluntatis suæ.

S. Aug. lib. 2. confess.

tus animus. Et S. Gregorius, explicans illud Jobi: *quis reſtitit ei* (DEO) *& pacem habuit?* ſic loquitur: *in quo Conditori reſiſtitur, pacis conuentio diſſipatur; quia ordinata eſſe nequeunt, quæ ſuperni moderaminis diſpoſitionem perdunt; quæ autem ſubiecta Deo, in tranquillitate perſiſtere nequeunt, ipſa ſe ſibimet dimiſſa, confundunt.* D. Greg. lib. 9. moral. cap. 2.

III. Quiſquis igitur Numini ordinem ſuum inuertit, & regulas transgreditur, eiuſdem digito ſcriptas, formandis hominum actionibus; ipſe ſibi non tantùm turbelas creat, ſed grande bellum cum Conſcientia: quæ tametſi nullo armata ſit ferro, ſolis tamen terriculamentis vincit, more Spectrorum, triſtiúmque Vmbrarum. Conſciétia plectit impium ſpectrorũ terroribus.

IV. Theodoricum Veronenſem, Regem Gothorum, produco in exemplum. Hic, quo die Symmachum Conſulem Romanũ, & eius generum, ſummos viros, interfici juſſerat, propter futiles affectati regni ſuſpiciones; eodem die miniſtri regij, inter alia fercula, appoſuerunt in cæna caput magni cuiuſdam piſcis, cuius ſpecie admodum perterrefactus eſt Theodoricus. nam viſus eſt ſibi videre in eo piſce caput occiſi Symmachi, minitantis triſtia, & dira. En tibi! ſcelus ſuũ faſcinauit Tyrannum, obiecítque eius formida- *Procop. lib. 1. Crantz. lib 3 Suecia cap. 19.* Symmachi ſpecies, in capite piſcis, obijcitur Tyranno.

midabilem Vmbram, cuius innocentia per vim oppressa fuit. Certè Rex, propemodum exanimatus primo huius spectri aspectu, mox secessit in vicinum conclaue, & intra triduum factus est funus.

V. *Moschus in prato spirit. c. 166.*

Sed in eadem materia, jungamus profanis sacra. Memorabile est sanè, quod Abbas Sabbatius narrauit, de homine quodam latrone. Hunc, post multos annos, pessimis latrocinijs exactos, melior aliquando benigni Numinis radius collustrauit, impulítque adeò fortiter ad contractarum satisfactionem culparum, vt secuturus religiosæ vitæ rigorem, habitum peteret ab Abbate Zosimo, & impetraret.

VI.

Jámque per omnes seuerioris disciplinæ gradus, magnis passibus ad virtutem, perfectionémque monasticam gradiebatur: cùm, ecce tibi! spectrum exturbat hominem è monasterio, atque ad sæculum remittit, quod multo iam tempore reliquerat, damnauerátque. Nam puſio, quem quondam infantem, ex mero truculentiæ pruritu interemerat, seu cultro, seu laqueo, in vmbra sua, locis omnibus occurrebat; cum vna ista, & cõtinua querimonja, *cur me occidisti?* Quare impatiens tam longi cruciatûs, & tristissimæ imaginis, perpetuò recurrentis ad terrorem, ab Abbate copiam sibi fieri flagi-

Manet pueruli occisi, latronem cõuersum, è monasterio exturbant.

tauit

tauit latro pœnitens, vt liceret asceterio exire, & Judici se sistere; paratus sanguine infanticidium eluere. Sed audiamus ipsa eius verba, sicut à Moscho referuntur.

VII. *Ecce! nouem (vt nôsti, Pater) annos egi in cœnobio; & , quantùm potui, jeiunaui; & continenter vixi; & cum omni quiete, & timore Dei, fui in subiectione; & scio, quia illius infinita bonitas, multa peccata mea remisit mihi; veruntamen aspicio sæpius puerulum astantem, & dicentem mihi, cur me occidisti? hunc autem aspicio in somnis, & in ecclesia, & cùm ad Communionem pergo, & in refectorio, hæc eadem mihi dicentem; & vel vnâ horâ non sinit me quiescere. Ideo itaque, Pater, abire volo; vt pro puerulo moriar: frustra enim, & sine vlla causa occidi puerulum ipsum.*

Terrores sibi ab Vmbra pueri incussos, narrat conuersus latro.

VIII. Respondit euentus desiderio; nam postridie, quàm egressus est religiosâ domo, factâ sibi per superiores potestate, Diospoli in carceres raptatus, sententiam condemnationis accepit, capútque sub gladio reliquit. Ergo pueri vnius larua, & tristis post mortem imago, sic hominem ætate iam adultum fatigauit; vt mori maluerit, quàm viuere

Gladiũ maluit subire latro pœnitens, quàm innocentis Vmbrę perferre exprobrationes.

uere inter tam graues, eásque quotidianas infestationes.

IX. Jta vix quisquam se nocentem facit, cui Conscientia sua non continuò formidabile Spectrum aliquod, aut Vmbram obijciat. Præsertim verò damnati ad inferos mortales, hoc mali genus perpetiuntur: similes Ægyptijs, quos olim triduanæ tenebræ, toto regno comprehenderunt; auctâ eò amplius consternatione, quòd terribiles laruæ, & mortalia simulacra passim in caligine oberrauerint.

Damnati spectris cruciantur.

X. Sapiens nobis rei seriem sic describit. *Dum putant, se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus, & timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse, quæ videbantur. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat, quoniam sonus descendens perturbabat illos,*

Sapient. 17. v. 3. & 4.

Ægyptios in triduanis tenebris perterrefaciunt laruæ & spectra.

los, & perſonæ triſtes, illis apparentes, pauorem præſtabant.

XI.

Siue dein'vera aliqua monſtra, & larUæ, ſeſe Ægyptijs ſtiterint, ſiue trepida duntaxat, & malè ſibi conſcia mens, ex ſuo, hoc eſt, ſolius formidinis ingenio, confinxerit tam metuendas imagines. Verè, & ſapienter iterum Salomon; *cùm ſit timida nequitia, dat teſtimoniũ condemnationis; ſemper præſumit ſæua, perturbata Conſcientia.*

Siue vera, ſiue imaginaria.

Sapient. 17. 11.

XII.

Potuitne Zeuxis quiſpiam breui ſchemate veriùs, ſinceriúſque exprimere tormentum Conſcientiæ, obijcientis ſpectra mentibus, maximè verò iam condemnatis ad ſtygem mortalibus? Sanè iſti, fatis ſuis miſerandi, in eas compinguntur tenebras, quas nullum ſidus poſſit diſpellere. non triduanâ, ſed æternâ nocte inuoluuntur; neque radius vnus eſt, qui aut penetrare poſſit ad caliginem; aut, ſi poſſit, permittatur ſplendore ſuo recreare captiuos. Et quamquam, ſupra Babylonicam fornacem, flammas longè latéque euomat Tartarus, nihil tamen indè melioris lucis, nihil veri ſolatij accedit miſerrimi loci indigenis.

Tenebræ inferorum quantæ?

XIII.

Accreſcit interim aliunde malum, *quoniam ſonus deſcendens perturbat illos, & per-*

Spectra ad cherontica

Damnatos quam fatigent.

& perſona triſtes illos apparentes, pauorem præſtant. Hic, obiecto, ante oculos nobis poenarum pauorem illum, cui eliſi eſt animo inter violentas latronis manus, etiam cum nondum ioqui ſciret, fed dimidiata verba, micere frangere: & tamen quàm eloquentes poſtea fuit, quam promptus ore, lingua, quando carnificijſuo occurſum identidem, in vmbra ſua, obtruſit illud, quouis vulnere acerbius verbum: *cur me occidiſti?* Et, tamiſti homicida, ad meliora conuerſus, iuraſti poſtea perpetuam eidem lacrimis fidē, ieiuniſque ieiuniis, & rigore monaſticæ ſeueritatis, crimen infanticidij expiaſſe; nihilominus ramen infontis paruuli triſtis imago, & triſtior imagine querimonia, *cur me occidiſti?* hominem ad inſaniam exagitabant. Ideò vera eſt apud improbos, illa Salomonis gnoma, *ſonus defendens perturbat illos, & perſona triſtes, illos apparentes, pauorem præſtant.*

Declaratur exemplo ſuperiori, infontis paruuli, carnificem ſuū euertentis.

XIV.

Manes infontium occidentium, Tyrannos & Homicidas euertunt & interficiunt. *Ioſephus lib. 20. Antiquit. Iudaic. cap. 4.*

O quanta copiā apud inferos detinentur, quibus morte grauius eſt, querulofis Vmbras afficere, audiręque non facilimis neceſſitate! facilè enim mihi perſuadeo, & Caino fratrem ſuum Abelem, contumulo ſub claua ſuſpirantem obuerſari; & Achabo Re-

gi Na-

Digitized by Google

gi Nabuthum, lapidibus iniquè obruunt, & *2. Reg. 21.*
Manasſi innocentiſſimos, quorum effuſo cruo-
re, Jeroſolymam *ſicuti ad eos complerat, & ad apoc. 18.*
Herodi Afcalonitæ integros infantium chori-
ros, purpuratos ſanguine ſuo, dum à matre-
nis vberibus penderent; tòti in facie occi-
pati, ſique in adultum, ſanguis iſtorum, Ty-
rannidis ſuæ ſpecie terrifici, vecoque miſera-
bili, accitare ſemper illud lugubre, *cur me occidiſti?*

Quin etiam pupilli inclementer habi- XV.
ti, & viduæ per vim ſpoliatæ, & pauperes ma- Viduæ pu-
ximi exactionibus oppreſſi, & mendici in ex- pillique
tremâ inopiâ neglecti, metu quidem ſe formâ in- oppreſſos
obiectent, à quibus injuriam paſſi ſunt, cùm pauperes
ijuari debuiſſent, *tunc ſubiunt juſti* (ſuos ſcili- ſuos ſtu-
cet cenſus eſt ſententia) *in magna conſtantia ad-* Exponens. 5.
uerſus eos, qui ſe angulliarunt: videntes turbabuntur timore horribili.

Quæ verba, tametſi ſecundum literam XVI.
communi ſenſu accipiantur de tempore fu- Quo tem-
turi judicii, quo ante Numinis tribunal pi- pore ſub
ci ejulent homines contra potentes, eſtoque, judicium
præſertim ſuos, hic obtinebunt, cum arrogã- ſuperbos
tiam, & ſuperbiam, quæ eas exaeſtant, ſubin- oppreſſi
de ſuis omnibus tamen reſtituãtur eam accommo- ſuos ſtu-
dati poſſint ad impios, tam ſi quis poſſit ad- dentes
dictos, & illi enim, & per ſe clari, & fruſtra, etiam hyp.
X vioſen-

Cuiacius Colleg

violentiam, fecêre miſeros, patientur in ſaruis, & monſtrifica imagine, tortores ſuos.

XVII. Sed præ cæteris, formidoloſiùs terrebunt illi, quibus aliena improbitas nocuit per corruptelam; initium ab infantibus facio. DEVM immortalem! quàm multi in cunis, in crepundijs paruuli, Lucifero mancipantur à parentibus ſuis, antequam eos nôſſe didicerunt! cúmque iam extra nutricis manus ambulare incipiũt, docentur ſublimi itinere in furca præeuntem patrem, matrémque, ſiue volatu, ſiue equitatu ſequi, & ſuo numero maiorem facere tripudiantium chorum, choraulis ex orco euocatis ad feſtiuam lætitiam. Heu! quale hoc magiſterium eſt, quando innoxia à labe ſoboles, in academia ſathanæ, præceptore parente, imbuitur ijs diſciplinis, quæ in propriam perniciem, & Numinis cedunt injuriam?

Infantes ſeducti à parentibus, eoſdé Spectrorũ formá terrebunt in orco.

Deteſtabile magiſteriũ in academia ſathanæ.

XVIII. Hoc denique eſt illud intolerabile crimen, cuius gratiâ DEVS grauiſſimè apud Jeremiam queſtus eſt, dum indignabundus in has voces erupit: *nónne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli.* (Lunæ) *& libent Dijs alienis, & me ad iracun-*

Ieremi.7.18.

Conſpiratio parentũ & liberorũ in crimen, quàm Deo grauis.

cun-

cundiam prouocent. Pulcherrima sanè conspiratio, quando genitores cum prole, vno conatu feruntur in flagitium. quasi satis non sit perire patrem, nisi etiam filium suo interitu inuoluat; matrem præcipitari in tartarum, nisi trahat filiam quoque secum ad ruinam?

XIX. Sed væ parentibus istis, imò crudelibus tyrannis in viscera sua, à quibus non aliud apud inferos accipiant communicatæ doctrinæ minerual, quàm laruas terroribus armatas. Jpsa eorum soboles se fædâ Vmbrarum specie sistet, & exprobrabit vnum illud perpetuâ querimoniâ, *cur me occidisti?* ô pater! ô mater! per vos staret, essem inter beatos cæli ciues: ad eam me felicitatem Numinis bonitas euehere voluit; iámque post primum Baptismi balneum, viâ regiâ tendebam in cælum. Sed vos me, gradientem bene ad fortunam meam, imprudentem etiamnum, & omnium ignorantem rerum, abripuistis retrorsum, *ad viam latam, & spatiosam quæ ducit ad perditionem.* Hàc ergo ductus, & ah! seductus sum æternùm. primus error vester est; mea altera culpa fuit, magistros parentes secutum esse; nunc communis mihi vobiscum est damnatio. Heu pater! heu mater! cur me in prauum detorsisti, rectè incedentem? cur æter-

Liberorum à parentibus sathanę mancipatorum, grauis aduersùs eosdem in stygę querimonia.

Matt. 17. 13.

nam mihi vitam ademisti? & morte sempiternâ *cur me occidisti?* Jta tibi charus fui, vt nolles gignere nisi miserum? poteram semper felix esse, nisi tu miserum, & omnibus miserandum, & nulli miserabilem facere voluisses. Quid videtur, ô boni, imò & mali, has exprobrantium liberorum juges querelas in orco audire, & vultus videre tristium simulachrotũ, lamentantium fata sua, nunquid graue tormentum erit parentibus, authoribus tam duræ necessitatis?

Querelas audire, & Vmbras videre liberorũ à se corruptorum, grauissimũ Damnatis parentibus tormentũ.

XX. Neque verò aliud expectare poterunt illi omnes, qui aut nequitiâ suâ, aut industriâ, aut vafritie, certè pestilenti familiaritate, & occasionibus ad pessima scelera vltro propinatis, magnum Acherontí incrementum fecerunt. Sunt adolescentes, quos flammæ ibi infernales adurunt, nunquam vsturæ, nisi turpe scortum, & procax lupa, vlulatibus suis hîc expugnâsset eorum animos, & docuisset malis amoribus ardere. Sunt etiam puellæ, quas ignis stygius cruciat, nunquam passuras, si didicissent frigidam venereis cupiditatibus affundere, & insultus amasiorum, riualiúmque, Christianâ fortitudine excipere. Et quotusquisque, sudat in sulphureo stagno, quem Magus aliquis, aut venefícus, aut sagaces mulierculæ, strigésque, siue illecebrâ abominandarum voluptatum, siue

Corrupti ad flagitia mortales, Corruptoribus formidabili se laruâ sistent in tartaro.

siue bono superstitiosæ vanitatis, siue promissionibus mirandarũ artium fascinârunt, vt ruerent cæci in exitium suum?

XXI. Jsti ergo, & quotquot alij in prauæ societatis scholâ, non nisi scelus docti, periêrunt; iam in gehennâ magistris suis, mortuali schemate, continuò occurrant, & singuli singulis pœnarum suarum authoribus, triste illud perenniter inculcant, *cur me occidisti?* vtinam nullus te mihi sol monstrâsset, nulla te mihi familiaritas junxisset; ah! viuerem modò, & viuerem in cælesti palatio, nunquam moriturus. Nunc heu! postquam mutua commercia, & sanguinis necessitudo, & studiorum, vitæque eadem ratio, nos inuicem sociauit, mori cogor, & morte æternâ mori, nunquam victurus verâ, æternáque vitâ. Nocuit te vidisse, te nouisse, tecum egisse, te secutum esse, heu! nocuit, æternúmque nocebit.

Damnati querelę, aduersùs eos à quibus in prauũ detortus est.

XXII. Nemo igitur dubitet; impios in inferno, ingeniosos flagitiorum doctores, calumniatores innocentium, oppressores pauperinæ plebeculæ, exprobrantium quasi voces terrent; &, vt Salomon ait, *sonus descendens perturbat illos, & personæ tristes, illis apparentes, pauorem præstant*, Sanè rea hîc Conscientia admodum est artifex; nam tam-

Si alia desint spectra in orco, ipsa

Damnati Conſcientia laruam ſibi facit.

etſi nocentem, nullum auernale ſpectrum, nulla formidabilis ſpecies infeſtauerit, ipſa tamen Laruam ſe facit, continui terroris inſtrumentum; ipſam Vmbram ſuam damnatus timet.

XXIII. Adagium latinis eſt, *Vmbram ſuã metuere*; translatum vel à melancholicis, qui authore Ariſtotele, propter oculorum imbecillos ſpiritus, in aëre proximo, velut ſuam quandam imaginem contemplantes, arbitrantur ſuos ſeſe videre manes; vel ab his, qui fortè conſpectâ corporis ſui vmbrâ, ſubitò expaueſcunt, vbi nihil eſt periculi.

Roterod. Chiliad. 1. Centur. 5. num. 65.

XXIV. Et fuiſſe dicitur, quem olim ponè inſequens Vmbra, ſpectante altiſſimo ſole, adeò perterrefecit, vt ſtricto eam ferro petere cogitauerit. Sed exanimis illa forma (vt eſt doctiſſima imitatrix) omnem corporis ſui aſſultum, motum, declinationem, ad inuidiam vſque æmulata, eodem artificio, quo petebatur, iam cæſim, modò punctim, conatum, impetúmque contra ſe ferocientis, nõ tam hoſtis, quàm amici, fregit. Denique perſuaſum habuit is, quis duellum Vmbræ ſuæ indixit, nihil eâ cautiùs eſſe, nihil infeſtiùs. Metuens autem, ne à tergo hic ipſum lictor aliquando opprimeret, oraculum adijt, reſponſúmque accepit; *cole perſpicua.*

Quidam cũ Vmbra ſua digladiatur.

Potes

XXV. Potes hîc cachinnos tollere, & hanc ſtatariam pugnam, velut ludicram, & ridiculam inter panicos terrores, exſibilare. Sed flebis, ſi inſpexeris quotidianum illud certamen, quod Conſcientia apud damnatos mortales gerit, cum animo ſibi malè conſcio, obtrudente æternas monſtrorum ſpectrorúmque Vmbras; quas vt effugere ſemper volunt, ita nunquam poſſunt. Præclarè ad ſcopum noſtrum Iſidorus; *omnia fugere poterit homo, præter cor ſuum; non enim poteſt à ſe quiſquam recedere; quocunq; abierit, reatûs ſui Conſcientia illum non derelinquit.* Et Philoſophus ita de homine impio loquitur: *multis ſe modis ſemper fugit; ſed quid prodeſt, ſi non effugit? ſequitur ipſe, & urget grauiſſimus comes*; praua ſcilicet mens, fæcunda terrorum parens.

Damnatis continuum cum Laruis & vmbris, bellum eſt.

Iſidorus in Syn.

Apud Senecã de tranquill.

XXVI. O! quiſquis Manes tuos, & triſtes Vmbras, Conſcientiæ malæ peſſimum partum, vis evitare, ex diuino, veróque oraculo, *cole perſpicua.* hoc age, vt animus tibi ſemper à crimine purus ſit; ita in lucidam cæli regiam admittêris, nunquam detrudendus ad æternas inferorum tenebras, vbi Spectra & laruæ obambulant, in formidinem perditorum.

Spectra, tartareáſq; vmbras effugit, qui purã amat Conſcientiam.

PARAGRAPHVS V.

CONSCIENTIA SVA SCELESTIS, incutit Fulminum timores, orbe vtroque.

I. PAradoxum pluribus dicere videbor, si cõtendere velim æquè jucundum, facile, ſuaue hominibus eſſe ſtudium virtutum, atque vitiorum. Habeo tamen Senecam, ex gentilitate cæcâ oculatum Philoſophum, qui mecum ſentit. Eius ſunt iſta: *ſanabilibus ægrotamus malis, & ipſa nos in rectum genita natura, ſi emendare velimus, juuat. Nec, vt quibuſdam viſum eſt, arduum in virtutes, & aſperum iter eſt; plano adeuntur. facilis eſt ad beatam vitam via. Inite modò bonis auſpicijs, & ipſo Deo bene juuante; multò difficilius eſt, facere iſta, quæ facitis. Quid enim manſuetudine animoſius? quid irâ laborioſius? quid clementiâ remiſſius? quid crudelitate negotioſius? vacat pudicitia, libido occupatiſſima eſt, omnium denique virtutum tutela facilior eſt; vitia magno coluntur.*

Seneca lib. 2. de Ira c. 13.

Suauiùs multò virtutibus nauatur opera, quàm vitijs.

II. Sanè magno, quia grauem poſt ſe pœnam trahunt, eámque in vna Conſcientia multi-

multiplicem, vt iam in ſuperioribus explicatum eſt; neque tamen omnes ad fundum exhauſimus, reſtant plures; & ex illis Fulmina, quæ nocens impij hominis animus, aut cudit ſibi, aut iam à Deo cuſa, velut ſemper contra ſe ruitura timet. Scitè de facinoroſis mortalibus Poëta:

Sceleramagno conſtant.

Conſciẽtia mala impijs fulmina cudit.

Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat, exanimes primo quoque murmure cæli.

Iuuen. ſat. 13.

III.

Ex horum numero quondam fuit Caligula Cæſar, eò infortunatior, quòd ſub oſtro & auro ſemper paueret. Jta enim ſuis flagitijs incitabatur, vt, tametſi non ſupra tres noctu horas quieſceret, neque tamen illam quietem tam breuem, placidam habere potuerit, ſed interruptam pauidis rerum imaginibus. quin etiam, vt Suetonius meminit, *ad minima tonitrua, & fulgura conniuere, caput obuoluere; ad maiora verò proripere ſe è ſtrato, ſub lectúmque condere ſolebat.* Jta nuſquam tuta eſſe ſcelera poſſunt; & quanquam multos fortuna liberet pœnâ, metu tamen neminem; infixâ ſemper animo eius rei auerſatione, quam natura, & recta ratio damnauit. Hinc quoties cælum

Tonitrua, & fulgura timet Caligula Cęſar.

Sueton. c. 50. & 51.

mugit, quoties inter fulgetra colliſæ nubes obmurmurant, ſuſpicantur ſe peti, quos culpæ ſuæ reos faciunt.

IV. Præſertim vero continuis affliguntur terroribus, & quaſi ſemper ruituris contra ſe fulminibus, quos ſemel afflauit, illud Judicis Dei terribiliſſimum verbum, *diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* O quale hoc tonitru? quantum in voculis pauculis Fulmen? quàm ſæuum? quàm penetrans? quàm feriens? quàm vrens? quàm durans? æternitati commenſuratur!

Sententia Judicis Dei, fulmen eſt Damnãdis. *Matt.* 25. 41

V. Grauiſſimè ſuper hoc argumento, & fulminatrice Judicis Chriſti ſententia, Gregorius M. diſſerit, explanans illud Jobi; *mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Quid appellatione fulminum* (inquit) *niſi tremendæ illæ extremi Judicij ſententiæ deſignantur? quæ idcirco fulmina vocantur, quia nimirum eos, quos feriunt, in perpetuum incendunt. Fulmina namque ſuper eum Paulus venire conſpexerat, cum dicebat; quem Dominus IESVS interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentûs ſui. Hæc autem quæ in eum mittentur fulmina, ad locum alium*

D. Greg. in Expoſit. moralis, lib. 34. in c. 41. Iobi, ſuper illo, mittet contra eum fulmina.

non

non feruntur, quia juſtis gaudentibus ſolis, tunc reprobos feriunt.

VI. Pagana antiquitas Joui olim ſymbolũ fulmen dedit, fecítque; quemadmodum talaribus Mercurium inſigniuit, tridente Neptunum, Bacchum pampinis, ſpicis Cererem, Dianam canibus, pauone Junonem, aliter alios Deos, Deásque. Sed quia iſtis omnibus, velut ſupremum Numen Jupiter eminere credebatur, hinc locum altiſſimum, ſiue nubes, ſiue cælum, & poteſtatis ſuæ ſignum, ſimúlque juſti furoris inſtrumentum in flagitioſos mortales, Fulmen accepit, retinuítque velut ſibi proprium.

Fulmen Iouis ſymbolum apud veteres.

Pierius Valerius lib. 43. de Fulmine.

VII. Sanè, cum Salmoneus quidam diuinos honores petulantiùs ambiret, Jouémque ſupra æneum pontem tonando, & jactis indè facibus, velut fulminibus imitaretur, ipſe fulminatus, atque ad inferos detruſus, temeritatis ſuæ pœnas luit, vt Poëtarum princeps Maro his verſibus conſignauit:

Salmonei temeraria ambitio, fulmine caſtigata.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans,

Virgil. lib. 6. Æneid.

Per

Per Graîum populos, mediæq; per Elidis vrbem.
Ibat ouans, Diuúmque sibi poscebat honorem;
Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum curſu simulârat equorum,
At Pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit, non ille faces, nec fumea tedæ
Lumina, præcipitemque immani turbine adegit.

VIII. Sed miſſis fabulis, & anilibus ſtultiſſimarum Gentium deliramentis, nemo veriùs in manu fulmen habet, nemo id certiùs, fortiúſque iacit, contra facinoroſos mortales, quàm Dei Filius, Judex humani generis, quoties verbum illud nunquam reuocandæ condemnationis vibrat in perditos: *Diſcedite maledicti, in ignem æternum.*

Fulmen in manu, imò ore habet Chriſtus Iudex.

IX. D. Gregorij Nazianzeni de S. Baſilio, elegans hæc quondam cenſura fuit: *tonitrua erat ſermo tuus, at vita fulgur.* Ego multò rectius de Saluatore noſtro, & futuro impieta-

pietatis vindice dixero: sermo tuus, vox tua, verbum tuum, fatalis sententia ex ore tuo proditura, tonitru, fulgur, fulmen est. Profectò enim quotquot siue apud arcanũ post mortem cuiúsque tribunal, siue in publico orbis vniuersi judicio, audient aliquando paucula ista è solio pronuntiantis, *discedite maledicti*, velut fulguriti & fulminati, ruent in tartarum.

S. Basilij verba tonitru sunt. vox Christi Iudicis, & tonitru, & fulmen.

X.

Annales Patrum è D. Francisci familia, memorant, tres fidissimos sodales aliquando in campum animi causà se contulisse; cum ecce tibi sæua tempestate comprehensi sunt, antequam sensêre. Nam subitò densari nubes, aër obtenebrescere, mugire Cælum, frequentia inter alternos boatus fulgura discurrere, malúmque exitiale minitari. Jnter hæc, vox audiebatur, supra Manlianum potens imperium: *feri, feri.* Dictum factũ; cum verbo fulmen cecidit, elisóque è socijs vno, reliquos metu, ac pauore consternauit. Accessit mixta timori solicitudo, quia inter noua iterum Cæli murmura, nouam vocem audiunt, ingeminantem vt prius, triste illud: *feri, feri.* Simúlque & alter momento fulminatus est.

Generalis hestoria PP. Franciscanorũ. lib. 8. cap. 22.

Ad imperium vocis peregrinæ in nubibus, fulmen ferit ambulantes socios.

XI.

Jamque tertius ante se duos Achates, duo funera conspicatus, quid aliud sibi polliceri

liceri poterat, quàm ſimili fato mox ſe tertium funus adjunctum iri? indignante ſupra ipſum etiam cælo, & flammas cum perpetuis mugitibus eiaculante. Dum igitur exeundo periculo diuerticula quærit, & latebras; intelligit denique nullum fulmini potentius ſcutum obijci, Matris Virginis patrocinio. Eapropter oculis, animóque in ſublime erectis, poplite humi nixus, precę ſupplici, formulâque Eccleſiæ conſuetâ, MARIAM ſic inuocat: *Sub tuum præſidium confugimus, Sancta Dei Genetrix, noſtras deprecationes ne deſpicias, in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos, ſemper Virgo glorioſa, & benedicta. Domina noſtra, Mediatrix noſtra, Aduocata noſtra, tuo nos Filio reconcilia, tuo nos Filio commenda, tuo nos Filio repræſenta.*

Deiparam inuocat periclitans de fulmine.

XIII. Vix iſta homo trepidus finijt, & iam tertium ex nube imperium aduolat: *feri, feri.* Sed quaſi ab animato fulmine reſponſum eſt, *non poſſum*; quod Auguſtiſſima Virgo, DEI Parens, brachium ſuum, manúmque opponeret. Tanti eſt vel leui obſequio hanc Matrem ſibi demereri, feliciſſimum adverſùs omnia mala clypeum.

B. Virgo fulmini opponit manũ ſeruando clienti.

De pio

De pio justóque confidentissime Dauid affirmat: *cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Plùs ego aliquid aio, etiam de scelerato, qui fulminante identidem cælo, non tamen afflatur nocituris ignibus, quia *Domina opponit manum suam.* Sed nempe, id Virgo agit Deipara in hoc duntaxat orbe, vbi nunquam non locus est misericordiæ. Nam in illo altero, vbi vindex Justitia quasi omnem clementiam, gratiámque proscribit, nullum fulmen arcetur, quod semel in caput impium torserit æquissima Numinis seueritas. XIV. Psal. 36. 25.

Jtaque cùm primum Judex Christus, damnatis ad tartarum mortalibus fatale illud verbum occinuerit, *discedite á me maledicti, in ignem æternum.* jam nullo prohibente, alia super alijs ignita jacula irruunt, vel quasi irruerent, timentur; non alio cusa cyclope, quam vindice animo, semper formidante, & sibi ipsi formidines suas objectante. Certè enim, postquam semel audierit homo perditus decretoriam Judicis sententiam, Fulminis vice in se missam, quasi eam semper audiret, & continuum Fulmen exciperet, nocens Conscientia authori scelerum perpetuò repræsentabit. XV. Conscientia mala, perpetuò fulmina objcit Damnatis.

Natra-

S. C. Ce qui a esté fait par le Concile de Nicée, touchant la Pasque, & les Canons qui ont esté faits par les Apostres, & par les Conciles precedens, demeurent en leur force & vertu. Et pour ce que plusieurs ont entrepris de faire des Canons contraires aux Canons Apostoliques, & aux Canons des Conciles precedens, & qu'ils ont voulu introduire des choses qui troublent le peuple, & qui sont nuisibles à la Religion Chrestienne, & qui blessent la Foy, & qui font mauvaise reputation à la Religion Chrestienne, & qui ne sont pas bonnes, ni utiles à l'Eglise, ni à la Religion Chrestienne, ni à la Foy, ni à la Discipline, ni à la Morale, ni à la Police, ni à la Paix, ni à la Concorde, ni à la Charité, ni à la Pieté, ni à la Vertu, ni à la Sainteté, ni à la Justice, ni à la Verité, ni à la Raison, ni à la Nature, ni à la Coustume, ni à la Loy

ſtygis victimam, luſtrare velimus alios, quos æternis ignibus olla infernalis coquit, reperiemus potiſſimam pœnarum partem eſſe, timorem nouorum fulminum. Poſtquam enim iam ſemel eos juſtiſſimus vindex DEVS, hac ſuâ irreuocabili ſententiâ fulminauit, *diſcedite à me, maledicti, in ignem æternũ*, Conſcientia ſui impotens, & formidinis, timorúmque parens, perpetuò hæc miſeris grauiſſima verba reuocat, auribúſque Numinis decretum ita ſemper obijcit, ac ſi iterum iterúmque eos, imò ſingulis momentis præteritum ſemel Fulmen afflaret. Jta nunquam (quod calamitatem auget) ſine nouæ pœnæ ad veteres dolores acceſſu, damnatis mortalibus verbum illud renouatur, *diſcedite maledicti.*

Damnati æternis quaſi fulminibus petuntur.

XIX. Hîc finem capiti facio, quo prolixè ſatis oſtenſum eſt, quàm animus nocens, ſeu Vermis Conſcientiæ, varius ſit futurus tortor, ac Carnifex ſceleratorum apud inferos. Nunc deſcendamus ad mali Vermis dentes, morſúſq; aliquot, proſcriptorum è cęlis exulum, iámque miſerorum in tartaro ciuium, non leue tormentum.

LIBER QVARTVS

DE VERME

MALÆ CONSCIENTIÆ, EIVSQVE MORSIBVS, QVIBVS DAMNATOS MISERABILITER EXCRVCIAT.

CAPVT I.

ACCVSATIO SVI ÆTERNA, grauis eſt Morſus, quo affligentur à Verme Conſcientiæ, perditi apud inferos mortales.

I. HABENT aues aliæ laudem ſuam à docilitate; aliæ ab indolis facilitate; quibuſdam colorum pulchra varietas, alijs pernicitas volandi dedit elogium; nonnullas melos ſuum, & ſuauis cantilenæ artificium ſupra cæteras extulit. Jnter has, Anſeres, humanis vſibus opportuniſſimæ volucres, à vigilijs atque excubijs commendationem acceperunt. Ciceronis ſunt iſta: *Anſeribus cibaria publicè locantur, & ca-*

Anſeres ob vigilias cõmendati.

Cicero in oratione pro S Roſcio.

nes

nes aluntur in Capitolio; vt significent, si fures venerint.

II. Et sanè præ canibus Vrbem quondam, sedem ac domicilium Jmperij, vnà cum Capitolio seruârunt Anseres; quarum vigilantiam, non sine æternâ facinoris gloriâ, posteritati ttansmisit populus Romanus; Plutarcho affirmante, se adhuc superstite, *quotannis canem, cruci affixum, in solenni pompa fuisse circumgestatum; similiter & Anserem, sed intertextæ vesti stragulæ mollissimè incubantem: quòd Gallis Capitolio imminentibus anseres vigilassent, canes stertuissent.* Factum est igitur, iam inde, vt anser in custodiæ symbolum acciperetur à maioribus.

Plutarchus lib. de fort. Rom. Plin. lib. 29 c. 4.

Canis cruci affixus.

Anser quot annis Romæ per vrbẽ in puluillo circũgestatus.

III. Quanquam non incommodè eadem auis, hieroglyphicè possit pro accusatoribus poni, vt qui perpetuò obstrepant more anserum, quibus natura negauit tacere diu posse, nisi ipsi sibi faciant violentiam, garrulúmque os oppleant, clangori cohibendo. Jta Ælianus autor est; cum gregatim Taurum montem transvolant, quem aquilæ magno numero occupare solent; metu hostis vndique circumfusi, singulos lapidem mordicus rostro tenere, & necessitatem con-

Ælianus lib. 5. de animal. c. 29.

Anseres lapidẽ rostro tenent, ne garrulitate

suâ prodantur aquilis.

conticendi imponere. Vbi tamen exiuêre periculum, abjecto calculo ad ingenium redeunt, & consuetam garrulitatem.

IV. Accusatoribus inter homines similli-

Calumniatores anseribus similes.

mus mos est, præsertim quos turpis æmulatio, aut vindictæ feruor, aut alienæ fortunæ inuidentia facit eloquentes. Nesciunt isti tales silentij frenum capere; sed quemadmo-

Iob cap. 32. v. 18. 19. 20.

dum Eliu apud Jobum aiebat; *plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei: en venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit; loquar, aperiam labia mea.* Jta illis prurit in loquacitatem lingua, audéntque vana, falsa, ficta, veris miscere: præter aureum bolum vix eis quidquam os occluserit; veritas & aliena innocentia nimis impotentes sunt, rarò faciunt obmutescere malevolentiam.

V. At enim, noui ego accusatorem vnum,

Conscientia accusatrix impio iugiter obstrepit.

qui vti verissima semper obtrudit nocentibus crimina, ita nullis comminationibus, blanditijs nullis, neque auri, aut argenti promissionibus, corrumpi ad taciturnitatem potest: &, si nescis, mala est impiorum Conscientia, quæ reum animum nunquam non ad domesticum tribunal vocat, semper accusat, accusatum conuincit, conuictum damnat.

Diui-

VI.

Diuinè omnino, appositéque aureus orator Chrysostomus ait : *explica mihi* (improbi) *conscientiam, & videbis intus graue peccatorum tumultum, jugem metum, tempestatem turbationum videbis, velut in curia mentem ad thronum conscendisse, & tanquam iudicem quempiam sedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo suspendentem, lateráque conscientiæ radentem vngulis, pro commissis vehementer inclamantem, cùm nemo sciat, nisi quod solus Deus hæc videre nouerit. Etenim qui committit adulterium, etiamsi millies fuerit diues, etiamsi nullum habeat accusatorem, non desinit tamen intus se accusare. Et voluptas quidem temporaria est, dolor verò perpetuus; timor vndique, ac tremor; suspicio, & anxietas; angulos metuit, vmbras ipsas formidat, suos ipsius famulos, conscios, inscios: illam ipsam, quam corrupit, & virum, quem affecit contumeliâ. Obambulat amarum Accusatorem circumferens Conscientiam, cùm sit suo ipsius judicio damnatus, nec possit*

S. Chrysost. conc. 1. de Lazaro, in c. 16. Luca.

Iudicium supplicium que Conscientiæ, aduersùs sceleratos.

Metus adulterantiũ.

vel ad breue tempus reſpirare. Nam & in lecto, & in menſa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipſis frequenter ſomnijs, hæc iniquitatis ſimulacra videt, ipſiúſque Cain vitam viuit, gemens, ac tremens ſuper terram. Idem patiuntur, & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt, & ebrioſi; & in ſumma, quotquot in peccatis viuunt. Neque enim vllâ ratione judicium illud poteſt corrumpi muneribus.

Sed & aliorum perperam agentium.

VII. Porrò autem nemo putare debet, ſceleratos mortales à Conſcientia ſua in ius rapi, eo duntaxat tempore, quo iſtum mundum incolunt: nam etiam cùm hinc ſine pœnitudine debita exceſſerint, ſecum efferent Vermem ſuum, qui continuis, grauiſſimíſque Accuſationibus, velut Morſibus truculentis, noxium pectus in omnem adeò æternitatem torquebit. Nos capita futurarum Accuſationum, Morſuúmque hoc capite, & ſequentibus paragraphis perſtringemus.

Vermis malus in orbe altero continuis accuſationibus, velut morſibus, cruciabit Damnatos.

PARA-

PARAGRAPHVS I.

VANITAS PRÆTERITORVM, materiam dabit æternæ accusationi; quâ Damnatos mordebit Vermis Conscientiæ.

I. POstquam Cyrus Rex, Chaldæorum imperium ad Persas transtulit, nihil habuit priùs, quàm vt de Judaici populi, Babylonicâ iam diu captiuitate fatigati, libertate cogitaret. Jtaque singulari veri Numinis impulsu (cuius beneficio referebat occupatum à se regnum) facultatem concessit omnibus, qui ex Jsraëlitico genere, suis in regionibus morarentur, in terram patriam remigrandi, & instaurandi templi, quod Babyloniorum manibus subuersum erat: addito in viaticum, auri argentíque liberalissimo subsidio.

Cyrus missionem dat captiuis Babylone Iudæis.

II. Jbat in cætero comitatu Nehemias, vir ex Sacerdotali semine. Hic vbi Jerosolymis vtilem, strenuámque operam, rei sacræ ac publicæ cum Zorobabele nauauerat, ad Artaxerxem, Persarum Regem (apud quem gratiâ plurimum poterat) redijt. Edoctus verò post tempus aliquod, cæptum in patria opus parum promoueri, multum quotidie in deterius collabi; vt erat communis salutis amans, non tantùm grauiter indoluit, verùm

Sanctius in c. 1. lib. 1. & 2. Esdræ.

etiam lacrymas jeiunijs, jeiunia precibut ſociauit, velut hoc pio agmine, Dei mentem euerberaturus.

III. Atque vt populo ſuo vix nuper reſpiranti, iámque iterum nouis miſeriarum difficultatibus intercepto, magis propitiaret Numen, quod vnum ad veniam clementiámque impetrandam, maximi ponderis inſtar fuit, adiunxit iſtam criminum tum ſuorũ, tum gentis ſuæ, ſupplicem confeſſionem: *Confiteor pro peccatis filiorum Iſraël, quibus peccauerunt tibi; ego & domus patris mei peccauimus; Vanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatum tuum, & ceremonias, & judicia, quæ præcepiſti Moyſi famulo tuo.*

2. Eſdræ 1. 9. 6. & 7.

Vanitas plurimis occaſionem causámque dat peccandi.

VI. Eadem hæc eſt iugis querimonia miſerorum apud inferos ciuium, ſeipſos inter æternos fletus, fruſtra incuſantium, ac vociferantium: *Vanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatum tuum*, ô DEVS. Obſecro, quæ vos calamitoſiſſimos mortales Vanitas ſeduxit, mersítque in ſtygiarum pœnarum ineluctabile barathrum? Heu! non alia præter eam, quæ comes eſt illicitarum voluptatum, omniúmque creaturarum toto orbe inconſtans appendix, deplorata-

Damnati ſe ipſos Vanitatis accuſant.

iam

iam olim etiam à ſapientiſſimo Salomone, poſt impleta iſtiuſmodi mentis ſuæ vota, deſideriáque: *Dixi in corde meo, vadam & affluam delicijs, & fruar bonis.* Pulchrum hoc conſilium, quemadmodum executus ſit Rex, & quo vanitatis euentu, diſpiciamus. *Eccleſ. 2. 1.*

V. Et quidem principio ait, *magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos.* Quanta fuerit amplitudo, elegantiáque duplicis palatij, extructi à Salomone; alterius, quod ſaltus Libani dicebatur, & alterius, quod filiæ Pharaonis, ſibi in coniugem aſſumptæ, erexit; loquuntur ſacri, profaníque hiſtorici. Certè Regina Saba; inter multa apud Salomonem admiranda, obſtupuit eius regiam, opus videndum, ſimul & inuidendum. *Eccleſ. 2. 4.* Salomonis regia palatia. *Ioſeph. l. 8. antiq c. 2. Abulenſ. in 3. reg c. 3. 1. & ſeq. 2. Reg. 7. per totũ 2. paralip. 9. 22. 3. Reg. 10. 27*

VI. Pergit ſapientiſſimus hominum, & commemoraturus adjunctas palatijs delitias, *plantaui*, inquit, *vineas, feci hortos & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſiluam lignorum germinantium.* Credibile eſt, Salomonem hac in re vxori ſuæ, filiæ Pharaonis indulſiſſe, quoniam Ægyptijs hortorum cura familiaris erat. quemadmodum etiam Babylone, Phrygius qui- *Eccleſ. 2. 6. 5. & 6.* Salomonis horti, pomaria, piſcinæ.

Diod. lib. 2. cap. 4. dam Rex, incredibili impensâ, hortum excitauit pensilem, in gratiam conjugis; quæ, cùm esset Persa genere, cupiebat in montibus videre prata, ex more Medorum, Persarúmque. Itaque & noster sapiens, Reginæ suæ facturus oblectamentum, tum arbores balsami feraces, succóque suo precioſas, tum altissimas cedros, nunquam priùs in Judæâ visas, pulchro ordine in quincuncem disposuit, simúlque fontium & aquarum ductibus ita rigauit, vt perpetuo virore, vmbráque suâ, gratissimum oculis spectaculum facerent.

VII. Progreditur Salomon: *possedi seruos & ancillas, multámque familiam habui, armenta quoque, & magnos ouium greges, vltra omnes, qui fuerunt ante me in Ieruſalem.* Nominauerat olim Abraham expeditos ad bellum vernaculos, trecentos octodecim. Quis dubitet, longè copioſius fuisse Regi famulitium. Vniuersam autem Salomonis familiam supra quadraginta octo hominum millia excreuisse, grauis autor testatur. De numero communis pecoris, conjectura fieri potest, ex multitudine equorum, tum currulium, tum equestrium, quos ad quinquaginta millia sexcentos ascendisse, doctissimus Lorinus affirmat.

Eccles. 2. 7.

Salomonis regia familia.

Gen. 14. 14.

Villalpandus tom. 2. lib. Ezech. disp. 3.

Lorinus in Eccles. 2. 7.

Sed

VIII. Sed porrò Rex noſter; *feci mihi*, ait, *cantores & cantatrices, delicias filiorum hominum.* Magnam vim habet Muſica in hominum animos, poſtquam feras etiam docuit manſueſcere; quin & aquam, graue elementum, ſubſilire. Nam ſi Polihyſtori fides danda, memorat, in Haleſina regione fontem, cæteroquin tranquillum, ac quietum, cùm ſiletur; ſi inſonuerint tibiæ, exvltabundum quaſi ad cantûs, ſoníque dulcedinem, vltra marginem intumeſcere. Rectiſſimè igitur honeſta muſices oblectatio, multarum gentium approbatione cœpit etiam condimentum fieri menſarum, quo ſine, neque Salomoni regiæ epulæ ſapuerunt.

Salomonis Muſici.

Polyhiſtor cap. 11.

Fons Haleſinus ad tibiæ ſonum exultat.

Muſica epularii condimentum.

XI. Ex cuius inſuper confeſſione, iſta manârunt: *coaceruaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias regum, & prouinciarum: & ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ieruſalem.* Jmmenſis opibus Salomonis quondam ærarium excreuiſſe, ſatis innuit ſacer codex, cùm aſſerit, eius tempore tantam in vrbe Jeroſolymitana argenti fuiſſe abundantiam, quanta lapidum erat, & collectum *vt auricalchum aurum, & vt plumbum, argentum.*

Eccleſ. 2. v. 8. & 9.

Salomonis immenſæ diuitiæ.

3. *Reg.* 10. 27.

Eccleſ. 47. 20.

Equidem

X. Equidem res iſta fit credibilior cogitanti, eiuſmodi diuitias à Dauide filio ſuo fuiſſe relictas, quales nemo alius Regum poſt ſe depoſuit hæredi. Accedit, quod latè dominatus eſt Salomon, neque tantùm in feraciſſimis regionibus, ſed etiam annis quadraginta, ſpacio temporis longo, eóque toto pacatè. Vt nihil dicam de vectigalibus, negotiationibus, muneribus ampliſſimis, quibus eum Reginæ & Reges demereri ſtudebant, præſertim quando eundem etiam *magni Regis* titulo decorârunt.

Vnde Salomoni tantæ opes accreuerint.

Euſeb. 9. de prapar. cap. vlt.

XI. Itaque cùm hæc, & ſimilia alia conſiderâſſet, ſagaciſſimus in ſcriptura commentator, reuocaturus ad calculum Salomonis opes, ait, eas excurrere ſupra quater mille, ſexcentos, octoginta ſex milliones auri. Summa citiùs prolata, quàm vel colligi poſſit, vel numerari. Et, quia nihil magis eſt homini volupe, quàm frui bonis, quæ quiſque labore ſibi improbo peperit; hinc opulentiſſimus Hebræorum Regum Salomon, velut compendium felicitatis ſuę daturus, ſubjunxit citato capite; *& omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis; nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram; & hanc ratus ſum partem meam, ſi v-*

Lorinus hic ad cap. 2. Eccleſ. v. 8.

Calculus de opibus Salomonis, & auri copia.

Eccleſ. 2. 10.

Liberaliter ſibi indulſit Salomon.

terer

Digitized by Google

terer labore meo. Quàm verò liberaliter effuderit animum ſuum, tum in alias oblectationes, tum verò maximè in carnis illecebras delicioſiſſimus Rex, loquuntur palàm ſacri faſti. 3. *Reg.* 11. 3.

XII. Adoleſcentiam ſuam damnauit ſenex Salomon.

Nunc, quid videtur nobis, cùm hæc omnia ad votum ſuum habuit Salomon, tot tantáque irritamenta, atquè experimenta voluptatum tam multiplicium, numquid beatus fuit, & inter cæteros de medio grege mortales, Semideum ſe aliquem iactauit in terris? Fortaſſis id quidem fecerit in primo laſciuientis adoleſcentiæ æſtu, atque efferuueſcentis pruritu juuentæ. Sed poſtquam in frigidum deflexit ſenium, nullámque ex rebus creatis ſatietatem, multum doloris ſenſit ex mala indulgentia animo acceſſiſſe, creditur pœnitente calamo, in argumentum reſipiſcentiæ, ſcripſiſſe ſequentia: *cúmque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus Vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.*

Hebraorum hic ſenſus eſt apud S. Hieron. in c. 1. Eccleſ.

Eccleſ. 2. 11.

XIII. Magna Vanitas poſt omnes Salomonis conatus.

Quæſo te, mi bone, exſpatiare mecum mentis tuæ volatu in terram, quam Chriſti pes ſanctam, famosámque fecit: confer te in reginam vrbium Jeroſolymam, & circumſpice,

In Ædificijs. ſpice, quo loco ſurgat Salomonis regia, tredecim annorum ſpatio, magníſque molitionibus extructa. nuſquam ampliùs reperies, dudum collapſa eſt, vix ſuperſunt rudera, nobiliſſimæ antiquitatis veſtigia. Vbi verò In Hortis. horti, regiâ manu non tantum artificiosè, ſed etiam preciosè conſiti? vbi peregrinæ arbores? flores? herbæ? pridem interiêrunt omnia; ſenio ſuo cedri emortuæ ſunt, omnis balſami liquor, omnis floſculorum odor, omnis hortorum gratia expirauit.

XIV. Sed nunquid aliquis eſt ſuper, de copioſo miniſterio, aut ampla domeſticorum, In familia regia. aulicorúmque turba? nunquid de citharædis, cantoribus & cantatricibus, quorum In Muſica. ſuauiſſimis modulis Regis cor inter dapes, poculáque ſerenatum quotidie fuit, atque in hilaritudinem ſolutum? At enim, & iſti iam olim obmuteſcere cæperunt, & illi deſiêrunt officioſi eſſe; poſtquam pluribus abhinc ſæculis, vtroſque ſuus ceſpes, aut lapis ſub tumulo premit.

XV. Par eſt ratio cum omni Salomonis gloria, potentia, opulentia, delicijs maieſtate; In potentia, opulentia, gloria, delicijs. quadraginta non ampliùs annis durârunt, poſtea cum ipſo extincto extincta ſunt omnia; quia æterna non fuerunt. vt rectiſſimè etiamnum viuus Rex, libro ſuo, quem Eccleſiaſten nominant SS. Patres, hunc in-

fron-

fronte titulum præfixerit; *verba Ecclesiastæ, filij Dauid in Ieruſalem: Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Eccles. 1.1.

XVI. Hanc rerum terrenarum vanitatem, omnium optimè perſentiſcunt conclamati apud inferos mortales, & quam hîc vixerunt vitam, damnant velut breue ſomnium, quo viſi ſunt duntaxat beati, & fortunati eſſe, non fuerunt. Jámque nimis verum eſt illud de hominibus vitiosè cupidis, *dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Psal. 75.6. Relinquuntur opes in terra, cùm migrandum hinc eſt; ad orcum non fertur aurum, argentumúe; aut, ſi eò defertur, liqueſcit inter Stygios ignes, ad ſupplicium auarorum. nihil itaque ſolatij ibi in manibus ſuis reperiunt ex omni illa ſubſtantia, quam vi, fraudibus, iniquis exactionibus, & depeculationibus corraſerant.

Damnati vanitatē rerū terrenarum, ſerò nimis agnoſcunt & damnant.

In opibus.

XVII. Sic neque Veneris ſectatores, neque Epicurei helluones & bibones, neque honorum aucupes, quos orcus iam coquit, quidquam in faucibus, gulâ, ventre, corpore, præteritarum voluptatum inueniunt; euanuerunt poſt momentaneum vſum omnes deliciæ, nullâ æternitate redibunt. Quod ipſum

In voluptatibus, honoribus.

ipsum dissimulare non possunt, quos breuis voluptas, volaticum bonum, vmbratile gaudium, in morte destituit hiantes, affixítque inferno non refigendis clauis: quin etiam tristissimis lamentis tartarum implent, indignabundi super vanissima rerum creatarum vanitate, quibus quondam animum suum malè mergi permiserunt, Dei infiniti atque immortalis boni capacem.

XVIII. *Nos insensati*, aiunt, *errauimus à via veritatis: transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquã nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, non est vestigium inuenire; aut auis, quæ transvolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius; aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aër continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius. Sic & nos nati, continuò desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malitia autem nostra consumpti sumus. Talia in inferno dixerunt hi, qui peccauerunt.* Breuis accusatio, sed plena luctuosis affectibus; deprompta aduersùs seipsos, à confitentibus reis.

Sap. 5. à v. 9. vsque ad 15.

Lessum sibi canunt Damnati, & deplorant vanissimam temporaliũ bonorum vanitatem.

Et

Pferden/ wie sie zu erkennen/ vnd
wie man sie curiren vnd heilen
soll.

Pferden/ wie sie zu erkennen/ vnd wie man sie curiren vnd heilen soll. 11

manentia cum his, quæ auolant; & ea, quæ nobis illic graue ſupplicium paritura ſunt, cum his, quæ in futuro ſæculo felicitatem ſummam afferunt? Hæc, obſecro, omnia conſiderantes, dilecti, magnámque noſtræ ſalutis curam habentes, aſpernemur delicias inutiles, & perniciosas, vitæ faciamus nouationem, ac quotidie ad agenda bona opera feſtinemus.

XXI. Damnati vanitate decepti, infantiam ſuam accuſant.

Jſtud quia facere neglexerunt impij, deuotæ Lucifero hoſtiæ, iam æternis lacrymis infantiam ſuam deflent; quin etiam grauiſſimâ ſeipſos incuſatione perpetuò fatigant, ſeductos nimirum vaniſſimis ad momentum bonis; quibus ſi cælum præpoſuiſſent, poterant ſemper beati eſſe; nunc niſi miſeris eſſe nunquam licet ampliùs. Hoc præmium dementiæ accipiunt mortales, quando faſcinari ſe patiuntur à Vanitate vnius voluptatulæ, eodem momento & naſcentis, & morientis.

PARA.

PARAGRAPHVS II.

CACODÆMONI VANISSIma pollicenti, detrahenda larua, ne deceptos olim, in Erebo Vermis Conſcientiæ mordeat.

I. REctè olim Dauid exclamabat, *filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis Vanitatem & quæritis mendaciũ?* quaſi ſubmoneret regius Vates, dicerétque laruam vafro dæmoni detrahendam eſſe, neque inanibus eius pollicitationibus fidem adhibendam; vt, cùm ſeruis ſuis ambabus manibus offert carnalium illecebrarum oblectatiunculas, magnas opum acceſſiones, conſtantem ſecundæ fortunæ allapſum, ſanos, longóſque vitæ huius annos; pulcherrimas inſuper ſcientias, abſentia velut præſentanea cognoſcendi; perdita recuperandi; theſauros, vbi, vbi ſub tellure latent, eruendi; Jouem æmulandi, cùm tonat & fulminat; penetrandi in furca aërem, volucrum more; faſcinandi circumſtantium oculos; medicandi quibuſuis ægritudinibus:

Pſal. 4. 3.

Sathan inanibus pollicitis quàm diues?

II. Hæc aliáque plura talia, mortalium animos trahunt ad ſathanæ obſequiũ. fraus omnis eſt in ſchemate, & largis promiſſionibus, quæ vt ſpei multum faciunt, ita parùm

Promiſſiones Luciferi multum

ſpeĩ faciũt, parum rei exhibent.

exhibent rei; quia diu pollicitis vti non conceditur. Optimè igitur Citharædus Dauid inculcat, *filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* omne gaudium, proſperitas omnis, & quidquid copiarum, gratiarum, ſcientiarum, profectum ex ſathanę munificentia ſuſpicitis, eodem temporis punctulo, cum vita hac mortali tranſit, & tum modò demonſtrat vanitatem ſuam, cùm euanuit. O! quiſquis ſapis, ne crede Lucifero, & ſocijs genijs; eorum promiſſa nituntur hinc vanitate, illinc mendacio, vtrinque inſtabili fundamento, & ruituro in ſingulas horas: olim etiam damnando ab accuſatrice Conſcientia & Verme damnatorum.

Nituntur hinc vanitate, illinc mendacio.

III. Pollicetur nonnunquam Cacodæmon homini ſatietatem, ſi ei famulari velit; & tamen, quidquid denique egerit, ſaturare non poteſt; ſemper in terris aliquid deeſt animæ, æternæ beatitudinis capaci. Subinde diabolus juratò affirmat, ſe homini ſeruo ſuo, veram libertatem daturum; neque efficere poteſt; quia pugnat ſimul, mancipium dæmonis eſſe, & verè liberum.

Spondet fallaciſſimus Dæmon, mancipijs ſuis ſatietatem.

Libertatẽ,

IV. Aliquando mille artifex ſpiritus, ſecuritatem ſpondet ſequacibus ſuis. ſed qualem ſecuritatem habebit impius, qui DEVM ſibi hoſtem

Securitatem,

hoſtem fecit, vbique præſentem, vbique potentem vindicare! Quin etiam non rarò, alumnis ſuis Rex ſtygius promittit tempus pœnitendi, ante vltima fata, vitámque in melius emendandi. Et hoc quàm luculentum eſt mendacium! conſtat enim, id vnum ſolertiſſimè inimicum humani generis ſatagere, vt nemo vnus inter ſceleratos reſipiſcat ad ſalutem, cùm vltima mortis neceſſitas vrſerit. Spatium pœnitendi.

V. Felicitatem vtróque orbe.

Tandem & illa eſt inaniſſima ſponſio, cùm malus genius, plenis buccis aſſerit famulitium ſuum omne, gloriam, diuitias, delicias, felicitatem, in hoc alteróque ſimul orbe ſecum habiturum; bona nunquam ampliùs amittenda, cùm ſemel poſſeſſa fuerint eius liberalitate. O! nimis verum illud, *mentita eſt iniquitas ſibi.* **Et tamen ſunt malè creduli mortales, qui patri mendaciorum diabolo, fidem habent, ſéque inſuper eius ſeruitio addicunt, prouocati magnificis, ſed vanis promiſſis.** *Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? clamat Solymæus Rex.* Ne permittite, quæſo, naſutuli; vt vos naſo ſuſpendat Cacodæmon, & quos non habet, aureorum ſpe montium fallat, deceptione nullo amplius æuo corrigendâ. *Pſal.* 26. 12. Aureos montes.

puteos, alueos, fluuios, maria; quia finitis clauduntur terminis omnia, neque in immensum se porrigunt. Interea labentur complures annorum milliones; post quos tamen nemo verè dixerit Æternitati aliquid decessisse.

III. Sed si placet, ab aquis ad terram veniamus, communem parentem, hominum pariter & animantium. Inter has vna est, quam *Pigritiam* vocitant, nomen claturâ à pigerrimo motu acceptâ. De hac Maffeius, dum Brasiliam, noui orbis partem describit, ista adfert. *Valde etiam inusitatâ & effigie & naturâ, est animal, quod à re ipsa Lusitani Pigritiam appellant, Cerigonum ferè magnitudine, sed rostro fædiore ad aspectum, & vnguibus ad digitorum similitudinem prominentibus. Huic ex occipitio existens coma ceruicem velat, lentóque ipsa ventris adipe verrit humum; neque vnquam in pedes exurgit. denique tam tardè mouetur, vt quindecim ipsis diebus ad lapidis ictum continuo tractu vix prodeat. Victitat arborum foliis, & in earum cacuminibus degit plerumque: quarum in ascensu biduum circiter, tantundem in descensu ponit.*

Petrus Maffeius hist. Indic. lib. 2.

Pigritia, animal à pigro tardóq; incessiu sic appellatũ.

æernitate pœnarum.

do millies, momentaneas delicias, longissimo temporis spatio, intermino, sempiterno plectandas, in quo plures sint annorum myriades, quàm cœli omnes numerant sidera, vastissimum mare conchas, altissimi montes arenulas, guttas pluuiæ omnes, flosculos horti, campi gramina.

V. Quàm graue doloris sit auctarium, pœnæ prolixitas, vel hinc liquet, quòd non rarò perbreuis mora, præ tormenti acerbitate, mortalibus in hac vita credatur excrescere in immensum; ita nec spes quidem certa, terminandi paullò pòst supplicij, mitigare semper potest præsens incommodum. Quid fiet apud illos, quos æternus Auerni carcer captiuos tenet? Horulæ paucæ, paueuli dies his talibus videntur complures anni. credunt transijsse sæcula, cùm quadrantes fluxerunt. singula momenta propter multiplicis enormitatem cruciatûs, ingentem tædij materiam suggerunt, malum quouis alio (si copia sit) permutandum; verissiméque dici potest, dies hesterna, hodierna, horula vna, minima quadrantis portio, minutissimum temporis punctulum, ante oculos Damnatorum, *tanquam mille anni.*

Prolixitas pœnæ, dolorem auget.

VI. Testem produco, quem olim mitior flamma in purgatorio igne cæpit expiare. Homo erat religiosæ admodum conscien-

Cantipra. lib. 2. apum

tiæ,

tiæ, cui aſperitas, externúſque pœnitentiæ rigor, delicias fecerat, contrà quàm communiter ſolet apud mortales fieri, quibus duriuſcula ſatisfactionis opera ſtomachum potiùs mouent, quam orexin. Verùm iſte noſter, quò magis in ſeipſum ſæuijt, eò ampliùs exultare & plaudere viſus eſt. Tandem etiam morbo corripitur, totóque anni decurſu inſigniter ad patientiam exercitus, vitio humanæ infirmitatis, animo nonnihil fracto, multas inter lacrymas, DEVM rogare cæpit, vt dolori grauiſſimo finem faceret per mortis compendium.

cap 51. parte 11.

Expugnata pij conſtantia, vitio humanę infirmitatis.

VII.

Jtaque, quemadmodum olim Dauidi, poſt aliquam eius inſolentiam, bonus genius iſtud tulit imperium: *hæc dicit Dominus: trium tibi optionem do, vnum, quod volueris elige, & faciam tibi: aut tribus annis peſtilentiam; aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe euadere, aut tribus diebus gladiũ Domini, & mortem verſari in terra*; ſic quoque bonus DEVS per bonum Angelum nuntiari juſſit, è duobus, quod mallet, acceptaret prædictus æger; aut alio inſuper anno, adhuc veteris perpeti morbi moleſtias, & tum dein' ſine piacularis flammæ tormento, animam

1. Paralip. 21. à v. 11. uſq; ad 13.

Poteſtas ægro facta, permutandi morbi moleſtias,

corpo-

cum flam̃is purgãtibus.

corpore ſolutam, recto itinere ad cælum transmittere; aut nunc quidem ſtatim mortali vitâ exui, animum autem triduano purgatorij igne, emaculandum tradere; alterutrum eligeret, copiam alterutrius fieri.

VIII. Cæterùm, quod Dauid nuncio genio reſpondit, oblatâ optione è pluribus malis, *ex omni parte me anguſtiæ premunt, ſed melius mihi eſt, vt incidam in manus Domini, quia multæ ſunt miſerationes eius: quàm in manus hominum:* Idem & noſter morbidus renunciari Numini juſſit, ſe cupere hac mortalitate exutum, in eius eſſe poteſtate: malléque triduo in flammis illis purgari, quàm annuâ vlterius ægritudine affligi.

1. Paralip. 21. 13.

IX. Admiſit optionem DEVS, & mox liberata corporis ergaſtulo anima, ad balneas illas, & rogos poſtulatos deportatur, vbi calere, ſudare, vri, atque expiari cæpit ſtrenuè. Jámque diem vnum inter cruciatus exegit reus, cùm pius Angelus ſe ſiſtit clienti, ſciſcitans, quis ei nunc animus eſſet, num etiam ſibi conſtaret in ea, quam nuper acceperat, conditione, triduum potiùs inclementioribus illis æſtibus cruciari, quàm ſolidum annum in hoc ſæculo, corpuſculi perferre infirmi-

Piacularis flammæ acerbitas in altero quando.

firmitatem. Sed indignabundus ille vociferari, & quiritari, non se dierum trium spatio, verum multorum annorum longissimâ serie inter ignes detineri, contra fidem datam. Retorquet hic iniuriam, negátque sponsionis quidquam violatum; sed pœnarum atrocitate, vnius diei morulam, in plurium quasi sæculorum circulos videri extractam. Quin etiam denuo copiam facit resiliendi à nupera optione, si malit triduanum in piaculari flamma spatium mutare, cum annuo corpusculi morbo.

X. Æger maluit vsque ad mundi excidium suos dolores pati, quã triduanum purgatoriũ.

Accepit alter conditionem, paratus etiam vsque ad mundi excidium illis exagitari carnis doloribus, quos nuper velut intolerabiles excusserat, parùm felici compendio. Nondum tumulatum erat hominis corpus, cùm anima vetus iterum hospitium suum intrat; causãmque sui reditûs, vbi narrauit rediuiuus, incidit in pristinum languorem, quocum luctatus per annum est. tum verò impetratâ missione, natura concessit, Deóque & cælo, animam nullis ampliùs ignibus obnoxiam transmisit.

XI. Discrepantia pœnarũ æternarum ac temporalium, in orbe altero.

Obsecro, perpendamus attentè, si tantas habent vires alterius orbis piaculares rogi, vt quantumuis certissima spes secuturæ libertatis, aspergat miseris solatium; nihilominus dies vna propter doloris acerbita-

bitatem, pluribus annis videatur commensurari posse: quid non sentiendum est denique futurum apud gehennæ focos, *& carbones desolatorios*, vbi omnis spes occasionis præcisa est? quisquis huc semel intrauerit, nullum reperiet exitum: inuoluetur labyrintho æternitatis, ex quo nemo Theseus liberauerit. Et hoc est denique, quod grauissimè vrit incolam tartari, quia sibi dictum esse, nimis verè illud Jeremiæ intelligit, *perditus in æternum eris*.

Psal. 119. 4.

Ierem. 51. 26.

XII. Jnferorum supplicium Tenebræ.

Jmmane supplicium perferunt Damnati, à cæca, spissáque nocte, quam stygiæ tenebræ secum vehunt, excludendo soli, communi captiuorum solatio. Exclamauit etiam olim gemebundus Tobias, & cæcus; *quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Neque tolerabilior est Mephitis illa, quæ surgit ex inferorum cloaca, plena pestilentissimi fætoris. nemo apud istas haras, hoc Augiæ stabulum, peregrinos odores, fragans vnguentum, precioſum thus, aut opobalsamum inuenit. infelix illa Arabia naribus nullas delicias, multas molestias facit.

Tob. 5. 12.

Grauis odor.

XIII. Fletus.

Augent dolorem multiplices lacrymæ, quæ ex oculis quasi continuo fonte fluunt, steriles tamen, & sine leuamento plorantiũ,

inter

inter nihil profuturos eiulatus, & insanos dentium stridores, juxta Christi oraculum, *ibi erit fletus, & stridor dentium*. heu! qualis musica! quàm insuauis! quàm sine lege, ordine, numero! Quid dicam de societate? magnum malum, malus vicinus; quia igitur omnes cœlo proscripti dæmones cum damnatis habitant mortalibus, pessima hæc vicinia, maximum malũ facit; præsertim quando domestici omnes mutuis flagrant odijs. quis nolit ab istis separari? & cùm nequit, quis non affligatur? *Matt.* 8. 12. Societas Dæmonũ.

XIV. Ignis & flammæ.

Porrò miseriam miserrimorum apud inferos ciuium, accendit ignis stygius, cuius comparatione, huius orbis flammas, sancti Patres inter picta tormenta numerant. Et tamen quàm illæ acres sunt? quàm crudeles? certè tyrannis in pœnas ingeniosa inter supplicia huius orbis, velut exquisitissimum, vltimúmque, ignes nostros reperit; vt conjecturam facias, quid viua Auerni flamma possit, si picta tantum robur habeat.

XV. Fames & sitis varia apud Damnatos.

Quid verò cogitamus de fame, & siti? nam, quoniam multi hîc in patinis & poculis, culinâ & cellis toti sunt, persuasi se viuere, vt edant, bibant, vomant; hinc altero in orbe, post lautum prandium siccam patiuntur cænam, neque guttulam impetraturi, quanquam assiduis clamoribus cælum feri-

ant. Sed nulla maior ſitis, famẽſque eſt præ illa, quâ Damnatus quiſque auidiſſimè deſiderat Deo frui, eiúſque cæleſti mensâ, nunquam tamen ſaturandus; reclamante Citharædo Dauide, *conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Quæ verba Niſſenus accipit de conclamata impiorum turba; ſiquidem ad mundi occaſum, & fatalis veſperam judicij, qui cœlo excluſi fuerint, illam Beatorum Jeroſolymam, & diuini vultûs gloriam, more famelicorum, fruſtra ſuſpirabunt; quæ fruſtratio grauiſſima ipſis pœna erit, cõmuniter à Theologis *pœna damni* nuncupata.

Pſal. 58. 7.

Niſſenus tract. 2. in pſalm. cap. 6ls.

Pœna damni quid?

XVI. Hæc, ſimiliáque tormentorum genera, acerba omnino ſunt; ſed nihil acerbius eſt *Æternitate.* Hæc niſi appendix accederet proiectis ad tartarum hominibus, tolerabiles dicerent cruciatus ſuos; ſed verbũ illud, *perditus in æternum eris*, cuiuis Damnato vulnus facit immedicabile; quin etiam materiam æternis morſibus ſubminiſtrat malo Vermi, cuius vna & perpetua eſt denunciatio, *perditus in æternum eris.* Sæuit multipliciter Conſcientia in deuotas orco victimas: ſcelera, velut in tabulis depicta, obtrudit autoribus ſuis, ſimúlque mille rotas &

Grauiſſimũ apud inferos tormentum, eſt Æternitas ſupplicio-rum.

rogos,

rogos, digna facinoribus præmia, vt se carnificem esse ostendat animus omnis, sibi malè conscius.

XVII. Sed nocenti nihil molestius accidit, grauiúsque illâ jugi Vermis sui cantilenâ, *perditus in æternum eris.* Væ tibi miser, poteras fortunatus esse, & felicis immortalitatis adire possessionem; occasio tibi non defuit, sed tu illi; *nunc perditus in æternum eris.* Væ tibi, quia gulæ, cupiditatibus, libidini, vindictæ, alijs prauis affectibus maluisti ancillari, quàm dominari, violator Christianarum legum; quæ vincere iubent, non succumbere: *jam perditus in æternum eris.* Hæc perpetua Conscientiæ obtrectatio, supra scorpionem pungit, dum falsè nimis pro euanidis ad momentum oblectatiunculis, omnem omnium pœnarum Æternitatem, in lucrum flagitij cessisse, nunquam non oggannit.

Cantilena Vermis Cõscientiæ ad Damnatos, super æternitate sua.

PARAGRAPHVS V.

ÆTERNITAS POENÆ, MATERIA morsûs apud Vermem Conscientiæ, reuocatur ad nouum calculum, captu facilem.

I. VT Æternitatis grauissimam molem rectiùs capiamus, aio cum D. Augustino, id

S. Auguſt. quæſt. ſuper Geneſ. lib. 1.

eſſe dicíque *æternum, cuius finis non conſtituitur.* Nullo numero explicabile, eſt illud ſpatium, etiam cùm ſęcula fluxerunt, ſemper ſibi ſimilis, totà atque integra ſupereſt Æternitas; nihil illi demitur, quidquid calculorum ſubtraxeris.

Æternitas quid?

II. Hîc tu animo concipe pulicem, formicam, muſcam, imperium à Deo accipere, vt initio orbis vniuerſi innumeros fontes ebibant. tum riuos varijs anfractibus ſerpentes. dein' fluuios, longiſſimo ambitu expatiantes; per Germaniam, Danubium, Rhenúmque; per Jtaliam Padum; per Gallias Rhodanum; per Hiſpanias Tagum; per Ægyptum Nilum; per Jndias Gangem; alios alibi. Denique maria omnia, Erythræum, Tyrrhenum, Adriaticum, Mediterraneum, Balthicum, Caſpium, ipſúmque Oceanum, quà terram omnem ſinu ſuo vaſtiſſimè amplectitur. Putà etiam hanc vniuerſorum fontium, riuorum, fluminum, marium aqueam molem, eâ lege prædictis animalculis exhauriendam, vt poſt annos centum ſemel duntaxat, neque vltra horæ vnius ſpatium ad bibendum ſe conferant. Et quantum arbitraris, tenuiſſimo ſiphunculo tractura eſt muſca in vices ſingulas? quando verò exhauſturus eſt pulex, aut formica illam omnem immanem aquarum vim? ſanè tandem euacuabit puteos,

Calculus Æternitati numerandę petitus à muſcis, formicis, pulice.

puteos, alueos, fluuios, maria; quia finitis clauduntur terminis omnia, neque in immensum se porrigunt. Interea labentur complures annorum milliones; post quos tamen nemo verè dixerit Æternitati aliquid decessisse.

III. Sed si placet, ab aquis ad terram veniamus, communem parentem, hominum pariter & animantium. Inter has vna est, quam *Pigritiam* vocitant, nomen claturâ à pigerrimo motu acceptâ. De hac Maffeius, dum Brasiliam, noui orbis partem describit, ista adfert. *Valde etiam inusitatâ & effigie & naturâ, est animal, quod à re ipsa Lusitani Pigritiam appellant, Cerigonum ferè magnitudine, sed rostro fædiore ad aspectum, & unguibus ad digitorum similitudinem prominentibus. Huic ex occipitio existens coma ceruicem velat, lentóque ipsa ventris adipe verrit humum; neque unquam in pedes exurgit. denique tam tardè mouetur, vt quindecim ipsis diebus ad lapidis ictum continuo tractu vix prodeat. Victitat arborum foliis, & in earum cacuminibus degit plerumque: quarum in ascensu biduum circiter, tantundem in descensu ponit.*

Petrus Maffeius hist. Indic. lib. 2.

Pigritia, animal à pigro tardóq; incessu sic appellatũ.

nit. neque vero adhortationibus aut minis, ſed ne plagis quidem, fuſtibúſue, beſtiam vel tantillum de inſita ignauia ac tarditate dimoueas.

IV. Hîc credamus, ab altiore imperio, Pigritiæ animali neceſſitatem injectam, percurrendi illa omnia, quæ aut natura, aut ars in altum euexit. DEVM immortalem! quando tandem omnium hortorum, camporúmque ac ſyluarum, diſperſas per omnem latiſſimè mundum arbores emetietur? proceriſſimas cedros, abietes, tilias, platanos? quibus ſolùm contemplandis humanus laſſatur oculus. quando etiam tranſcendet omnia maximarum vrbium mænia, domos, muros, aggeres, valla, propugnacula? vniuerſas ædificiorum ſtructuras, ſtupendæ ſublimitatis templa, arces, palatia? noſtratia veterúmque monſtroſæ magnitudinis opera? quando ſuperabit obeliſcos, pyramides, columnas, turres, quotquot olim erexit hominum induſtria manus, quotquot hodiéque ſuperſtant nubibus æmulæ machinæ? denique, quando Pigritia noſtra, pigerrimum animal, conficiet innumerorum juga montium, totâ terrâ extantium, capútque ipſis propemodum cælis inſerentium?

Calculus Æternitatis metiendæ, petitus ex Pigritia animali.

V. Et tamen, abſoluet aliquando hos omnes præfixos ſibi terminos, ignaua beſtia. ſed nempe

nempe poſt reuolutos plurium annorũ milliones; præſertim ſi præceptum acceperit, nunquam vnâ vice vltra horæ quadrantem ambulandi; neque pedem iterum mouendi, niſi poſt ſingulas myriades; quarum vnaquæque decem millia annorum complectitur. Quis non crederet hoc calculo ipſam Æternitatem exhauriri? ſed neque ſic quidem accedimus ad partem ipſius aliquam, ne dum finem; ſemper in principijs, atque ad initia ſtamus: nullus par eſt Æternitati numerus, nulla tam immenſæ moli par menſura.

Nullus numerus, nulla menſura par Æternitati.

VI.

Finge aliud; & cogita Cochleam, tardiſſimum inter animalia curſorem, debere mundi huius partes, Europam, Africam, Americam percurrere, totáſque ampliſſimorum regnorum prouincias, quàm longe latéque patent, perambulare; ecquando lenta teſtudo iter ſuum abſoluet? quantum temporis, putas, abſumet in peragrando ſpacioſiſſimo Hiſpanorum imperio, Mogoris, Tartarorum, Chinenſium, Turcarum, Perſarũ? quantum in Teutonum, Japonum, Gallorum, Anglorum, Polonorum, aliarúmque tam orientalium, quàm occidentalium gentium maximis poſſeſſionibus? quot annis per montium ardua, per profunda vallium, per alpes Italiæ, per Germaniæ ſyluas, per inicul-

Calculus Æternitati quadantenus menſurandæ, petitus à cochlea.

ta Lybiæ, per deserta Arabiæ, per arida Armeniæ, per inhospita Brasiliæ, per vltima Thules confinia, aliarúmque regionum ampliſſima spatia morosum pedem trahet?

VII. Quod si tandem emensa terram cochlea, gradum ad cælos jubeatur facere, & illi ingentia corpora singillatim omnem in partem pererrare, quantis interim chiliadibus, myriadibus, millionibus sæculorum opus erit, donec & plagas aëris ætheríſque transmittat, & vastiſſimos cæli orbes tardigrada beſtiola perrepat? Sanè, Alpharabius nomine, genere Arabs, sciens Astrologiæ, tradit tantum esse interuallum à terris vsque ad octauam sphæram (quam firmamentum dicimus) vt homo integrum iter emensurus, vix octo millibus annorum, valeat illuc pertingere. Quantis igitur sæculis necesse est is vtatur, qui velit singulorum cælorum vastiſſimos ambitus eundo conficere? Vnde coniecturam facias, quándo tandem tardiſſima beſtiarum cochlea, præscriptæ ambulationis pensum sit absolutura.

Salmeron to. 11. tract. 36.

Interuallũ seu spatiũ è terris vsque ad octauam sphæram, quantum?

VIII. Neque tamen omnis ista longiſſima annorum series, difficulter etiam ad numeros Arithmeticæ ducenda, plùs dici potest, quã inchoatæ principium Æternitatis. Adde huic, quantum voles; semper restabit, quod possis adiungere; deme, quantum lubet; nihil

Omnis illa annorum series, quibus cochlea præscripta spatia ab-

hil imminueris; quò plures indè fluxerint anni, aut acceſſerint illuc, plures ſuperſunt; incrementum hîc multò eſt ampliùs, quàm apud Lernæ Hydram, cui pro vno capite abſciſſo, ſeptem alia repullulârunt, prodigioſo fœnore.

ſoluerit, ſolũ eſt principium Æternitatis.

IX. Jta improbis olim monſtrosâ multiplicatione, cõtinuò accreſcet in tormentis ſuis Æternitas; ipſi condemnati & perditi calculum ſuum ſic ponunt apud Dionyſium Carthuſianum. *Elapſis decem millibus annorum, adijcientur centum millia, poſt hæc centum millia, tot jungentur myriades, & milliones, quot in firmamento ſunt ſtellæ, & in littore maris arenæ. poſt quæ longiſſima annorum ſpatia, quaſi nihil de pœnis noſtris acciſum eſſet, iterum ab initio pati tormenta incipiemus: atque ita ſine interruptione, ſine fine, ſine modo, voluetur aſſiduò tormentorum noſtrorum rota.*

Dionyſ. Carthuſ. in ſpeculo amatorum mundi.

Calculus quem ſibi faciunt Damnati de ſua Æternitate.

X. Hîc, iterũ meminerimus pulicis, muſcæ, formicæ, minimarum beſtiolarum, quas ſupra collocauimus ad fontes, flumina, pelagus euacuandum. Cogitemus cochleam terras, aërem, cælos peruagantem. Nam ſi interea, dum illæ aquam omnem hauſerint, iſta omnem viam perlegerit, miſer aliquis

Acerbitas longorum in terris

ſupplicio-rum.

homo laborare ex dentibus, capite, ſtomacho, renibus debeat: aut, quod grauius eſt, ſi quis interim in rogo lentis ignibus aſſari; aut fractis toto corpore membris, rotæque implicitis, luctari inter vitam & mortem cogatur, heu! quantum doloris accedet ex diuturnitate ſupplicij? & tamen totum illud tormenti genus tandem finem inueniet, vtpote certis, finitiſque limitibus circumſcriptum.

XI. Sed diſſimilis eſt ratio cum orco; apud hunc nulli cruciatibus figuntur termini, nulli pœnis carceres ſtatuuntur, omnes temporum leges Æternitas proſcribit. quiſquis in hac ſemel dolere cæperit, nunquam deſinet. Semel in pyram Auernalem rotámque lapſus, æternis clauis tenebitur. exordium apud inferos nullus conſequitur epilogus. hîc, ſi vſquam alibi, liberè in præcepta Rhetorices peccatur, & nihilominus tamen naſcitur ingens animorum motus apud perditos & condemnatos mortales; quem etiam ab inuitis ſuppliciorum grauitas, & infeliciſſimæ pondus Æternitatis extorquebit.

Sed longè maior eſt acerbitas æternorum apud inferos ſupplíciorum.

XII. Huius aliquam imaginem apud D. Bernardum inſpicere poſſumus, adumbratam non tam penicillo, quàm triſti ſeriáque oratione; ſic ait, *Quis putas tunc mœror erit,*

S. Bernard. lib. de anima cap. 3.

quis

Digitized by Google

quis luctus, quæ triſtitia, cùm ſeparabuntur impij à conſortio ſanctorum, & à viſione Dei, & traditi in poteſtatem dæmonum, ibunt cum ipſis in ignem æternum, ibíque ſemper erunt ſine fine in luctu, & gemitu? procul quippe à beata paradiſi patria exulati, cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem viſuri, nunquam refrigerium adepturi, ſed per millia millium annorum in inferno cruciandi, nec inde vnquam liberandi. Vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur; ſic enim ignis ibi conſumit, vt ſemper reſeruet, ſic tormenta aguntur, vt ſemper renouentur. Nihil aliud ibi audietur, niſi fletus & planctus, gemitus & vlulatus, mærores, atque ſtridores dentium: nihílque ibi videbitur, niſi Vermes, & laruales facies tortorum, atque teterrima monſtra dæmonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. hinc dolor, inde pauor, gemitus, ſtupor, & timor horribilis. Ardebunt miſeri in igne æterno, in æternum, & vltrà. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horri-

Luculenta deſcriptio Æterntatis miſeræ, cui ſubiecti ſunt Damnati.

horribilis, fætor incomparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe veniæ, & miſericordiæ. Sic morientur, vt ſemper viuant; & ſic viuent, vt ſemper moriantur. In carne cruciabuntur per ignem, in ſpiritu per Conſcientiæ Vermem.

XIII. Videmus hîc vnde motus conſurgat apud damnatos, & conclamatos non tam hoſpites orci, quàm perpetuos indigenas. immaniſſima tormentorum atrocitas, & ingens vis Æternitatis tam potens eſt; quam quia Conſcientia, malúſque Vermis ſingulis momentis calamitoſiſſimam repręſentat, vna omnium vox, gemitus vnus, & ſuſpirium eſt, *ô Æternitas, Æternitas!*

Gemitus Damnatorum.

PARAGRAPHVS VI.

AETERNITAS DAMNATORUM, argumentum accuſationis & morsûs apud malum Conſcientiæ Vermem, exaggeratur.

I. DE S. Tereſa, fæcunda religioſæ ſobolis matre traditur, quòd puellari adhuc ætate Virguncula, cum Rodenio fratre, & ipſo puero, primordia futuræ ſanctitatis ab Æternitate feliciter inchoauerit. Quoniam enim ſacrorum libellorum magiſterio, repererunt tormen-

Ribera in vita B. Matris Tereſæ lib. 1. cap. 4.

tormenta inferorum nunquam ceſſatura, nullum miſeris otium datura; identidem inter ſe ſuper magnitudine huius argumenti colloquebantur, repetentes intimo animi ſenſu verbum illud, *AEternum, AEternum, AEternum.*

Initiũ ſanctitatis fecit S. Tereſa à conſideratione Æternitatis.

II. Neque alia vox (ita mihi crede) erit frequentiùs in ore impiorum tartari ciuium, quàm iſta eadem, *AEternum, AEternum, AEternũ.* Eheu inquient, carcer noſter, ſupplicium noſtrum, mæror, dolor, afflictio, deſperatio, omnia noſtra æterna ſunt, poſtquam venimus ad domum Æternitatis. Ah! momentaneum fuit, quidquid delectauit in ſcelere, nunc æternum eſt, quod cruciat in igne. Hæc talia olim longè diſertiùs obijciet Conſcientia ſua improbis, quàm calamus poſſit deſcribere; iocus eſt, & mera infantia, quod hîc legimus, dicimus, literis conſignamus de Æternitate; nihil pro dignitate rei ſatis exprimitur; omnia ſunt infra materiæ amplitudinem. Neque hoc quiſquam ex infelici illo numero negauerit, quin potiùs affirmabunt omnes, minus à nobis concipi, cogitari, ſcribi, legi, dici de hoc argumento, quàm vehat, & trahat ſecum eius moles.

Nemo pro dignitate deſcripſerit, depinxerit, Æternitatem inferorum.

III. Baronius, ex eminentiſſimo Cardinalium collegio, celeberrimus ſcriptor, hiſtoriam

Baronius tom. 5. annalium, ad annũ Christi. 411. num. 69.

riam memorat, certissimâ sibi fide testatam. Fuêre amici duo, alter Michaël Mercatus, Marsilius Ficinus alter; hos & morum similitudo, & amor literariæ disciplinæ, quàm arctissimâ necessitudine junxerat: iámque assueuerant inter doctas quæstiones, horas plusculas impendere, séque eruditis altercationibus ad veræ Philosophiæ studium accendere. Plerumque autem dilapsi ad alterum orbem, disceptabant de eius facie, & quis status humanos quondã animos comprehensurus esset.

Curiosa disputatio inter duos, de alterius vitæ statu.

IV. Neque poterant multùm variare sententijs circa Æternitatem, conuicti luculentis scripturæ diuinæ oraculis, asserentis non vno loco æternos improbis dolores, pijs æterna gaudia à justissimo Numine decreta. Nihilominus tamen (quò certior esset veritati fides) vtrinque conuentum, & stipulatis dexteris in hæc verba sanctè iuratũ est; vt, qui prior fatis concederet, superstitem alterum, quàm fidelissimè de suæ conditionis, seu potius alterius vitæ ratione instrueret.

Spondet alter alteri post fata sua, instructionem.

V. Contigit interea, vt hi duo vrbibus, non animis disiuncti habitarent. quamquam nec vrbibus diu. Nam paulò pòst, cùm Michaël Mercatus, matutino auroræ silentio, inuitatus ad musas, operam nauaret libris;

Alter alteri se post mortem sistit.

perce-

percepit equitem ad ædium ſuarum oſtium, per plateam properare, ſimúlq; contentiſſimâ iſtud voce ſuccłamare, *ô Michaël, ô Michaël! vera, vera ſunt illa.* Viſus eſt Michaël noti ſibi hominis verba audire; ſtatímque è feneſtra proſpiciens, Marſilium à tergo intuetur, equo niueo inuectum, vnde venerat, auolare; quem ſecutus eſt clamore, atque oculis Michaël, quando pedibus non poterat; animi anxius, quid amiciſſimo ſuo Marſilio eueniſſet.

VI. Denique intellexit, eâ ipſum horâ Florentiæ ex hac mortalitate migrâſſe, quâ candidatus eques pro foribus apparuit. Jta & fidem à ſe datam liberauit Marſilius, & perſuaſiſſimas opiniones de alterius orbis ſtatu, apud ſocium ſtabiliuit; oculatus Æternitatis teſtis, illa vera & veriſſima aſſerens, quæ de hac ipſi, tanquam certiora prius dogmata, inter amicas ventilationes ſtatuiſſent.

Alter alterum de Æternitate, & alterius vitæ ſtatu informat.

VII. Et quid arbitramur, mortales; ſi mutis illis piſcibus in ſulphureo ſtagno (Damnatis dico) poteſtas fieret loquendi de conditionis ſuæ arctiſſima neceſſitate, quâ nunc invita altera comprehenſi ſunt, proh! quàm ſupra Demoſthenem & Tullium diſerti, ſtatûs ſui miſerias, & triſtia fata, & fortunæ acerbitatem, & funeſtiſſimæ Æternitatis pon-

Damnati in materia Æternitatis ſuæ, facundi.

dus,

dus, explicarent? nemo è nobis audire posset declamantes, simúlque à lacrymis temperare. nemo etiam vnus sine vulnere excipere breuem illam perorantium clausulam, *vera, vera sunt illa.*

VIII. Sed audiamus tamen laconicam, plenámque veris quæstibus oratiunculã, quam hac in materia stygis incolę, ad nos ex Acheronte mittunt. O homines! inquiunt, quibus nondum ætas sua exacta est, hoc vno felices, quia hodiéque mereri cælum potestis, & sarcinis culparum, quin & carceribus vos nostris eximere: id vnum, *præ omnibus vnũ* scitote, quæcunque de nostra deploratissimorum mortalium luctuosa Æternitate, vestri pro pulpitis loquuntur oratores; quæcunque Diuorum Patrum, aut sacrorum codicum testantur volumina, lucubrata ad ministros sancti Spiritûs radios, *vera, vera sunt illa.* Experimur nos heu! malo nostro, illud longissimum æterni æui spatium, mille partibus grauius, quàm vllus calamus possit describere, penicillus pingere, lingua effari, cogitatio complecti; tametsi totis sæculis laborent singula. Atque hîc furoris sui materiam habet Vermis noster; quòd gratiâ breuissimarum voluptatum, intérque oculos ac manus euanescentium, voluimus semel, imò

Virgil. lib. 3. Æneid.

Damnatorum oratio ad huius orbis incolas, super Æternitatis materia.

semper,

Digitized by Google

ſemper, æternúmque perire. Hæc, & huiuſmodi ſimilia, etiam jurati affirmabunt infelices apud Erebum captiui, ſi jubeantur pro igneis roſtris ſuper calamitatum ſuarum, & ſempiterni doloris magnitudine verba facere, nuſquam facundiores futuri, quàm in ſuæ Æternitatis materia.

IX. Quis verò ad iſta talia nobis animus eſt? imò quis eſſe debet? opportunè Bernardus: *alterum è duobus eligamus, aut ſemper cruciari cum impijs, aut perpetualiter lætari cum ſanctis. Bonum ſiquidem & malum, vita & mors, ante nos ſunt poſita; vt, ad quod voluerimus, manus extendamus.* Magni vtrinque momenti ſunt ea, quæ Chriſtiano in deliberationem venire oportet; vtrinque Æternitas eſt; ſed altera beata, infortunata altera; ab hominis cuiuſque electione pendet, vtram admittat. Qui rectè prudentérque vult eligere, neceſſe eſt imitetur Dauidem, cuius eſt illud; *Cogitaui dies antiquos, annos æternos in mente habui, & meditatus ſum nocte cum corde meo.*

D. Bernard. lib. de anima cap. 3.

Deliberatio omni homini cõceſſa inter duplicem Æternitatem.

Pſal. 76. v. 6. & 7.

X. Jtaque magnus Hebræorum Rex, domi militiæque, tantùm non obrutus curarum multitudine, hoc denique in nocturnis vigilijs ſolertiſſimè egit; vt ſuperiorum

Æternitas Dauidi argumentum nocturnæ

meditationis.

ætates ſæculorum reuolueret, & futuri temporis interminabile æuum cogitaret. Dignum planè exercitium, non infimis duntaxat mortalibus, & mediocribus, ſed ſummis etiam capitibus, & coronatis verticibus, dies noctéſque cum ſecutura Æternitate occupari; præſertim quando de eadem volucres ſibi, alijſque occinunt.

XI. Ciuis Erfordij coruum olim habuit, domi ſuæ cicurem incolam. Aduertit aliquando herus, quòd auis triſtior ſederet ſuíſque ſe plumis inuolueret, meditabundæ ſimilis. Ergo hortatur, fateretur quid mente coqueret, aut quæ ſeuerior cogitatio animum exederet. Tum coruus quâ voce potuit: *cogitaui*, inquit, *dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* hæc vbi dixit, ſimul ex oculis patris familias abijt. vt credibile ſit, ſub corui ſchemate ſpiritum aliquem latuiſſe, quem Æternitatis memoria exercuerit.

Strozius Cigogna lib. 3. magia c. 6. de ſpiritibus aëreis

Coruus loquitur de annis æternis hero ſuo.

XII. Neque tamen moror, ſpiritus hic fuerit, an veri nominis coruus; vellem, vt cum ipſo ſinguli quotidie, imò in momenta ſingula nobis occineremus de annis æternis tranſigendis, aut inter gaudia quondam Beatorum, aut inter inferorum ſupplicia. Nam illud coruinum *cras, cras*, quo ſceleſtorum multi, quaſi inducias cum morte pacti,

Coruorum vox cras, cras, ab impijs repeti-

pacti, sibi emendationem morum spondent in futuros dies, iam dudum à Christianorum linguis, velut fatalem cantum D. Augustinus proscripsit, disertè testatus: *ipsa res est, quæ multos occidit, cùm dicunt cras, cras; & subitò ostium clauditur, remansit foris cum voce coruina, qui non habuit gemitum columbinum. cras, cras, corui vox est.*

ta, ipsos perdit.

S. August. serm. 16. de Verb. Dom.

XIII.

Nos, si coruos imitari volumus, illum sequamur, qui suprà salubriter crocitauit; quando annorum nos æternorum monuit. Hos si profundè in animum demiserimus, ausim promittere, serijs non tantùm desiderijs affectabimus cælum, & quæ illic felix hospitatur Æternitas; sed verò etiam consequemur, vt nullus malorum Vermium de huius tanti boni jactura nos infestare possit; quemadmodum solent conclamatos Auerni hospites, quibus non sine jugi morsu obtrudunt, semel neglectam apud superos gloriam, æternaturæ sibi damnationis, mortísque causam esse, quam ipsi sibi malitiâ voluntatis, & pertinaciâ sceleris, pessimis consultoribus, consciuerint nullis ampliùs sæculis juuandi.

Æternitatis seria cogitatio extimulat hominem.

CAPVT II.

CONFVSIO AETERNA, NOuus Morſus eſt, quo malæ Conſcientiæ Vermis exercebit Damnatos, deuotas ſtygijs aris hoſtias.

I. VARIIS occaſionibus fama accreſcit homini. Fuit, qui templum Dianæ Epheſiæ, nobiliſſimum opus, vnúmque adeò inter ſeptem orbis miracula, ſubiectis ignibus corrumperet, cum ſceleris memoriâ, nominis ſui immortalitatem transmiſſurus ad poſteros. Alij barbarâ ſæuitiâ infames, alienique ſanguinis prodigi, plectendis facinoribus orbi innotuerunt. Jta Buſiris, Phalaris, Diomedes, humanæ naturæ monſtra, famâ exercitæ quondam tyrannidis, hodiéque celebrantur. Quos tamen ipſos, ſi cum malo Verme improbæ Conſcientiæ velimus comparare, adhuc clementes dixerimus tyrannos; ſæuierunt enim plerúmque ſemel duntaxat, ſæuierunt breuiter, neque per omnem vitam; ſaltem cum hominis morte, eorum ſimul crudelitas expirauit.

Strabo lib. 14.

Famã gloriámque quidam ex grauiſſimis ſcelerib⁹ aucupantur.

II. At enim Vermis ille impius nullas ſibi leges figi, nullum ſuæ tyrannidi modum patitur præſcribi, exercétque animum, nobiliſſimam

liſſimam hominis portionem, quotidianis ſupplicijs; ſemper in fermento eſt, ſemper in æſtu hic carnifex, cuius ſi ingenium velis magis perſpicere & furores, D. Chryſoſtomum conſule, diſertum in hoc themate oratorem. Hic inter alios improborum labores, propriæ Conſcientiæ tormentū ſequenti ſententiâ ante oculos ponit. *Scortator, vel adulter* (idem eſto judicium de alijs ſceleſtis) *etiamſi omnium obliuiſci queat, nunquam tamen ſic in ſolitudine verſatur, quin ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat, & eos, qui conſcij ſunt, & qui non ſunt; perpetuáque in animo eius tempeſtas eſt, ac reciprocantes & contrarij fluctus. Inſuper neque ſomnus ei ſuauis, ſed terrore & formidine plenus; neque cibus voluptatem præbet; neque amicorum colloquia talem refocillare, vel liberare ab vrgente neceſſitate poſſunt; ſed quaſi carnificem geſtaret lancinantem, & flagellantem continuò, ita poſt admiſſum facinus obambulat, ſuſtinens intolerabiles pœnas, & judex ſui ipſius factus, & accuſator.*

Vermis malæ Conſcientiæ, quouis tyranno magis tyrannus eſt.

D. Chryſoſt. hom. 20. in Geneſ.

Timores, terrores, tormenta mali Vermis, deſcripta à S. Chryſoſtomo.

III. Quâ flagitioſi hominis facie conditio-

néque, neſcio, miſerabilius aliquid iſta tellus ferat; ſed hoc debetur malo Vermi malum; is & tyranni ſimul, & Judicis, & accuſatoris ſubit officium. Nondum plenè abſolutum eſt ſcelus; iámque hæc beſtia autori parat virgas, flagra, fuſtes, taureas, ſecures, faces, catenas, culeos, equuleóſque; quin & fidiculas, ſubulas, vngulas, laminas, pectines, omnia ab igne flammea tyrannidis inſtrumenta. Mox & tribunal, & mille accuſationes diſponit aduersùs reum: quem vbi de crimine conuictum habet, ſine mora feralibus cruciamentis ſubijcit. Neque pœnâ eximit, quamdiu in culpa ſua pertinacem videt nocentis animum.

Conſcientia rea, hominis improbi iudex eſt & Carnifex, hoc orbe.

IV. Quod ſi quoque Æthiops cum eadem pelle ſua, ſi cum ijſdem maculis, & peſſimis malitiæ aſſuetæ notis, præuaricator homo hinc exceſſerit, nihilo tractabitur mitiùs in altero orbe; idem Vermis vtrobique carnifex eſt; ibi etiam grauior, ac truculentior; quià ſolius juſtiſſimæ vindictæ imperio res agetur, clementiâ exulare juſsâ. Itaque liberè graſſabitur Conſcientia, & renouatis quotidie tormentis exagitabit ad inſaniam vſque deuotas orco hoſtias; præſertim verò moleſtiam facient perpetuæ illæ accuſationes, atque ad dolorem repetiti morſus, de quibus capite ſuperiore egimus. Nunc ſu-

Erit multò magis in orbe altero

pereſt

pereſt Pudor & Cõfuſio, ſiue auctarium, ſiue corollarium deſcriptarum ſupra exprobrationum, certè nouus impij Vermis dens, ſupra Theoninum acutus, quo miſerè lacerabitur mens apud inferos rea, morſu inſanabili, quia æterno.

V. Grauiſſimum eſt illud, quod olim magnus DEVS, quiritanti ſimilis, ſuper populi ſui idololatria, apud Jeremiam oraculo conſignauit: *nõnne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli* (Lunæ) *& libent Dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent. nunquid me ad iracundiam prouocant, nonne ſemetipſos in Confuſionem vultûs ſui?* Profectò miſeri illi, arbitrati ſe bilem Numini moturos, inſolenti perfidiâ, ſibi ipſis potiſſimùm pernicioſi fuêre, facti ignominioſiſſima mundo fabula, & luculentum diuini furoris exemplum.

Ierem. 7. 9. 17. 18. 19.

Confuſio pudórque, fructus turpis Idololatriæ apud perfidos Iudæos.

VI. Jta nunquam impunè cum DEO ludunt facinoroſi; ſeipſum ſcelus ferit & proteruia. quiſquis ſe Deo furatur, litátque Baccho, Veneri, Ventri, vitijs, & vitiorum omnium fabro Cacodæmoni, perfidus eſt *in confuſio-*

nem vulûs sui, olímque sentiet grandi suo damno, feciſſe ſe æternùm erubeſcenda. Neque deerit color; quemuis ex infelici damnatorum choro, Vermis ſuus tinget purpurâ & rubore, pudoris nihil profecturi teſtimonio, niſi vt effrontem impium continuò vrat, mordeátque. Sed nunc inſpiciamus cauſas, capitáque futuræ, & nihil profuturæ erubeſcentiæ apud perditos illos mortales.

Erubeſcentia eſt ſuffuſio, appendix peccati, Damnato moleſtiſſima.

PARAGRAPHVS I.

INFANTIA PERPERAM AB adultis exercita, Confuſionis & mali morsûs cauſa eſt, quibus plectuntur Tartari ciues.

I. SAlomon olim de ſapientiſſimo Numine dixit; *omni tempore ludens in orbe terrarum.* Et quod illud genus ludi eſt? arbitror, quale apud Delphinas cernitur, & grandia Cete, quondo eis præternatantibus ex nauigio dolia in vaſtum mare proijciuntur; tum enim immanes beluæ alternis iactationibus vaſorum, iocos ſibi & delicias mutuò faciunt. Non multò aliter magnus DEVS cum hoc paruo mundo agit, velut tenue doliolum circumvoluit in omnem partem, diuerſis vndique populis affectantibus eius dominatum.

Proverb. 8. vers. 31.

Delphinorum ludus in pelago.

Ludus Numinis cum hoc mũdo, mundíque Imperio.

natum. Jta illum primi obtinuerunt Assyrij; postea ad Persas & Medos deuolutus est, impellente Numinis dexterâ; tum deinde ab his ad Græcos; denique à Græcis ad Romanos descendit. nunc variè distractus est, *diuisúmque Imperium cum Ioue*, non amplius *Cæsar habet*; sed Cæsares, Reges, Principes. *Hugo Card. in cat. loc.* *Virgil. in Epigr.*

II.

Hic lusus fuit, quem iam inde à primis rerum creatarum exordijs DEVS lusit cum orbe terrarum. Neque cum hoc solùm; etiam homines nos in partem aliquam ludi hodiéque venimus. Quia enim Comico teste, *Dij nos quasi pilas homines habent*, diuersimodè & jactamur, & jactati sumus. Contemplare mecum Amanum, principem in Asueri aula, & Mardochæum, humilem regalis palatij, siue excubitorem, siue ministrum. vterque in Numinis manu pila fuit, vterque inde excussus est; sed hic sursum, ille deorsum; hic à regis ianua, ad eiusdem palatium; ille à regio palatio ad furcam, coruorum solium. neque mirum: diuersis meritis se accomodauit bonus DEVS. Modestia Mardochæo patrocinata est, virtutum ferax comes: Amanum subruit consilium pessimum, in meditata insontium cæde; quin & turpis ambitio gradus illi ad ruinam fuit: intolerabilis fastus præcipitem è scalis dedit. Jta ludit

Plautus in Captiuorū prologo.

Homo velut pila est in manu Dei.

In libro Esther.

Mardochæus & Amman diuersimodè à Deo iactati.

cum humano genere magnus DEVS; docemúrque quotidianâ experientiâ nos pilas eſſe, & juxta diuinæ voluntatis placitũ, quandoque etiam vitæ noſtræ merita, variè per huius mortalitatis gyrum iactari, volui, revolui, circumuolui.

III. Maturi annis homines, ad nugas repuerascunt, atque infantium ludos.

Eſt & alius in hoc orbe luſus, quem cum exitio ſuo paſſim homines frequentant; ij nimirum, qui vbi iam graues annis ſunt, & maturam ætatem ferunt, moribus tamen leues fiunt, magníque pueri ad magnas nugas, prima velut infantiæ ludicra reuertuntur. D. Chryſoſtomi pronunciatũ eſt: *pueri ſunt omnes Gentiles; & hoc eorum quidam dixerunt, quòd ſemper pueri illi, & nemo illorum ſenex. Vt igitur pueri nullius vtilitatis curam ſuſcipiunt, non ſecus Gentiles omni tempore luſibus vacare volunt, & humi abiecti iacent, & humilium rerum deſiderio tenentur. Pueri nonnunquam, cùm de neceſſarijs rebus verba facimus, quæ dicuntur, non intelligunt, ſed rident ſemper. Eiuſmodi Gentiles ſunt, cùm de cæleſti regno diſputamus, riſibus concutiuntur. Pueri præterea cùm furem domum ingreſſum, & quæ domi ſunt, auferentem conſpicantur,*

S. Chryſoſt. in 1. epiſt. ad Corinth. c. 1. hom. 4.

Gentilium mores, puerilibus ſtudijs comparati.

cantur, non modò eum non vlciſcuntur; ſed inſidianti arrident. Si autem calathum eis, vel ſiſtrum, vel quiduis aliud ludicrum abſtuleris, moleſtè id ferunt, animo anguntur, ſe lacerant, calcibus pauimentum pulſant; itidem Gentiles, cùm diabolum omnia, & quæ ad vitam (æternam) *neceſſaria ſunt, ſurripientem vident; rident, & tanquam ad amicum obuiàm proficiſcuntur. Verùm ſi quis poſſeßiones, diuitias, & alia huiuſmodi auferat, lamentantur, & ſe lacerant.*

Atque vtinam puerilis ſtultitiæ nota, quam olim Ethnicis inuſſit Conſtantinopolitanus Antiſtes, ſolos illos notaret: ſed quæ humanæ imbecillitatis eſt miſeria, etiam Chriſtianos fædè ſignat, & cum ingenti nominis ſui probro, ſtigmaticos facit. Hîc vt ego Infantiæ noſtræ, heu! apud inferos pudendæ, & luendæ inter aculeatos mali Vermis dentes, ſæuóſque Conſcientiæ morſus, aliquot documenta proferam; operæ fuerit pretium, conatus plerorúmque Chriſtianorum, cum infantium ſtudijs collatos, ſeriò perpendere.

IV. Etiã Chriſtiani, infantes paſſim & pueri.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

PRIMVM INFANTIÆ studium,

Pupas ornâſſe.

I. ET initio quidē ferè pueruli, & puellulæ, vniuerſæ ætatis ſuæ primordia in ornatū puparū impendunt. Potiſſima illis cura eſt, vt mortuæ imaginis pretium, excandefaciat exteræ formæ nouitas, elegans veſtimēti materia, collare latè in humeros defluens, bulla ad pectus dependula, nec non auri, argenti, margaritarum ementitus apparatus, & ſupra veritatem ſplendidus. Aſpiciamus nunc æuum iſtud, & noſtrorum temporum mores, & corporis veſtiendi rationes. Proh! quanti hîc Jnfantes ſumus? quàm ſtudioſi peregrinæ nouitatis? quales Pupæ quotidie progrediuntur in forum? ſanè ſi in eodem theatro conſiderent, quotquot ab vno ſæculo Germani alienarum Gentium, annuis propè mutationibus, indumenta variârunt; haberet quiſque è vicinia juſtiſſimum curioſitatis ſuæ mimum.

Infantium labor in pupis exornandis.

Homines Pupis ſimillimi prodeunt in forū.

II. Sed inquies, hæc ridicula duntaxat eſſe, neque vltra cachinnos quidquam mereri; quando multi ſimijs non abſimiles, etiam in veſtitu imitantur, quidquid vident. Quid ſi autem vitia quoque cum peregrinis veſtibus indui-

Exod. 20. 4. Thou shalt not make unto thee any graven image, or any likeness of any thing that is in heaven above, or that is in the earth beneath, or that is in the water under the earth: 5. Thou shalt not bow down thyself to them, nor serve them: for I the Lord thy God am a jealous God, visiting the iniquity of the fathers upon the children unto the third and fourth generation of them that hate me; 6. And shewing mercy unto thousands of them that love me, and keep my commandments.

Deut. 4. 15. Take ye therefore good heed unto yourselves; for ye saw no manner of similitude on the day that the Lord spake unto you in Horeb out of the midst of the fire: 16. Lest ye corrupt yourselves, and make you a graven image, the similitude of any figure, the likeness of male or female, 17. The likeness of any beast that is on the earth, the likeness of any winged fowl that flieth in the air, 18. The likeness of any thing that creepeth on the ground, the likeness of any fish that is in the waters beneath the earth: 19. And lest thou lift up thine eyes unto heaven, and when thou seest the sun, and the moon, and the stars, even all the host of heaven, shouldest be driven to worship them, and serve them, which the Lord thy God hath divided unto all nations under the whole heaven.

Deut. 5. 8. Thou shalt not make thee any graven image, or any likeness of any thing that is in heaven above, or that is in the earth beneath, or that is in the water under the earth: 9. Thou shalt not bow down thyself unto them, nor serve them: for I the Lord thy God am a jealous God, visiting the iniquity of the fathers upon the children unto the third and fourth generation of them that hate me; 10. And shewing mercy unto thousands of them that love me, and keep my commandments.

Deut. 27. 15. Cursed be the man that maketh any graven or molten image, an abomination unto the Lord, the work of the hands of the craftsman, and putteth it in a secret place. And all the people shall answer and say, Amen.

Psal. 97. 7. Confounded be all they that serve graven images, that boast themselves of idols: worship him, all ye gods.

Isa. 40. 18. To whom then will ye liken God? or what likeness will ye compare unto him? 19. The workman melteth a graven image, and the goldsmith spreadeth it over with gold, and casteth silver chains. 20. He that is so impoverished that he hath no oblation chooseth a tree that will not rot; he seeketh unto him a cunning workman to prepare a graven image, that shall not be moved. 21. Have ye not known? have ye not heard? hath it not been told you from the beginning? have ye not understood from the foundations of the earth? 22. It is he that sitteth upon the circle of the earth, and the inhabitants thereof are as grasshoppers; that stretcheth out the heavens as a curtain, and spreadeth them out as a tent to dwell in: 23. That bringeth the princes to nothing; he maketh the judges of the earth as vanity. 24. Yea, they shall not be planted; yea, they shall not be sown: yea, their stock shall not take root in the earth: and he shall also blow upon them, and they shall wither, and the whirlwind shall take them away as stubble. 25. To whom then will ye liken me, or shall I be equal? saith the Holy One. 26. Lift up your eyes on high, and behold who hath created these things, that bringeth out their host by number: he calleth them all by names by the greatness of his might, for that he is strong in power; not one faileth.

Isa. 41. 6. They helped every one his neighbour; and every one said to his brother, Be of good courage. 7. So the carpenter encouraged the goldsmith, and he that smoothed with the hammer him that smote the anvil, saying, It is ready for the sodering: and he fastened it with nails, that it should not be moved.

Isa. 42. 8. I am the Lord: that is my name: and my glory will I not give to another, neither my praise to graven images.

Isa. 44. 9. They that make a graven image are all of them vanity; and their delectable things shall not profit; and they are their own witnesses; they see not, nor know; that they may be ashamed. 10. Who hath formed a god, or molten a graven image that is profitable for nothing? 11. Behold, all his fellows shall be ashamed: and the workmen, they are of men: let them all be gathered together, let them stand up; yet they shall fear, and they shall be ashamed together. 12. The smith with the tongs both worketh in the coals, and fashioneth it with hammers, and worketh it with the strength of his arms: yea, he is hungry, and his strength fails: he drinketh no water, and is faint. 13. The carpenter stretcheth out his rule; he marketh it out with a line; he fitteth it with planes, and he marketh it out with the compass, and maketh it after the figure of a man, according to the beauty of a man; that it may remain in the house. 14. He heweth him down cedars, and taketh the cypress and the oak, which he strengtheneth for himself among the trees of the forest: he planteth an ash, and the rain doth nourish it. 15. Then shall it be for a man to burn: for he will take thereof, and warm himself; yea, he kindleth it, and baketh bread; yea, he maketh a god, and worshippeth it; he maketh it a graven image, and falleth down thereto. 16. He burneth part thereof in the fire; with part thereof he eateth flesh; he roasteth roast, and is satisfied: yea, he warmeth himself, and saith, Aha, I am warm, I have seen the fire: 17. And the residue thereof he maketh a god, even his graven image: he falleth down unto it, and worshippeth it, and prayeth unto it, and saith, Deliver me; for thou art my god. 18. They have not known nor understood: for he hath shut their eyes, that they cannot see; and their hearts, that they cannot understand. 19. And none considereth in his heart, neither is there knowledge nor understanding to say, I have burned part of it in the fire; yea, also I have baked bread upon the coals thereof; I have roasted flesh, and eaten it: and shall I make the residue thereof an abomination? shall I fall down to the stock of a tree? 20. He feedeth of ashes: a deceived heart hath turned him aside, that he cannot deliver his soul, nor say, Is there not a lie in my right hand?

Ita non necessitudo mihi & Fabius Quadratus, nobis cum, adolescentibus, ut nobis, sed etiam studium, adolescentiæ, studio, consulatus, consulatui, amicitia, amicitiæ, ætas, ætati, ita ut nobis, fuit. Translatio. R. D.

Ita non necessitudo mihi & Fabius Quadratus, nobis cum, adolescentibus, ut nobis, sed etiam studium, adolescentiæ, studio, consulatus, consulatui, amicitia, amicitiæ, ætas, ætati, ita ut nobis, fuit, ita non necessitudo mihi & Fabius Quadratus, nobis cum, adolescentibus, ut nobis, sed etiam studium, adolescentiæ, studio, consulatus, consulatui, amicitia, amicitiæ, ætas, ætati, ita ut nobis, fuit. Ita Sallustius, ita Cicero, ita Livius, ita Tacitus, ita Quintilianus, ita Plinius, ita Suetonius, ita Florus, ita reliqui latini scriptores, ita græci, ita hebræi, ita arabes.

virtuti, ſed fortunæ adſcribenda ſunt bona, nulliſque niſi pueris crepanda.

VI. Sed quid ſentiendum, inquiet non nemo, cùm ſuus aliquem ſudor fecit glorioſum, ſiue in ſcholaſtico puluere & literaria palæſtra, ſiue in arena, Martiiſque campis laborauerit. Jta enim vſuvenit, vt iam duplex illud hominum genus præualeat, *Docti & Fortes*; vtrique Reipub. perneceſſarij, & auſim dicere, neutri ſeorsùm ſufficientes. Num iſtis ſua laus negabitur, quàm ſcientiæ felicitas, peritiæ dexteritas, magnus animus, & victrix manus comparârit? Jmò non negabitur, digna eſt virtus, quæ poſteritati commendetur. Hoc tamen præcipuè agere, aut ſolùm, vt multorum ore celebreris, atque his terris *ſemper honos, nomènque tuum, laudéſque* maneant, eſt cum infantibus ad crepitacula currere, parúmque de viro ſapiente præſeferre.

Docti & Fortes, nùc paſſim præualent.

Scientia rei literariæ ac militaris, vtraque ſuam laudem meretur.

Virgil. Ecclog. 5.

VII. Dilucidè in rem præſentem D. Auguſtinus: *laus humana non appeti à ſapiente, ſed ſubſequi debet ſapientem, & rectè facientem; vt illi proficiant qui etiam imitari poſſunt, quod laudant.* Jtaque in hunc finem præcipuè, vnicéque noctu ad Epicteti lucernam, doctas lucubrationes meditari,

D. Auguſt. de ſerm. domini in monte.

Primarius finis humanarum molitionum, non debet esse laus, aut nominis gloria.

aut sanitatem inter ciuiles causas, grauissimáque principum consilia domi affligere; foris per mille hostes, tela, vulnera penetrare, vt aliquid famæ tibi accrescat, & luculum facias in aura populari, audiásque illud breue, *feliciter*; id enim verò nimis est præposterum, & quod suprà dixi, puerum sapit, inter cymbala exultantem.

VIII.

Sed Numinis gloria.

Qui leges boni Christiani cogitat explere, principio statim vnam Numinis gloriam sibi, studiísque suis, siue pacificis, siue militaribus, metam præfigat necesse est; hanc si assequatur, satis habiturus est laudis apud superos, etiamsi mortales hîc sileant: præterquam quòd aucupium humani præconij aut fallax sit, aut vanum. Multi hîc cum omni conatu, aut nihil capiunt, aut continuò prædam amittunt. Quo in genere, pulcherrimè olim ab auibus illusus fuit Annon Carthaginensis, ridiculus noui stratagematis magister.

Aucupium humani præconij quàm vanum?

IX.

Hic etenim, cùm præ nimio tumore, nollet intra pellem se suam, & nostræ mortalitatis septa continere, sed cogitaret præstantius aliquid de se euulgare, suprà quàm naturæ sors pateretur; plurimas ad discendum idoneas volucres coëmit, eásque in tenebris & obscuro, solùm vnam hanc cantilenam docuit, *Annon est Deus*, Hîc tu mihi

Ælianus Var. hist. lib. 14. cap. 30.

vide

vide insani hominis arrogantiam, vt pro Numine se orbi venderet, scholas auibus aperuit, brutósque inter discipulos, vir in pucrum abijt, contentus si hoc crepitaculum vbique personuisset, *Annon est DEVS.*

Ludum literarium aperit volucribus Annon, & tres voculas docet.

X.

Neque tamen impetrauit sua vota; nam, etsi verba illa, auiculæ longâ consuetudine essent complexæ, eadémque intra domesticas caueas magistro suo, velut nouitio Deo placituræ, sæpiùs fideliter redderent; tamen, vbi postea aliæ aliò in diuersas plagas, atque ad primam libertatem, victúmque dimissæ sunt, continuò naturalem cantum repetiêrunt, longum vale mittentes Annoni, cuius neque nomen, neque disciplinam memoriâ seruârunt. Jta ludimur mortales, cùm maximè affectamus glorioſos titulos, & humanas laudes, & perennantem famam; ex oculis auolant, nósque hiantes & prensantes deserunt.

Annonis superbia turpiter ab auibus elusa.

XI.

Si tamen magna omninò nomina, encomiáque curæ sunt, mentem supra humũ, & istud inane efferamus; dominemur affectibus, leges scribamus desiderijs, eliminemus vitia, ducem sequamur rationem; sic superi nobis Encomiastæ fient. Nusquam illustriùs homo celebratur, quàm cùm virtuti suæ & pietati, cælum facit theatrum, Deum

Virtutem sequuntur encomia, præsertim apud spectatorem Deum Diuósque.

DEVM in Orcheſtra Munerarium, Diuos ex alto ſpectatores. Plana, & vera eſt Apoſtoli ſententia, *pietas ad omnia vtilis.* Si autem ad omnia, quæ honeſtè appeti poſſunt pietas valet, tum etiam momentum conferet ad laudis bonum; ſiquidem, auctore Nazianzeno, *præcipuum beneficium eſt, in rebus honeſtis laudari.*

1. ad Timot. 4. 8.

XII. Quiſquis igitur nominis ſui commendationem amat, pietatem indiuiduum operibus omnibus comitem jungat; ſicut vmbra corpus, ita illam ſequitur laus. Jntelligo verò hoc loco per pietatem, verum DEI cultum, juxta doctrinam S. Auguſtini dicentis; *pietas eſt verax Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi ducuntur officia.* Quod magis declarauit Euſebius, quando aſſeruit, virtutes omnes eſſe quaſi partes pietatis. in qua denique Theodoſius Jmperator totam Chriſtiani hominis felicitatem ponebat; vnde etiam morti vicinus, filijs ſuis, Arcadio & Honorio, nihil tam impensè commendauit, quàm vt veram pietatem conſeruarent; cuius beneficio reipublicæ proſperitas, familiarum incolumitas, aliáque bona florerent. Si ergo, ſine ambitionis crimine, vis nomen tuum cælo inſcribere; quin etiam homines in terra habere non tantùm

Pietas veræ laudis fæcunda parens.

D. Augnſt. epiſt. 52.

Euſeb lib. 8. de præparat. Euang. cap. 2.

Nicephorus lib. 13. c. 1.

Theodoſius Imperator morti vicinus, filijs ſuis pietatē cōmendat.

vir-

virtutis tuæ admiratores, ſed & præcones, in laudatam modò pietatem te totus effunde.

Sed hîc malè auriti aliqui, vt celebres mundo euadant, in malitiam ſe effundunt, túmque demum *lætantur, cùm malè fecerint; & exultant in rebus peßimis*, quaſi hac viâ ad gloriam graſſaturi, magnáque honoris incrementa. Jtaque videas quoſdam inſolenter & palàm iactare fraudes ſuas & fallacias, artes mentiendi, ſimulandi, diſſimulandi; audias alios ſibi gratulari, quòd Herculeis poculis, inſaníſque hauſtibus, non paucis animã ex ebrio corpore excuſſerint; quòd multis virginibus vitium fecerint, nunquam emendabile; quòd complures in duello, hoſtilíque congreſſu è medio ſuſtulerint, ſatiatâ tum modò vindictâ, cùm inimici ſanguine ferrum ſuum tinxerunt. Hæc & alia ſimilia ſunt, in quibus ſibi complacent nonnunquam improbi, præſertim ſi aſſentantium voces acceſſerint, eò nocentiores, quò auidiùs arripiuntur.

XIII.

Prouerb. 2. 24.

Impij famã gloriámque venantur ex flagitijs ſuis.

Documento Herodes eſt, ab infami morte famoſus Rex. Hic in puerum infantémque migrauit, quando maturâ iam ætate, virum agere debuit. Signum infantiæ fuit, admiſiſſe crepitaculum adulatorij plauſûs, cùm ad ſuos facundiùs peroraſſet. Et quo-

XIV.

Herodes Rex, quantus puer?

quoniam ab assentatoribus (frequenti, magnóque aularum malo) DEVS est compellatus, tum grauissimè hic titulus Herodi puero nocuit, cùm maximè arrisit. Nam exinde ad bestias, seu potius bestiolas, vilissimos Vermes, damnatus est.

Matth. 12. 22.

XV. Ita vlciscitur DEVS impietatem, & eos, qui sibi triumphum canunt post exercitum scelus. Adsunt Vermes, & mordent. Præsertim autem Vermis conscientię inclementer illos habet, quos Lucifer in orco æterna sibi fecit mancipia. Et isti quidem semper antea sine fronte, nunc toti in vultûs purpura deflent, heu! nimis serò, infantilis pueritiæ suæ studia, quoties meminerunt, sequondam per huius vitæ cursum in ludicris occupatos, seria neglexisse; vanarum inter mortales laudum, & quidem ex flagitijs suis speratarum, aucupes; cùm nulli vera nascatur gloria, noménque immortale, nisi ex veris virtutibus, & morum probitate. Hoc miseri iam intelligunt, & gemunt, suíque imitatoribus illud sapientis quotidie occinunt;

Erubescentia Damnatorum, qui Virtute relictâ, per flagitia ad gloriã voluerunt grassari.

Prou. 1. 22. *vsquequò, paruuli, diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient?*

PARA-

PARAGRAPHVS IV.

TERTIVM INFANTIÆ studium,

Conſtruxiſſe domos, ex luto & arenâ.

MVlta mortalibus otiũ facit mala. Grande illud eſt; quòd, ſicut rubigo ferrum exedit, ita iſtud vires & robur emollit. Quæ cauſa eſt, vt natura ipſa in paruulis hanc peſtem oderit; nam, ne nihil agant, moliuntur fabricas luteas; móxque omnis infantium reſpublica partitur puerilia ſtudia; & quidam fæno, alij paleis; ſtramine & arenâ nonnulli conuehendis occupantur. atque vbi moles aliqua conſurrexerit, malè materiata; putant, ſe ſtruxiſſe vrbes, & mænia hoſtibus formidanda; veriùs, ridenda grauiori ætati. I. Puerorum, infantiúmque labor, in luteis fabricis.

Sed hîc, quæſo, patienter audiamus D. Chryſoſtomi cenſuram; *quid enim* (verba eius ſunt) *à pueris differimus, ludentibus, & domos ædificantibus; nos ſplendidas erigentes domos? pueri ſumus, ſeria eſſe putamus, & terram & lutum coagmentantes; veruntamen ſtatim pereunt, & collabuntur.* Itaque magno Pontifici Infantes videntur, II. *S. Chryſoſt. ſerm. 47. ad popul. Antioch.* Homines toti in ædificijs occupati, Infan-

tibus quàm similimi.

tur, quotquot adultorum magnificis ædificijs animum ſuum mergunt. Et quidem, vt varium eſt humanum ingenium, aliíque alijs afficiuntur mortales; ita ſunt, qui peculium omne impendant in ædes, hortos, palatia, auiaria, viuaria, piſcinas. volunt commodè habitare corpus ſuum, delitioséque; parùm ſoliciti, animus quàm benè habeat, & hoſpitetur.

III. Quamquam, neque illæ tam operoſæ habitationes æternitati ſtruuntur, ferre nulla poteſt æuum immortale; vt proinde Attalus quidam vaniſſimè fecerit, quando numiſma cudit, in cuius altera facie Roma expreſſa, hanc habuit epigraphen: *inuicta Roma æterna.* quàm enim parùm æterna fuerit, monſtrant hodiéque tot theatrorum, amphitheatrorum, circorum, obeliſcorum, palatiorum ruinæ, & ſuper vetere iam tumulata Roma, alia nouæ vrbis facies.

Pierius Hierogl. 43.

Vetus Roma æternitatem non vidit.

IV. Par planè ratio eſt cum alijs operibus, quæ ab humana ſurgunt manu; nulla perennabunt, eodem fato inuoluentur, quo Judææ olim metropolis Jeroſolyma, cum templo, toto orbe famoſiſſimo; cuius admiratoribus Chriſtus, veriſſimus vates dixit, *videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtrua-*

Neq, Ieroſolyma cũ templo Salomonis, magno mũdi prodigio.

Matt. 24. 1.

deſtruatur. Itaque de omnibus tandem ædificijs, domibus, palatijs, arcibus, caſtris, ſiue ad neceſſitatem, ſiue ad luxum pompámque conſtructis, dici poterit, quod de Troianorum quondam vrbe, poëta cecinit,

Neq; Troia, græcæ potentiæ vrbs æmula.

——— fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Virgil. lib. 2. Æneid.

V. Stetit pluribus ſæculis Troia, æmula græcæ potentiæ ciuitas; denique poſt decennale bellum exciſa eſt. Nihil de omni ſua magnificentia reliquum habet, quàm ſolum illud, *fuit.* Sic cùm ſumptuoſæ hominum fabricæ, aut ſenio ſuo fatiſcunt, aut ignibus corrumpuntur, aut terræ motibus deijciuntur, vel denique Numinis manu ad caſum impulſæ ruunt, vnum iſtud ſupereſt, quòd aliquando fuerint, quòd ſteterint aliquando. Et tamen adhuc ædificamus, quaſi ſemper inhabitaturi, omnémque ætatem noſtram, vires omnes & curas, cum luto & latere cõſumimus; digni, quos propter infantiam non tantùm Angeli rideant, ſed & deflcant, quia nocituram vident.

Fatiſcentibus humanæ manûs operibus, nihil ſupereſt prætor *fuiſſe.*

VI. Seriò admodum D. Chryſoſtomus monet: *efficiamur viri, quouſque ſolo reptamus, in lapidibus, & lignis altùm ſapientes? quouſque ludimus? & vtinam tan-*

S. Chryſoſt. hom. 47. ad popul. antioch.

Deum esse, quia
Scripturæ dicunt.

Scripturæ dicunt. Et quidem ubique in Scripturis Deus nobis proponitur tanquam Author, & conditor omnium rerum, qui cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, creavit, & quotidie conservat, ac gubernat, ut omnipotens, sapientissimus, & optimus. Plerique locis Scriptura Deum nobis proponit, ut ab effectis ad causas, & ab his ad illa, quæ causis illis continentur, nostra cognitione progredi ac ascendere possimus. Quemadmodum Apostolus ad Romanos cap. 1. ait:

Invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

Rom. 1.

21. Itaque hæc, & reliqua ejusmodi testimonia nos ad Deum ejusque cognitionem ducunt, ut ab effectis ad causas, & ab his ad illa, quæ causis illis continentur, ascendere possimus. Quæ ratio ducendi ex Scripturis, & ratiocinandi, ab effectis ad causas, & ab his ad illa, quæ causis illis continentur, ascendendo, est hujusmodi:

Ex hominum effectis non demonstrandum, & cur.

Si omnia effecta hominum ex causis naturalibus ita fiunt, ut non contingat, quin fiant, quando causæ illæ, quæ ad ea requiruntur, præsentes sunt, & nihil deest, quod ad causandum requiritur: non licet ex effectis hominum ad causas, & ex his ad illa, quæ causis illis continentur, ascendere, & ratiocinari.

Atque ad eadem Cæsarem mittit, quæ
ad Ariovistum mandaverat. Quod bellum
gerere cogitet, nisi decedat atque Romanos
pro suis habere incipiat, non longiore
tempore, quo voluerit, sibi potestatem
defuturam. Ariovistus respondit: Jure
belli victores, victis quemadmodum velint,
imperare consuesse. Populum Romanum
victis non ad alterius præscriptum, sed
ad suum arbitrium imperare. Si ipse populo
Romano non præscribat, quemadmodum
suo jure utatur, non oportere sese a populo
Romano in suo jure impedire. Bellum
illatum se expectare debere, quod Romani
jam pridem sibi inferre cœperint.

Interea ad munitionem ab Publio Crassio, cui exercitus, cohortesque ad frumentum in Pictones, Turonesque, quæ proxima civitas est Oceano, proficiscenti dederat, complures Gallorum civitates, quæ paullo ante defecerant, obsidibus datis, in fidem recipiuntur. Quæ cum ita sint, Cæsari omnia tuta ad Rhenum videntur fore. Ariovistum, qui inconsulto, ac temere egisse existimabatur, quod neque legati officio fungeretur, neque ea, quæ ipse postulasset, pro quibus missus esset, perficeret, sibi satisfactum arbitrabatur. Accedebat, quod legationis jus apud eum tutum esse videbat, quod ipse legatum apud se habebat, quem vellet, tamdiu retinebat, quoad ipse voluit, neque prius remittebat, quam ad extremum tempus, quod ipse statuerat, ut ad se reverteretur, Gallis, quod neque auctoritate sua defecerant, neque recepti beneficio populo Romano bellum intulerant, satis facere constituit, si ab his omnem vim defendisset. Id se facile effecturum confidebat, quod tam opportune, tam prudenter, tam fortunate omnia bella confecisset. Itaque ad eos primo quemque adoriri, quos videre hostium numero, quod sine periculo aggredi posset, ne, victoria parta, tantarum gentium subitum bellum exoriretur, ne quam civitatem quietam habere liceret, quæ non aut amicitiam populi Romani petisset, aut de causa bellum intulisset. Quod si ita accidisset, ut, prælio decertatum, aut aliquo longiore itinere opus esset, tamen se nullum periculum videre, ne, quam ille civitatem aggressus, non, victoria parta, celeriter ejus auxilia, quæ ad Romanos venissent, ante se cognosceret, quam ad ullum detrimentum perveniret. Ariovistus, quod ipse Romanos pro suis habere incipiat, non longiore tempore, quo voluerit, sibi potestatem defuturam. Ariovistus respondit: Jure belli victores, victis quemadmodum velint, imperare consuesse. Populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare. Si ipse populo Romano non præscribat, quemadmodum suo jure utatur, non oportere sese a populo Romano in suo jure impedire. Bellum illatum se expectare debere, quod Romani jam pridem sibi inferre cœperint.

Interea ad munitionem ab Publio Crassio, cui exercitus, cohortesque ad frumentum in Pictones, Turonesque, quæ proxima civitas est Oceano, proficiscenti dederat, complures Gallorum civitates, quæ paullo ante defecerant, obsidibus datis, in fidem recipiuntur. Quæ cum ita sint, Cæsari omnia tuta ad Rhenum videntur fore. Ariovistum, qui inconsulto, ac temere egisse existimabatur, quod neque legati officio fungeretur, neque ea, quæ ipse postulasset, pro quibus missus esset, perficeret, sibi satisfactum arbitrabatur. Accedebat, quod legationis jus apud eum tutum esse videbat, quod ipse legatum apud se habebat, quem vellet, tamdiu retinebat, quoad ipse voluit, neque prius remittebat, quam ad extremum tempus, quod ipse statuerat, ut ad se reverteretur, Gallis, quod neque auctoritate sua defecerant, neque recepti beneficio populo Romano bellum intulerant, satis facere constituit, si ab his omnem vim defendisset. Id se facile effecturum confidebat, quod tam opportune, tam prudenter, tam fortunate omnia bella confecisset. Itaque ad eos primo quemque adoriri, quos videre hostium numero, quod sine periculo aggredi posset, ne, victoria parta, tantarum gentium subitum bellum exoriretur, ne quam civitatem quietam habere liceret, quæ non aut amicitiam populi Romani petisset, aut de causa bellum intulisset. Quod si ita accidisset, ut, prælio decertatum, aut aliquo longiore itinere opus esset, tamen se nullum periculum videre, ne, quam ille civitatem aggressus, non, victoria parta, celeriter ejus auxilia, quæ ad Romanos venissent, ante se cognosceret, quam ad ullum detrimentum perveniret.

virtuti, ſed fortunæ adſcribenda ſunt bona, nulliſque niſi pueris crepanda.

VI. Sed quid ſentiendum, inquiet non nemo, cùm ſuus aliquem ſudor fecit glorioſum, ſiue in ſcholaſtico puluere & literaria palæſtra, ſiue in arena, Martiiſque campis laborauerit. Jta enim vſuvenit, vt iam duplex illud hominum genus præualeat, *Docti & Fortes*; vtrique Reipub. perneceſſarij, & auſim dicere, neutri ſeorsùm ſufficientes. Num iſtis ſua laus negabitur, quàm ſcientiæ felicitas, peritiæ dexteritas, magnus animus, & victrix manus comparârit? Jmò non negabitur, digna eſt virtus, quæ poſteritati commendetur. Hoc tamen præcipuè agere, aut ſolùm, vt multorum ore celebreris, atque his terris *ſemper honos, nomenque tuum, laudeſque* maneant, eſt cum infantibus ad crepitacula currere, parúmque de viro ſapiente præſeferre.

Docti & Fortes, nũc paſſim præualent.

Scientia rei literariæ ac militaris, vtraque ſuam laudem meretur.

Virgil. Eclog. 5.

VII. Dilucidè in rem præſentem D. Auguſtinus: *laus humana non appeti à ſapiente, ſed ſubſequi debet ſapientem, & rectè facientem; vt illi proficiant qui etiam imitari poſſunt, quod laudant.* Jtaque in hunc finem præcipuè, vnicéque noctu ad Epicteti lucernam, doctas lucubrationes meditari,

D. Auguſt. de ſerm. domini in monte.

Ioannes Baptista Constantinus Imperator Augustus Pius Felix Victor ac Triumphator semper Augustus. Quoniam Deus Optimus Maximus Nos ad Imperium vocavit, & Nobis Rempublicam commisit, Nos ejus Majestatem Nostris Actionibus imitari, & Nostrum Imperium ad Ejus Exemplum regere debemus. Quapropter Nos

vide insani hominis arrogantiam, vt pro Numine se orbi venderet, scholas auibus aperuit, brutósque inter discipulos, vir in pucrum abijt, contentus si hoc crepitaculum vbique personuisset, *Annon est DEVS.*

Ludum literarium aperit volucribus Annon, & tres voculas docet.

X.

Neque tamen impetrauit sua vota; nam, etsi verba illa, auiculæ longâ consuetudine essent complexæ, eadémque intra domesticas caueas magistro suo, velut nouitio Deo placituræ, sæpiùs fideliter redderent; tamen, vbi postea aliæ aliò in diuersas plagas, atque ad primam libertatem, victúmque dimissæ sunt, continuò naturalem cantum repetiêrunt, longum vale mittentes Annoni, cuius neque nomen, neque disciplinam memoriâ seruârunt. Jta ludimur mortales, cùm maximè affectamus glorioſos titulos, & humanas laudes, & perennantem famam; ex oculis auolant, nósque hiantes & prensantes deserunt.

Annonis superbia turpirer ab auibus elusa.

XI.

Si tamen magna omninò nomina, encomiáque curæ sunt, mentem supra humũ, & istud inane efferamus; dominemur affectibus, leges scribamus desiderijs, eliminemus vitia, ducem sequamur rationem; sic superi nobis Encomiastæ fient. Nusquam illustriùs homo celebratur, quàm cùm virtuti suæ & pietati, cælum facit theatrum, Deum

Virtutem sequuntur encomia, præsertim apud spectatorem Deum Diuósque.

DEVM in Orcheſtra Munerarium, Diuos ex alto ſpectatores. Plana, & vera eſt Apoſtoli ſententia, *pietas ad omnia vtilis.* Si autem ad omnia, quæ honeſtè appeti poſſunt pietas valet, tum etiam momentum conferet ad laudis bonum; ſiquidem, auctore Nazianzeno, *præcipuum beneficium eſt, in rebus honeſtis laudari.*

1. ad Timot. 4. 8.

XII. Quiſquis igitur nominis ſui commendationem amat, pietatem indiuiduum operibus omnibus comitem jungat; ſicut vmbra corpus, ita illam ſequitur laus. Jntelligo verò hoc loco per pietatem, verum DEI cultum, juxta doctrinam S. Auguſtini dicentis; *pietas eſt verax Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi ducuntur officia.* Quod magis declarauit Euſebius, quando aſſeruit, virtutes omnes eſſe quaſi partes pietatis. in qua denique Theodoſius Jmperator totam Chriſtiani hominis felicitatem ponebat; vnde etiam morti vicinus, filijs ſuis, Arcadio & Honorio, nihil tam impensè commendauit, quàm vt veram pietatem conſeruarent; cuius beneficio reipublicæ proſperitas, familiarum incolumitas, aliáque bona florerent. Si ergo, ſine ambitionis crimine, vis nomen tuum cælo inſcribere; quin etiam homines in terra habere non tantùm

Pietas veræ laudis fæcunda parens.

D. Auguſt. epiſt. 52.

Euſeb lib. 8. de præparat. Euang. cap. 2.

Nicephorus lib. 13. c. 1.

Theodoſius Imperator morti vicinus, filijs ſuis pietatē cōmendat.

vir-

virtutis tuæ admiratores, ſed & præcones, in laudatam modò pietatem te totus effunde.

Sed hîc malè auriti aliqui, vt celebres mundo euadant, in malitiam ſe effundunt, túmque demum *lætantur, cùm malè fecerint; & exultant in rebus peßimis*, quaſi hac viâ ad gloriam graſſaturi, magnáque honoris incrementa. Jtaque videas quoſdam inſolenter & palàm iactare fraudes ſuas & fallacias, artes mentiendi, ſimulandi, diſſimulandi; audias alios ſibi gratulari, quòd Herculeis poculis, inſaníſque hauſtibus, non paucis animã ex ebrio corpore excuſſerint; quòd multis virginibus vitium fecerint, nunquam emendabile; quòd complures in duello, hoſtilíque congreſſu è medio ſuſtulerint, ſatiatâ tum modò vindictâ, cùm inimici ſanguine ferrum ſuum tinxerunt. Hæc & alia ſimilia ſunt, in quibus ſibi complacent nonnunquam improbi, præſertim ſi aſſentantium voces acceſſerint, eò nocentiores, quò auidiùs arripiuntur.

XIII.

Prouerb. 2. 24.

Impij famã gloriámque venantur ex flagitijs ſuis.

Documento Herodes eſt, ab infami morte famoſus Rex. Hic in puerum infantémque migrauit, quando maturâ iam ætate, virum agere debuit. Signum infantiæ fuit, admiſiſſe crepitaculum adulatorij plauſûs, cùm ad ſuos facundiùs peroraſſet. Et

XIV.

Herodes Rex, quantus puer?

quo-

quoniam ab assentatoribus (frequenti, magnóque aularum malo) DEVS est compellatus, tum grauissimè hic titulus Herodi puero nocuit, cùm maximè arrisit. Nam exinde ad bestias, seu potius bestiolas, vilissimos Vermes, damnatus est.

Act. 12. 22.

XV. Ita vlciscitur DEVS impietatem, & eos, qui sibi triumphum canunt post exercitum scelus. Adsunt Vermes, & mordent. Præsertim autem Vermis conscientię inclementer illos habet, quos Lucifer in orco æterna sibi fecit mancipia. Et isti quidem semper antea sine fronte, nunc toti in vultûs purpura deflent, heu! nimis serò, infantilis puritiæ suæ studia, quoties meminerunt, sequondam per huius vitæ cursum in ludicris occupatos, seria neglexisse; vanarum inter mortales laudum, & quidem ex flagitijs suis speratarum, aucupes; cùm nulli vera nascatur gloria, noménque immortale, nisi ex veris virtutibus, & morum probitate. Hoc miseri iam intelligunt, & gemunt, suísque imitatoribus illud sapientis quotidie occinunt;

Erubescentia Damnatorum, qui Virtute relictâ, per flagitia ad gloriã voluerunt graffari.

Prou. 1. 22. *vsquequò, paruuli, diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient?*

PARA-

Digitized by Google

PARAGRAPHVS IV.

TERTIVM INFANTIÆ studium,

Conſtruxiſſe domos, ex luto & arenâ.

MVlta mortalibus otiũ facit mala. Grande illud eſt; quòd, ſicut rubigo ferrum exedit, ita iſtud vires & robur emollit. Quæ cauſa eſt, vt natura ipſa in paruulis hanc peſtem oderit; nam, ne nihil agant, moliuntur fabricas luteas; móxque omnis infantium reſpublica partitur puerilia ſtudia; & quidam fæno, alij paleis; ſtramine & arenâ nonnulli conuehendis occupantur. atque vbi moles aliqua conſurrexerit, malè materiata; putant, ſe ſtruxiſſe vrbes, & mænia hoſtibus formidanda; veriùs, ridenda grauiori ætati. I.

Puerorum, infantiúmque labor, in luteis fabricis.

Sed hîc, quæſo, patienter audiamus D. Chryſoſtomi cenſuram; *quid enim* (verba eius ſunt) *à pueris differimus, ludentibus, & domos ædificantibus; nos ſplendidas erigentes domos? pueri ſumus, ſeria eſſe putamus, & terram & lutum coagmentantes; veruntamen ſtatim pereunt, & collabuntur.* Itaque magno Pontifici Infantes videntur, II.

S. Chryſoſt. ſerm. 47. ad popul. Antioch.

Homines toti in ædificijs occupati, Infan-

deſtruatur. Jtaque de omnibus tandem ædificijs, domibus, palatijs, arcibus, caſtris, ſiue ad neceſſitatem, ſiue ad luxum pompámque conſtructis, dici poterit, quod de Troianorum quondam vrbe, poëta cecinit,

Neq; Troia, græcæ potentiæ vrbs æmula.

fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Virgil. lib. 2. Æneid.

V. Stetit pluribus ſæculis Troia, æmula græcæ potentiæ ciuitas; denique poſt decennale bellum exciſa eſt. Nihil de omni ſua magnificentia reliquum habet, quàm ſolum illud, *fuit.* Sic cùm ſumptuoſæ hominum fabricæ, aut ſenio ſuo fatiſcunt, aut ignibus corrumpuntur, aut terræ motibus deijciuntur, vel denique Numinis manu ad caſum impulſæ ruunt, vnum iſtud ſupereſt, quòd aliquando fuerint, quòd ſteterint aliquando. Et tamen adhuc ædificamus, quaſi ſemper inhabitaturi, omnémque ætatem noſtram, vires omnes & curas, cum luto & latere cõſumimus; digni, quos propter infantiam non tantùm Angeli rideant, ſed & deſicant, quia nocituram vident.

Fatiſcentibus humanæ manûs operibus, nihil ſupereſt præter *fuiſſe.*

VI. Seriò admodum D. Chryſoſtomus monet: *efficiamur viri, quouſque ſolo reptamus, in lapidibus, & lignis altùm ſapientes? quouſque ludimus? & vtinam tan-*

S. Chryſoſt. hom 47 ad popul. antioch.

Pœnas incurrunt pueri, tempus infãtilibus fabricis malè comburentes.

tummodò luderemus. nunc autem & noſtram perdimus ſalutem. Et, ſicut pueruli, cùm in his ſtudijs agunt, literis neglectis, multa ſuſtinent verbera; ſic & nos in his omne ſtudium impendentes, dum ſpirituales exigemur diſciplinas, nec, quas præſtemus, habebimus, extremam dabimus vltionem; nec vllus erit, qui nos eruat, ſiue pater, ſiue frater, ſiue quicunque. Sed hæc omnia quidem transibunt, ex his autem oriens tortura manet immortalis, atque continua. Quod & in pueris accidit, pueriles quidem ludos, propter ipſorum torporem, patre funditus deſtruente, ipſos autem in continuo luctu conſtituente.

Poſſunt etiam Adulti, plùs nimiò immerſi ædificijs ſtruendis, mereri plagas.

VII. Quibus verbis apertè inſinuat vir ſanctus, poſſe denique diuitem, totum in architectando occupatum, exceſſu peccare; vt cum implicitus ſolùm exteriori illo negotio, otium virtuti & pietati indicit, inſuperhabitâ animæ ſuæ curâ, & regiæ cæleſtis, mortalibus in æternum paratæ domicilium: cuius Apoſtolus meminit, non ſine ſuauiſſimo ingentis deſiderij affectu ad Corinthios ſcribens: *ſcimus; quoniam, ſi terreſtris do-*

Ratio & modus peccandi apud diuites, in continuis ædificiorũ machinationibus.

2. ad Cor. 5. 1.

mus

mus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cælis. nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cælo eſt, ſuper indui cupientes.

Cæli, æterni, pulcherrimique palatij, deſideriũ excitandum.

VIII. Et ſanè, ſi ad hoc palatium, DEI, atque beatorum ſedem, oculos noſtros cum mente ſæpius extulerimus, nihil admodum huius mundi fabricæ, quantumuis in ſpeciem elegantes, artificioſæ, pretioſæ, nos ampliùs afficient: videbuntur minùtula tuguriola, & ruſticanæ plebis caulæ, ſi ad illas ampliſſimas cæleſtium operum ſtructuras conferantur. Non ignorauit iſtud noſter iterũ Chryſoſtomus, quando officiosè hortatur ſingulos: *in cælum reſpice; à lapidibus & columnis, ad illum decorem oculos reflecte, & videbis, quòd hæc formicarum ſint, & culicum opera. Contemplare ſpectaculum, aſcende ad cæleſtia: illinc ædificiorum diſce ſplendorem: eſſe nihil inuenies, ſed paruulorum ludibria puerorum.*

D. Chryſoſt. hom. 55. ad popul. antioch.

Palatia huius mundi, formicarũ, culicũ, puerorum ſunt opera, ſi cũ cælis conferantur.

IX. Jta ſe rem habere, planiſſimè agnouit S. Jgnatius Loyola, quoties noctu ſidera, & ſiderum orbes, vigili oculo arbitratus, inter

manantes dulciter lachrymas, & frequentia ſuſpiria, ingeminauit paucula illa, ſed aurea verba; *heu! quàm ſordet terra, cùm cælum aſpicio?* Scilicet omnes illi voluptates, omnes delitiæ, omnia gaudia humo nata, ſtomachum mouebant & nauſeam. Omnes moduli, & varietates, ſiue à vocibus humanis, ſiue à fidibus mortali digito pulſatis, inſuaues erant. Jpſæ adeò pyramides nubibus æmulæ, & Mauſolæa magnorum cenſuum barathra, & domus auro, gemmíſque incruſtatæ, & quidquid demum in terris mundi faſtus ſuſpicit, meræ ſordes videbantur Jgnatio, & retrimenta, fædam mephitim exhalantia. Solum illi cælum arriſit, & viſum eſt pulchrum eſſe, dignúmque, ad quod animus aſpiraret. O! omnes ita ſentiamus cum Patriarcha Jgnatio.

Ribaden. in vita S. Ignatij.

Cælum ſolum arridet S. IGNATIO, terra cum omni ſuo apparatu ſordet.

X. Sed enim, quemadmodum ſemper aliqui hominum, ad brutos mores degenerant; ita ſunt, qui in diuerſam ab illo opinionem abeunt, & factâ comparatione cæleſtium, terrenorúmque, palàm audent profiteri: *heu! quàm ſordet cælũ, cùm terram aſpicio!* peſſimi profectò æſtimatores, & digniſſimi, quorum oculis collyrium, cerebro helleborum adhibeatur. Neutrum etiam deerit, cùm ex hac mortali vita, ad immortalem alteram fuerint per mortem excuſſi. Jntelligent tum

Brutis hominibus terra ſolùm arridet, cælum omne ſordet.

(ſed

(ſed ſerò nimis) quàm perperam fecerint, & præpoſterè; quando fugaces diuitias æternis opibus, breuiſſimas carnis oblectatiunculas nunquam morituris gaudijs, honores cum fumo pereuntes, veris diuiníſque titulis, denique ſolum hoc, cælo, & lapſuras cum luto domos æternis palatijs prætulerunt.

XI.

Corrigere quin etiam volent judicium ſuum, errorémque; continuis lamentationibus illud repetituri: *heu! quàm ſordet terra*, & quidquid terreno mixtum eſt luto; *cùm cælum procul aſpicimus*, ſincerámque illam, & ſemper duraturam beatarum mentium gloriam. Hos tales nihil profecturos gemitus non ſine acerbo morſu, notâ erubeſcentiæ, extorquebit malus Vermis ijs apud inferos, qui infantium more, ætatem ſuam & annos, inter ruituras domos vaniſſimè conſumpſerunt, neglectâ Numinis regiâ.

Erubeſcentia Damnatorum, qui neglecto cælo, perituris fabricis animum applicârunt.

PARAGRAPHVS V.

QVARTVM INFANTIVM studium,

Machinas atque Ædificia in aëre molitum esse.

I. NEque minus causæ, cur sibi timeant, illi habent, qui supra tellurem altiùs ituri, cum pueris in aëre machinas, & fabricas moliuntur. Jucundum est, quod maximus Planudes in vita Æsopi commemorat. *Nectenabo*, inquit, *Rex Ægypti, cùm falsò accepisset, Æsopum esse extinctum; mittit Lycero Regi Babyloniorum epistolam, quâ architectos petebat, qui turrim ædificarent, neque cælum neque terram attingentem. Lycerus Æsopo quasi rediuiuo (nam eum occidi jusserat, quem tamen seruus clam seruârat) cùm Nectenabonis epistolam ostendisset; Æsopus omnes aucupes accersiuit, atque aquilarum pullos quatuor, vt caperent jußit; captos nutriuit, ac instruxit, vt pueros in sportis, vnguibus aquilarum affixis, gestando in altum tollerent, atque ita obedientes pueris essent, vt, quo-*

Raderus ad lib. 1. Martialis, epigram. 6.

Lycerus Rex, turrim vult strui, quæ nec cælum, nec terram attingat.

Æsopi industria & labor cum aquilis & pueris.

cunque

cunque illi vellent, volarent, siue in altum, siue in terram humi. Exactâ hyeme, Æsopus cum aquilis & pueris profectus ad Regem, spectaculum illud, totâ admirante Ægypto, exhibuit. Rex viso Æsopo perculsus, attulisti, inquit, qui turrim ædificent? Cui Æsopus, parati sunt, si modò ostendas locum. Postea egressus vrbem Rex, in planicie demonstrat diuersum locum. Adductis ergo Aesopus ad demonstratos loci angulos, aquilis quatuor cum pueris, per sacculos appensis, ac puerorum manibus fabrorum datis instrumentis, jußit euolare. Illi verò sublimes, date nobis, clamabant, lapides, date calcem, & aliam ad ædificationem materiam. Quo miraculo attonitus Nectenabo, vnde, inquit, mihi volucres homines? Aesope, victus sum.

Æsopi pulchrum ingenium.

II. Hæc non omnino fabulosa esse, convincere possunt complures historiæ, in quibus pueros ab aquilis innoxiè leuatos, atque aliò translatos fuisse legimus. Jd tamen in proposito plus habet iactantiæ, quàm facultatis; quando iste puerilium fabrorum quaternarius, iam in sublime euectus, cæmenta

Bullingarum lib. de Ven. Circi cap. 21. Calicrates Tyrius apud Vopiscū de Aureliano.

petijt faciendo operi, cui in aëre, corpore liquido & fugitiuo nullū ſubſtruere poterant fundamentū. Eapropter ſemper inter ἀδύνατα, ſeu, vt ita loquar, impoſſibilia hactenus numeratum eſt, molem aliquam ſupra humum in proximo elemento machinari.

III. Et tamen ſunt non rarò maturi, imò etiam ad ſenium curui mortales, qui illam prędictorum audaciam puerorum æmulaturi, conantur quaſi in aura ædificium ſibi collocare. Quod quidem illi omnes agunt, quorum animos ſcelera ſemel agminatim inſederunt; plerumque enim ſibi audent ſpondere infallibile pro facienda pœnitudine ſpatium, miſericordiam Numinis quouis momento obuiam, felicem propitiæ mortis horulam; denique cælum nunquam intrare volentibus clauſum. Jſtud autem ſibi fortiter, atque indubitatò perſuadere, eſt domum in nubibus erīgere, nullo fundamine nixam, ſed lapſuram in ſui molitione. Quapropter iſtiuſmodi homines temerè credulī, pari cum Judæis pœna frequenter plecti ſolent.

Qui ſecuritatem ſibi promittunt ſalutis ſuæ, in aëre ſtruunt molem.

IV. Eo tempore, quo Hebræam gentem amara Babylonis ſeruitus tenebat (vt nunquam malos ingenium deficit ad queſtum faciendum) jactârunt ſe aliqui pro vatibus, & iam tempus breui adfore ſoluendæ captiuita-

uitatis, atque ad patrios lares redeundi, impudentissimè mentiebantur. Interim, quia facile est vulgus ad felices nuncios, passim omnes lactari cæperunt spe libertatis recipiendæ. Sed quàm turpiter decepti sint, graphicè ostendit scriptura, cùm sic loquentem DEVM facit: *ipse* (vanus vates) *ædificabat parietem; illi autem* (populus) *liniebant cum luto absque paleis.*

Similes sunt pseudoprophetis, pariter olim machinantibus fabricã lapsuram.

Ezechiel. 13. v. 10.

V.

Dein Ezechielem, cum imperio hæc jubet nunciare vtrisque: *dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit* (paries) *erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem;* dúmque propheta Numinis mandatum exequitur, de ruina malè compacti ædificij vaticinatus, exclamat, *ecce cecidit paries!* quasi iam præ oculis imminentem domûs casum conspiceret.

Ezechiel. 13. v. 11. 12.

VI.

Obseruandus hîc est mos firmandi apud quosdam parietis cum crusta, siue ex calce, siue ex luto, paleis & stramine constricto. nam lutum friabile & solutum, superveniente pluuiâ, labefit; eodémque secum lapsu parietem inuoluit. Tales erant Pseudoprophetarum illorum rationes, quibus pa-

Vana mortalium spes atque securitas, similis domui malè materiatæ.

cem, & ſecuritatem populo promittebant; tales erant eorum ſpes, quibus fulciebant plebem; diuturnitate mali, quod tolerare cogebantur, labefactatæ ſunt. Et vt rem verbo dicam, tota moles fabricæ, velut in aëre conſtructa, ætatem ferre non potuit.

VII. Jdem omnino, neque alius manebit exitus, illos propè omnes mortales, qui ſeipſos vaniſſimis ſpebus lactant, & pergunt continuò eſſe laſciui, raptores, ebrioſi, fæneratores, blaſphemi, magi, quia confidentiſſimè credunt, cùm fatis ſuis vicini fuerint, impetraturos ſe apud diuinæ clementiæ tribunal, quaſi vno momento, infinitorum ſcelerum veniam, culparúmque omnium obliterationem. Jſtis verò oppono tremendam Numinis comminationem: *erit imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantes.* Attende, ô male! quiſquis teipſum incertâ fiduciâ ſolaris; ô quiſquis cũ Æſopicis pueris, machinas meditaris ſupra terram, ad vicinias nubium jungere; hem! DEVS minatur tibi iras, & furores ſuos; minatur tibi *imbres, lapides, ventos*, & quidem *imbres inundantes, lapides prægrandes, ventos diſſipantes.* Caue, ne tuum tibi corruat ædificium; caue ne inanis confiden-

Brutũ Impiorum ſtudium, inanem ſalutis fiduciam, vanis ſpebus ſuperſtruentium.

Nmminis comminatio contra ſceleratos mortales, lactantes ſe ipſos vanis promiſſionibus.

tia,

tia, quâ niteris velut columnâ, te ſperantem & fidentem, ſecum in ruinam trahat.

VIII. Jd enimuerò iam pluribus malum euenit impijs, vt extremo vitæ articulo pedem ſuũ ipſi ponerent in tartari præcipitium, quo ſperabant ad cælum auolare. nimiùm diſtuliſſe emendationem morum, nimiùm reſipiſcentiam procraſtinâſſe, nimiùm morti, DEO, ſibi, confiſum eſſe, multis exitium attulit. Jámque omnes apud inferos, quos olim ſiue ſpes, ſiue præſumptio fefellit, ſtant rubore pleni, quod fiducias ſuas non melioribus fundamentis ſuperſtruxerint, dum licuit moliri aliquid per temporis conceſſi facultatem.

Nimia ſalutis confidẽtia, nõ paucos perdidit.

Erubeſcentia Damnatorũ, quòd in hac vita malas fabricas ſtruxerint.

IX. Nos, alienis non tam periculis, quàm pœnis, fiamus cautiores, & ſeriam Magni Gregorij adhortationẽ in cor admittamus; *ſi ſciret* (ait) *quiſque de præſenti ſæculo, quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud pœnitentiæ aptare potuiſſet; ſed qui pœnitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit. Semper ergo extremum diem dabemus metuere, quem nunquam poſſumus præuidere. Ecce hunc ipſum diem, de quo loquimur, ad inducias conuerſionis accepimus.* Sequentem

D. Greg. in in Euang. hom. 12.

Pœnitentibus veniam Deus promittit, craſtinum diẽ pro pœnitentia nõ ſpondet.

tem ſine leuitatis nota nobis polliceri non poſſumus, multò minus ſecuturos Neſtoris annos, & tardæ ſenectutis, aut mortiferi languoris producenda ſpatia; præterquam, quòd plerumque pœnitentia in mortem dilata, parum roboris, vitæque habeat.

X. Jta mecum D. Auguſtinus ſentit, cuius ſunt iſta: *agens pœnitentiam, & reconciliatus, cùm ſanus eſt, & poſtea benè viuens, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus.* Et infrà. *debeo illud planiùs exponere, ne me aliquis malè intelligat. nunquid dico; damnabitur? non dico, ſed dico etiam, liberabitur? non. Et quid dicis mihi? neſcio. non præſumo, nõ promitto, neſcio. vis te dubio liberare? vis quod incertum eſt euadere? age pœnitentiam, dum ſanus es, quando peccare potuiſti. Si autem vis agere ipſam pœnitentiam tunc, quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. Sed vnde ſcis, inquis, ne forte Deus dimittat mihi? verum dicis, vnde? neſcio. Duæ res ſunt: aut ignoſcitur tibi,*

S. Auguſt. in lib. 50. homiliarum, hom. 41.

Sanum cõſilium de pœnitentia agenda à ſano homine.

Incertũ præ certo dimittendũ.

aut

aut non ignoſcitur. quod horum tibi futurum ſit, neſcio. ergo tene certum, dimitte incertum.

PARAGRAPHVS VI.

QVINTVM INFANTIAE ſtudium,

Equitaſſe in Arundine longâ.

I. QVod de apibus olim poëta dixit, liceat mihi ad Jnfantes accomodare;

Ingentes animos, anguſto in pectore verſant. — *Virgil. 4. Georgic.*

Vix cunis pueritia egreditur, iámque caballos cogitat, & equeſtres ludos.

Incedunt pueri, paritérque ante ora parentum — *Virgil. l. 5. Æneid.*

Frenatis lucent in equis: ——

quales artificis manus, ſiue ex corio, ſiue ex ligno format. Hîc tu mihi conſidera homines annoſos, vetulas capulares, viros ſilicernia, ita me ſuperi ament, niſi cum puerili infantia ſoleant *equitare in arundine longa:* arundine leui, fragili, emedullatâ. Quæſo enim te, quid aliud eſt huius vitæ adoleſcentia? quid aliud omnis huius mundi fortitudo, pulchritudo, opulentia? quid aliud mortalium

Adulti quinam cũ Infantibus equitent in arundine.

lium nobilitas, ſocietas, amicitia, fauor, quàm deſcripta arundo? & tamen iſtis nitimur homines, & incumbimus, & inſidemus, miſeri equites miſeris caballis, quia durare non poſſunt.

II. Iuuentus inſtabilis arundo.

Atque vt de pulcherrimo Juuentutis flore incipiam, nequaquam ſtabilis eſt:

Iuuenal. ſat. 9.

——festinat enim decurrere velox
Floſculus, angustæ, miseræq; breuissima vitæ

Portio, ſubrepit non intellecta ſenectus: illa nimirum ætas, quæ imminentis præcipitij eſt anteambulo. Nam cùm arida laxatur cutis, dentes obſcuri, oculi minores fiunt, cùm incerto nutatur veſtigio, nihil morte certiùs, nihil propinquiùs eſt ſepulchro. Quid quòd multi in ipſa ſua adoleſcentia fatis concedant. non mirum, arundo eſt adoleſcentia, neque fert æquali omnes conſtantiâ.

III. Corporis robur infirma arundo.

Sunt tamen, qui in neruis ſuis, & corporis robore triumphant. Planè ſuperuacuè; quia iterum in arundine gloriantur, ſenſim collapſurâ. Experimento didicit fortiſſimus Milo Crotoniates; quem, dum conſtitit, nemo poterat veſtigio educere; cùm digitis pomum tenuit, nemo valuit extorquere. Hic etiam in Olympico certamine, ictu nu-

Plinius l. 7. cap. 2.

dæ

dæ dexteræ, dicitur taurum occidiſſe, & ſine fatigatione per ſtadij ſpatium, humeros portâſſe, totúmque eo die abſumpſiſſe. Quia verò iam ſenio fractum heroëm vires defecerant, vt neque manu bouem proſternere ampliùs poſſet, neque proſtratum humeris efferre, neque vnâ die totum, vt olim, deuorare; hinc aiunt ingemuiſſe virum, & emortuæ fortitudini lachrymis parentâſſe; diſſimulaturus triſtitiam fuiſſet, ſi humana robora cogitâſſet leuibus calamis eſſe ſimilia.

Milonis Crotoniatæ quanta fortitudo?

Eiuſdem quanta voracitas?

Neque plus habet firmitudinis corporis elegantia, nitor vultûs, punicantis ſuaveolentia genæ, cæteráque innata aut fucata membrorum ornamenta. Nam & oris purpura expalleſcere, & ſiderea frons extingui, & capillorum ſuggeſtus defluere, & omnis demum pulchritudinis flos, ad vnius auſtri, morbi, ſenectæ, iniuriam ſolet expirare. Jta aiunt Helenam Reginam, venuſtatis miraculum, cuius forma Troianos, Græcóſque ad internecina bella accenderat, tum denique fleuiſſe, ſuas

IV.

Pulchritudo corporis elegantiáque, fragilis arundo.

Helena flet, vt primam in ſe rugam conſpicit.

——*vt in ſpeculo rugas conſpexit aniles:* Ouid. lib. 1. Triſt.

nempe immemor; quòd arundineis bacillis iam dudum corporis pulchra habitudo eſſet adnumerata.

Quid verò de opibus dicam, & copioſis facultatibus? neque iſta quidquam ſunt veriùs,

V.

Opes mortaliũ, inanis arundo.

veriùs, quàm mobilis, dubius, vacillans baculus. Jntellexit probè, quod asſero, magnum illud Eccleſiæ lumen S. Auguſtinus; hinc eius iſta fluxerunt verba. *Tu videlicet homo magni conſilij, magnæq; prudentiæ, excogitas quotidie genera acquirendæ pecuniæ, de negotio, de agricultura, fortaſsis & de eloquio, de juris conſultatione, de militia; addis, & de fœnore. Primò hoc à te quæro; ſcis, eum poſſeſſurum, cui ſeruas? aut ſi nondum natus eſt, ſcis, naſciturum? ſeruas filijs; incertum eſt, an futuris, an poſſeſſuris.*

S. Auguſt. in pſal. 38.

VI. Hoc certum eſt, neminem ſatiabunt diuitiæ, tibi an alijs ſerues, quia vacua arundo ſunt. Jpſis etiam Jmperatoribus famem, ſitímque attulerunt, non extinxerunt. Vnum Veri Cæſaris conuiuium ſexagies centies mille ſeſtertiûm hauſit, & adhuc fames fuit. Exenteratus aër, terra lacerata, flagellata ſunt maria, vt Heliogabalo cænula pararetur, & adhuc fames. Madebant olim non tantùm vnguentis theatra, lucernæ balſamo, ſed & vino innatabant Euripi, & adhuc ſitis. Coronæ aureæ, & talenta, vnius exhauſti congij præmium ſunt facta, & adhuc ſitis. Tandem macerati vniones, nouo ludibrio

Diuitiæ nõ ſatiant poſſeſſorem.

Iulius Capitolinus in Vero.

Ælius Lampridius in Heliogabalo.

Athæneus lib. 10. *Dypnoſoph.*

in

in ventrem vocati, vt vnâ ambitioſa potione, ipſa adeò regnorum trucidaretur opulentia; & tamen adhuc fames, adhuc ſitis. Quis neget, inanem eſſe calamum diuitias, quando explere humana non poſſunt deſideria?

Plinius ſecundus lib. 9. nat. hiſt. cap. 35.

VII. Inſolentia quorundã Nobilium.

Sed nunc gradum moueo ad illuſtres proſapias, & magna Nobilitatis decora; quibus titulis, nimis quàm multi mortalium hodie inſoleſcunt: quaſi ſatis ſit

Iuuenal. ſat. 8.

——————————ſolo
Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos,
Et Curios iam dimidios, nasúmque minorem
Coruini, & Galbam auriculis, nasóque carentem.

Aratrum & ligo, principium omnis Nobilitatis.

Sanè, vt longiſſimè repetantur ataui, tandem ad aratrum & ligones, ad colum & ſarculum venitur.

VIII. Nobilitas quam propria virtus non ſtabilirit.

Neque pulchrum eſt, in aliena poſſeſſione velle gloriari, peregrinari in ſua. Aliena eſt Nobilitas, & inanis ſine medulla arundo, niſi ad veteres ceras, auorúmque ſtatuas, tuum aliquid de virtute, & pietate acceſſe-

lit, emedullata arundo.

rit. Cuius tamen nobiles aliqui exiguam rationem habent, contenti, quòd maiores ſui toto orbe per egregia facinora inclaruerint: quaſi verò hæredibus eapropter ignauis eſſe liceat, & ſola ſufficiat *gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu*, cum tribu Ephraim, quæ in numeroſitate ſobolis, & fæcundis matribus ſe jactabat; iſti ſuperbiunt, quòd è nobili ventre, non plebeium traxerint ſanguinem; parùm memores vatis regij, cum gemitu clamantis; *quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?*

Oſea. 9. 11.

Nobilium quorundã vana jactãtia.

Pſal. 29. 10.

IX. Fortaſſis autem magnopere poſſumus confidere in humana ſocietate, amicitiâ, beneuolentiâ, fauoribus, largis pollicitationibus? profectò non ampliùs, quàm calamis in arundineto, qui pondus incumbens non ſuſtinent, franguntur continuò ad primum niſum. Sic planè nihil fragiliùs eſt mortalium familiaritate, conſuetudine, neceſſitudine, gratiâ, promiſſionibus. Nam præterquam quòd rarò ſincerè inter amicos conuenit, & quemadmodum Comicus ait:

Amicitia, ſocietas, fauores humani, mera & imbecillis arundo.

Plaut. Bacchid.

Multi more iſto, atq; exemplo viuunt;
quos cùm cenſeas
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimonijs,
Linguâ factioſi, inertes operâ ——

etiam

etiam coalita ſemel amicitia, leuiſſimis offenſiunculis diſſoluitur. Ponamus verò, inter aliquos eam eſſe immortalem, ſempérque ſibi conſtare; tamen morti eripere, & à diuino tribunali eximere, aut etiam liberare fatalis fulmine ſententiæ nunquam poterit. imbecillis atque impotens arundo eſt, ſicut priora fortunæ, aut corporis bona.

Nulla hominem amicitia, eripere morti poteſt, aut Numinis tribunali.

X. Quæ cauſa eſt, cur nobis omnibus repetere poſſim vtiliſſimè illam admonitionem, quam Senacherib quondam, Rex Aſſyriorum, Ezechiæ, Hebræorum ſummo capiti, malitiosè, impiéquè ſuggeſſit: *quæ eſt iſta fiducia, quâ confidis? aut quo conſilio, vel fortitudine rebellare diſponis? ſuper quẽ habes fiduciam, quia receſſiſti à me? ecce confidis ſuper baculum arundineum, confractum iſtum, ſuper Aegyptum; cui ſui innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.*

Iſai. 36. à §. 4. & ſq. ad 7.

Ægyptus, eiúſque Rex Pharao, baculus arundineus.

XI. Audi improbe, magnus ex te DEVS ſciſcitatur, cur ab eius caſtris, lege, decretis, ſanctionibus, toties, támque perfidè defeceris? cur perduellionis te reum egeris? cur aduersùs Numen, auſu inexcuſabili, ſumpſeris arma, heu! nimis impar tanto ho-

lit, emedullata arundo.

rit. Cuius tamen nobiles aliqui exiguam rationem habent, contenti, quòd maiores ſui toto orbe per egregia facinora inclaruerint: quaſi verò hæredibus eapropter ignauis eſſe liceat, & ſola ſufficiat *gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu*, cum tribu Ephraim, quæ in numeroſitate ſobolis, & fæcundis matribus ſe jactabat; iſti ſuperbiunt, quòd è nobili ventre, non plebeium traxerint ſanguinem; parùm memores vatis regij, cum gemitu clamantis; *quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?*

Oſea. 9. 11.

Nobilium quorundã vana jactãtia.

Pſal. 29. 10.

IX. Fortaſſis autem magnopere poſſumus confidere in humana ſocietate, amicitiâ, beneuolentiâ, fauoribus, largis pollicitationibus? profectò non ampliùs, quàm calamis in arundineto, qui pondus incumbens non ſuſtinent, franguntur continuò ad primum niſum. Sic planè nihil fragiliùs eſt mortalium familiaritate, conſuetudine, neceſſitudine, gratiâ, promiſſionibus. Nam præterquam quòd rarò ſincerè inter amicos conuenit, & quemadmodum Comicus ait:

Amicitia, ſocietas, fauores humani, mera & imbecillis arundo.

Plaut. Bacchid.

Multi more iſto, atq; exemplo viuunt;
quos cùm cenſeas
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimonijs,
Linguâ factioſi, inertes operâ ——— etiam

etiam coalita ſemel amicitia, leuiſſimis offenſiunculis diſſoluitur. Ponamus verò, inter aliquos eam eſſe immortalem, ſempérque ſibi conſtare; tamen morti eripere, & à diuino tribunali eximere, aut etiam liberare fatalis fulmine ſententiæ nunquam poterit. imbecillis atque impotens arundo eſt, ſicut priora fortunæ, aut corporis bona.

Nulla hominem amicitia, eripere morti poteſt, aut Numinis tribunali.

X. Quæ cauſa eſt, cur nobis omnibus repetere poſſim vtiliſſimè illam admonitionem, quam Senacherib quondam, Rex Aſſyriorum, Ezechiæ, Hebræorum ſummo capiti, malitiosè, impiéquè ſuggeſſit: *quæ eſt iſta fiducia, quâ confidis? aut quo conſilio, vel fortitudine rebellare diſponis? ſuper quẽ habes fiduciam, quia receſsiſti à me? ecce confidis ſuper baculum arundineum, confractum iſtum, ſuper Aegyptum; cui ſui innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.*

Iſai. 36. à §. 4. & ſq. ad 7.

Ægyptus, eiúſque Rex Pharao, baculus arundineus.

XI. Audi improbe, magnus ex te DEVS ſciſcitatur, cur ab eius caſtris, lege, decretis, ſanctionibus, toties, támque perfidè defeceris? cur perduellionis te reum egeris? cur aduersùs Numen, auſu inexcuſabili, ſumpſeris arma, heu! nimis impar tanto ho-

fti? quid denique illud fuerit, cuius causâ licenter adeò deflexisti in scelus? Dices, à juuentute & robustâ te adolescentiâ hactenus animatum, vt patrares senectuti deplorandа: hortatas etiam opes fuisse, & corporis bene sani vires, & formæ decus, & generis prosapiam, vt auderes plus cæteris apud Liberum patrem, Deámque Venerem, & matrem flagitiorum omnium Licentiam. Denique humanæ societati, amicitiæ, familiaritati aliquid dandum fuisse, deseri (etiam cùm mala suaserint) sine nota, & gratiæ imminutione non potuisse; præsertim spe factâ ex obsequio mutuorum officiorum amplæ compensationis.

Excusationes variæ, quibus malitiam suã, sceleráque palliãt Improbi.

XII. Jtáne verò, ô miser? *Ecce! confidis super baculum arundineum, confractum istum; cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. sic Pharao Rex Aegypti, omnibus, qui confidunt in eo.* Sic & juuenilis ætas, & membrorum nerui, & venustatis dignitas, & familię splendor, & necessitudines mutuæ, & amici, & mortales omnes, arundo sunt, cui quisquis incubuerit, sibi ipse cum casu vulnus faciet.

Sed ipsos se turpiter decipiunt.

XIII. Equidem compertissimæ huius veritatis, testes magno mihi numero Orcus dabit, tanto

tanto luculentiores, quanto diutiùs apud infernales flammas erubuerunt, infantiámque ſuam ſubterraneas inter thermas defleuerunt. Proh! quanti illorum cum vacuo, fragili, inſtabili calamo, negotium habuerunt? quanti illorum ſuis quondam facultatibus, ſodalium fauoribus, corporis, naturæ, fortunæ donis confiſi ſunt, & abuſi ad omnem peccandi libertatem? ſed nunc luunt, vulnúſque continuum accipiunt à Morſu Vermis ſui, exprobrantis, vni creatori Deo innitendum fuiſſe, non creaturis. Tu, ſi periculum cupis exire, & pœnas, noli cum pueris Arundines amare.

Erubeſcentia Damnatorũ, quòd hoc orbe infirmis arundinibus nixi ſint.

PARAGRAPHVS VII.

SEXTVM INFANTIÆ ſtudium,

Papiliones venatum fuiſſe.

VEnatio, pulcherrimum hominis exercitium, potiſſimùm ad capiendas feras excogitata eſt; quæ vbi ſemel animo cæpit allubeſcere, totum occupat. Sic poëta ait:

I. Venationis miræ deliciæ.

——— manet ſub Ioue frigido
Venator, teneræ coniugis immemor;
Seu viſa eſt canibus cerua fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper plagas.

Horat. lib. 1. Carm. ode. 1.

Suetonius in Domitiano.

Domitianus tamen Cæſar ſingulare genus venandi inſtituit: nam, initio principatus ſui, quotidie ſecretum horarium ſumere ſolebat, captandis muſcis; quas etiam præacuto ſtylo fixit, vt interroganti, quis intus cum Jmperatore eſſet, Criſpus reſponderit, *ne muſca quidem.* Habent etiam Jnfantuli ſuas venationes. potiſſima præda eſt Papilio, alatus vermiculus, quo nullum animal eſt imbecillius. Sed quia pulchris coloribus diſtinguitur, à pueritia ſupra damas, & capreas, & hinnulos æſtimatur.

Muſcis capiendis occupatur Cæſar.

Infantes venantur papiliones, alatos vermiculos.

II.

Simili cum infantibus ſtudio tenentur adultæ ætatis homines, qui honores ita ſectantur, vt illis ſint pro anima & vita. Sed quàm nullus ſit iſte venatus, quàm vanus, imò & pernicioſus, declarat S. Anſelmus per allatam cum papilione ſimilitudinem, in hanc ſententiam: *Papiliones cùm volant, tramitem rectum nunquam tenent, ſed huc illúcque ſe agitant; cúmque alicubi reſidere videantur, nec ibi diu morantur: hos autem ſequentes, cũ pueri capere volunt, citò poſt eos currere ſatagunt, & quia non ad ſuos pedes, ſed ad papiliones intendunt, aliquando in foueã cadunt, ſéq; immaniter lædunt: plerumque cùm caute accedunt, & eos*

Qui honores ſectantur, cum infantibus capiunt papiliones.

D. Anſelmus lib. de ſimil. cap. 72.

appre-

apprehendere tentant, papiliones auolant. Si quando eos apprehenderint, exultant de nihilo, quasi magnum quid fuerint adepti. Claudit dein quem descripsit venatum, cum hoc epiphonemate: similiter faciunt, qui honores huius mundi appetunt.

III. Dignitates coloratis, pictisque papilionibus similes.

Amos 6. 13.

Itaque illi mortales, qui dignitatibus partis, picto pulchrè ad speciē bono, triumphant, ex D. Anselmi mente cum infantia, & puerulis, velut in coloratis variè papilionibus, & re vanissima gaudent. quibus rectissimè illud accommodari potest, *lætamini in nihilo*. Et sanè quantum Nihilum sint honores vniuersi, quorum gratiâ, vsque adeò humana digladiantur studia, palàm facit cōstantissima eorum inconstantia. vix accedunt & abeunt, marinis æstibus non absimiles, quibus accessus, recessúsque æternus est. Ita vbi magna nomina, gloriosíque hominibus tituli affluxerint, destituunt post paulò hiantes, migrántque ad alios, aliósque dominos. Docent hoc omnes omnium ætatum annales, docet ipsa experientia, rerum magistra; pauculis licuit integrum seculum inter fasces & imperia transigere, multis sua dignitas, breuibus spacijs absoluta fuit.

Magnum Nihilū vniuersi mundi præsentis honores, tituli, &c.

IV.

Romanos Cæsares intuere, & ne tam velis mirari sceptrorum fulgorem, quàm

præproperum formidare interitum. Basiliſco menſis vigeſimus, vitæ regníque curſum clauſit. Maximus, & Balbinus menſe duodecimo, imperium ſuum omne expleuerunt. Vitellio nonus, Galbæ ſeptimus, Tacito ſextus, Michaëli Calaphati quintus, Ottoni quartus, Maximo ſecundus, Piſoni menſis primus fatalis fuit. Quidam vix bene conſcenſum ſolium cum capulo, vix inchoatam triumphi, imperiíque gloriam, cum Libitinæ lugubri apparatu commutârunt. Adeò breues, inſtabiles, incerti, infidi ſunt mortalibus honores; vix capiuntur, & auolant.

Breue imperiũ quorundã Cæſarum.

V. Honores citò auolant.

Pereleganter Anſelmus noſter: *honores huius mundi, nunquam certam tenent viam, ſed incertis diuerticulis, de vno ad alium transuolant.* Jta quotidie oculis noſtris cernimus, morientes viuis, victuríſque relinquere ſua officia, nomina, titulos, purpuras quoque, & diademata, & ſubſellia, & tribunalia, & ius omne regnandi.

S. Anſelmus loco ſupra cit.

A mortuis ad viuos migrant.

VI. Sæpe inuitos deſerunt.

Sed illud longè triſtiſſimum eſt, quando dignitas & honor viuentes deſerunt, ſuáque migratione, faciunt inglorios miſerè contabeſcere. Hoc malum pluribus euenit, cùm ſtringere ſe papilionem crediderunt, manu elapſus auolauit; eodem transfugio

vnum

vnum beaturus, occisurus alterum. Belisarium hîc tu contemplare, virum, quem virtus sua supra plebem euexit, atque ad dictaturam; nam Justinianus Cæsar, eum exercitûs sui ducem esse jussit, in paucis charum; quia fortunatus fuit, & videbatur cum Marte omnis victoria in vnum Belisarium conspirare. Jtaque missus ad bellum persicum, superis etiam annuentibus, atque opem ferentibus, Persas sæpius deuicit. Expeditionem postea mouit in Africam contra Wandalos, quibus superatis Carthaginem occupat, vniuersam Africam recuperat, captóque rege, Constantinopoli triumphum agit. Eum deinde Syracusis repetit, cùm Siciliam in potestatem recepit. Jam & Vitigem, Gothorum Regem, innumerabilibus copijs ferocientem, in obsidione Romanæ Vrbis strauit; & Totilam in fugam coniecit, & Hunnos, quo minùs Constantinopoli cladem inferrent, consilijs suis, fortíque dexterâ, effecit.

Baronius in rebus gestis à Belisario, ad annũ Christi 527. 533. 535. 540. 547. 558. 561.

Belisarij præclara facinora, victoriæque.

VII. His perpetuæ victoriæ passibus, ac quotidianis velut triumphis, pulchrè ad senectutem ambulabat Belisarius; cùm ecce tibi, à Justiniano in ordinem redigitur, vocatus in suspicionem clandestinæ conjurationis. Jta, qui in apice gloriæ credebat se subsistere, subitò fortunæ ludibrium factus est,

Fortunę ludibrium Belisarius.

atque ad vltimam vitæ miseriam deuolutus; quàm Joannes, Græcus auctor, his olim Jambis descripsit.

Iste Belisarius, Imperator magnus,
Iustinianeis existens temporibus Imperator;
Ad omnem quadrantem terræ cùm explicuisset victorias,
Postea inuidiâ excæcatus (ô fortunam instabilem!)
Poculum ligneum detinens, clamabat plebi in stadio,
Belisario obulum date Imperatori.

Belisarius exoculatus, stipem rogat à prætereuntibus.

VIII. Sic infelix homo non tantùm dignitatibus, diuitiisque exutus, stipem rogare à transeuntibus debuit, sed & oculos, charissimam humani corporis partem amittere; siue dein' inuidia æmulorum (familiare aulis malum) expunxerit, siue justa vindicta, exercitæ quondam injuriæ in Siluerium, sanctissimum Pontificem, quando eum nullâ suâ culpâ in exilium pepulit, alio violentè ad mitram intruso. Vt vt sit, non semper tenuit Belisarius, quam semel occupauerat, magni nominis felicitatem, etiam inuito erepta est gloria; quàm benè cæpit fabulam, inhonorus clausit, Nempe quod Anselmus monuit,

Castigata creditur in Belisario iniuria, quã Siluerio Papæ intulit.

monuit, coloratus papilio est omnis huius sæculi splendor, qui ex amplis titulis, præclaris facinoribus, honorificis muneribus, officiísque, homini nascitur, cùm nihil minùs timemus, iam auolauit; nósque pueros, de iactura plorantes, in fletu ridet.

IX.

Qui intéperanter honores venatur, periculum adit.

Tu caue, ne fugitiuum velis insequi: non solùm operam perdunt, qui perituram gloriam venantur, sed verò etiam periculum adeunt secuturi lapsûs, quo sæpe Jnfantia plectitur, quando post alatos, & variè pictos vermiculos currit; vt rectè idem qui suprà, obseruauit Anselmus noster. Et vide, non iam poëtarum fabulam Jcarum. Sub Nerone inventus est Simon Magus, qui volandi aleam suscepit: hic stygijs adiutus artibus, voluit in cælos penetrare, vt inde acciperet honorem, conditione suâ maiorem. DEVS quispiam audire petijt, nomen nullis mortalibus concessum. Verùm dum iam iam homo vermis, papilionem vermiculum, siue nouam insolentis tituli gloriam, conatur prehendere; liquefactis plumis ad igneas D. Petri preces, non ampliùs volat Simon, sed cadit fulminis vice, & cruris fracti sanguine, spectatorem Cæsarem respergit.

Patet in Simone Mago.

Arnob. aduersus Gent. lib. 2. Ité Clemens Romanus, Cyrillus Hierosolymorũ Episcopus, alíque apud Baronium ad annum Christi 68.

Suetonius in Nerone.

X.

Ambiunt alienum sacerdotium

Grauior multò hoc casu ille fuit, quo Dathan & Abiron ad inferos lapsi, æternùm perierunt; postquam alienum sacerdotium turpis-

Dathan & Abiron.

turpissimâ ambitione affectârunt. Continuò enim Moyses, futuræ cladis nuncius, monuit vniuersum populum: *recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum. Cúmque recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi, stabant in introitu papilionum suorum, cum vxoribus & liberis, omníque frequentiâ. Et ait Moyses: in hoc scietis, quòd Dominus miserit me, si consuetâ hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, quâ & cæteri visitari solent, non misit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent; descenderintque viuentes in infernum, scietis, quòd blasphemauerint Dominum. Confestim igitur vt cessauit loqui,* dirupta est terra sub pedibus eorum, *& aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersâ substantiâ eorum, descenderúntque viui in infernum, operti humo, & periêrunt de medio multitudinis.*

Numer. 16.

Glutiuntur ab hiante terra.

Quan-

XI.

Quanquam verò non nemo arbitretur, Dathan & Abiron, ambitioſum par, tantùm morte temporaneâ punitos fuiſſe : habet tamen verior Doctorum opinio, æternam eos incurriſſe; ſiquidem vbi à vindicta Numinis in flagranti delicto deprehenſi ſunt, credibile eſt, ſolicitos de corpore potiùs ſeruando, quàm anima (vt contingere ſæpius ſolet in ſubitis caſibus) nihil admodum reſipuiſſe, aut de commiſſo ſcelere doluiſſe; adeóque tum verè ad orcum præcipitatos ruiſſe, quando fædo ambitu alienam dignitatem, variegatum papilionem ſunt venati: vt opus nihil ſit verba illa ſcripturæ, *deſcenderunt viui in infernum*, ad ſenſum metaphoricum detorquere. Itaque miſeri illi, dum alieni ſacerdotij honores ambiuerunt, in foueam lapſi ſunt, vnde nunquam exeunt.

Abulenſ. hic.

S. Hieron. in cap. 4. ad Epheſ. S. Baſil. hom. 9. quod Deus non eſt auctor malorum Bellarm. lib. 4. de Chriſti anima c. 10

Veriùs eſt ad Inferos ruiſſe Dathan & Abiron, ambitûs reos.

XII.

Quid ni exclamem hîc cum S. Bernardo? *ô ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques? nil acriùs cruciat, nil moleſtiùs inquietat, nil tamen apud miſeros mortales celebrius negotijs eius*. Confragoſa eſt via in honorum faſtigia, atque vbi ſe homo ad ſupremum gloriæ culmen eluctatum putat, ruinam inuenit, & præcipitia, non rarò in tartarum. O! quotus quiſque

Ambitio quantum malum.

S. Bernard. lib. 3. de Conſid.

apud

apud inferos grauiter de ambitione reus, torquetur cum Dathan & Abiron? Neque minima pars doloris est meminisse, eò se miseriarum deuolutum, quòd cum pueris papiliones sectatus sit, hoc est, magna in terris munera, nomina, titulos; rem vanam, ventosam, pictam, fucatam. Sanè quoties hoc Infantiæ dedecus, Vermis pestilens, stygis ciuibus exprobrauerit, toties morsum, aculeúmque figet, cum æterno dedecore.

Erubescentia Damnatorũ, quòd cum Infantibus papiliones sint venati.

XIII. Sed, vt concludam hunc de puerilibus Christianorum quorundam studijs excursum, illud vnumquemque cum poëta submoneo:

Est aliquid quò tendis? & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris cornos, testâque lutóque?

Persius sat. 3.

Stolidus is auceps foret, qui neglectis auium cupedijs & delitijs, solos vultures, miluios, corniculas, coruósque ad ictum destinaret, ignobilem prędam, & iam dudum fastiditam humanæ gulæ. Quantò stultior is homo fuerit, qui bonis cælestibus insuper habitis, merserit animum in terrena, transitura, interitura, ludicra? O! serijs aliquando mentem applicemus, ducti Apostoli exemplo, dicentis: *cùm essem paruulus, loquebar vt paruu-*

Terrena ista tanquã ludicra, cælestibus velut serijs, posthabenda.

paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus; quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli. 1. ad Cor. 13. 11.

XIV. Mi bone, hactenus fortaſſis (vt ſolet infantilis pueritia) negotium habuiſti cum pupis, crepitaculis, fabricâ luteâ, caballo ligneo, papilionibus. Clariùs me explico; hucuſque forſitan optimos dies malè triuiſti ornando corpuſculo, comparando plauſu, colligendis opibus, collocandâ fiduciâ in adoleſcentiæ robore, denique in cumulando dignitatum decore. Jtaque cum parvulo Paulo fuiſti paruulus, ſapuiſti vt paruulus, cogitâſti vt paruulus, egiſti vt paruulus. Nunc cum eodem Paulo, iam maturo, virum indue, puerum exue, nuces & crepundia abijce; dic ex magni Apoſtoli magno affectu: *exiſtimo omnia* (lutea in terris bona) *detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam IESV Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* In Viros mutari debemus, cũ Paulo Apoſtolo, qui cum eodem aliquando Infantes fuimus. Ad Philipp. 3. 8.

XV. Hic planè virilis animi ſenſus eſt, dignus Chriſtiano homine, cælum ſupra terram, DEVM ſupra creaturas, æterna ſupra mortalia æſtimare. *Efficiamur ergo viri* (clamat D. Chryſoſtomus) *vt perueniamus ad ætatis no-* S. Chryſoſt. hom. 4. in 1. ad Corinth.

tis noſtræ terminum, qui à Deo nobis inſtitutus eſt; & futurorum bonorum ſiamus participes, gratiâ Domini noſtri IESV Chriſti, cui gloria in ſæcula.

CAPVT III.

CONFVSIONIS ET MALI

Morsûs, apud conclamatos orci indigenas, alia cauſa eſt, Somnolentia in medijs ad ſalutem neceſſarijs, ignauè diſſimulata.

I. RIDICVLVM eſt, quod de Diogene memorant Magiſtro, & nouitio diſcipulo. Cùm enim hic ambiret in eius diſciplinam, lyceúmque admitti, juſſus eſt captandi experimenti gratiâ, ſiue pernam, ſiue fruſtum caſei, ponè futurum Doctorem ſuum ferre, per apertas platearum vias, omnémque populi in foro frequentiam. Sed quia hominem liberalem puduit impoſiti oneris, eo temerè abiecto, furtim ſe oculis ſpectantium ſubduxit. Contigit, vt aliquando pòſt, forte fortunâ obuiũ haberet Diogenem, à quo non ſine amari risûs vulnere, hæc audire debuit; *tuam ac meam amicitiam perna* (aut caſeus) *diremit.*

Laertius lib. 6. Bruſonius lib. 5. cap. 27.

Diogenes Philoſophus diſcipulum exercet in cõtemptu ſui.

Nota-

II. Notauit Philoſophus his pauculis iuuenem; clarè ſignificans, illum nequaquam ſapientiæ tironem idoneum fore, qui ſtupidum pudorem neſciret contemnere; neque enim turpe eſſe, aut pernam, aut caſeum geſtare, ſed ab honeſto recedere. Sanè tum maximè debet ex vultu promicare rubor, cùm honeſtas patitur, ſceleri ſuccubitura & violentiæ. Sed (quod dolendum eſt vnicè) apud multos nuſquam hic ſincerus virtutis color, nuſquam hæc bonæ indolis tinctura, reperiri poteſt. Depuduerunt paſſim mortales, & quamuis ad ſua flagitia alios videant erubeſcere, ipſi tamen ſine verecundia, ſine fronte ſtant.

Erubeſcendi juſtiſſima cauſa, cùm ab Honeſto receditur.

III. Prototypon habes in Hazaële, Syrorum rege. Hunc ex communi adhuc ſorte plebeiorum hominum, Benadad Rex graui morbo tentatus, quondam ad Heliſæum prophetam miſerat, conſulturum ſuper regiæ infirmitatis exitu. Quia verò diuinus Vates, DEO pronunciante, iam intellexerat, Hazaëlem & Regi ſuo ab ægritudine erecto, mortem per inſidias allaturum, & eius regno per vim occupato, immania crudelitatis exempla daturum, firmatis in hoc naturæ monſtrum oculis, ſuffundi cæpit ſanguine & lachrimis. Eam rem ſacer textus his verbis deſcribit: *ſtetitque cum eo, & conturba-* 4 *Reg.* 8. 9. 11. & 12.

Hazael ex priuato homine Rex Syriæ, & crudelis tyrannus.

turbatus est vsque ad suffusionem vultûs, fleuítque vir Dei. Cui Hazaël ait, quare Dominus meus flet? at ille dixit, quia scio, quæ facturus sis filijs Israël mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & juuenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes diuides.

Flet Eliſæus atque erubeſcit ad ſcelera, quę Hazaëi patraturus erat.

IV. Hæc barbara, multúmque miſerabilis ſpecies, videre ſcilicet fumantes ab incendio vrbes, ſtrata in compitis adoleſcentium cadauera ſpectare, cernere elingues infantulos ad ſaxa eliſos; vel (quod longè grauius eſt) exciſis matrum vteris, effuſa viſcera, & nondum formatos bene fætus contemplari, Heliſæo & ruborem expreſſit & lachrymas. Quid interim Hazaël, futuræ tragœdiæ auctor? nihil ille colorem mutauit ad tam triſtia vaticinia.

Hazael auditis ſuis probris, nihil variat colorem.

V. Fit ita hodiéque paſſim; vt, quibus vel maximè ſua crimina erubeſcentiam deberent excutere, effrontes ridentia labra diducant, contenti, ſi ſui ex alienis maculis purpurâ tingantur. Sic videas non rarò milites ad exprobrata ſtupra, furta, rapinas, inſontium cædes, inauditam feritatem, etiam in amicos exercitam, altos tamen cachinnos tollere, quaſi, cùm cæteri homines ad diui-

Quamplurimi ſine rubore grauia facinora deſignant.

Milites.

nas le-

nas leges adstricti sint, ipsis impunè exlegibus esse liceat. Sic mercatorum nonnulli, & opificum, tantò magis sibi gratulantur, quantò ampliùs per fraudes lucrum accreuerit. Hîc tu inculca Numinis mandatum, vetantis alteri injuriam inferre, damnum facere; pro plausu explosionem feres, & amarum sibilum.

Mercatores. Opifices.

VI.

Par ratio est cum illis, quos inextricabiles libidinum laqueis semel in juuentute illigârunt: frustra istiusmodi Venereæ soboli notam infamiæ, & nominis sui dedecora obtrudes; nihil ista penetrant saxeum pectus, nihil faciem variant; poteris verissimè istud non vni adolescenti, non vni puellę dicere, quod olim Jerosolymæ DEVS objecit, *frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Jnterim parentes, agnati, propinqui, apud talia honestissimæ familiæ suæ probra, stant rubore & lachrimis suffusi, partim quia alienam liberorum culpam, suam putant; partim quia prolem, cum verecundia, omnem frontem vident exuisse. Jtaque (quod Seneca queritur) passim multis mortalibus euenit:

Venerea Iuuentus.

Ierem. 3. 3.

Parentes erubescunt cùm vident liberis suis verecundiã perijsse.

Periêre mores, jus, decus, pietas, fides,
Et qui redire nescit, cùm perit, pudor.

Sen. Agam.

VII. Quanquam facinorosis non sua ita prorsus expirat erubescentia, quin postliminiò reuertatur; saltem post exactos huius mortalitatis annos, quando ad calidos stygis focos secum rationes subducunt, clarissimé-que cognoscunt, vnâ se ignauiâ cælum perdidisse, solâ socordiâ se salute excidisse æternâ; obtineri potuisse felix beatitudinis æuum sine sanguine & ferro, media ad manus, & facillima fuisse; orationem, verbum DEI, viua Diuorum exempla, sacramentorum copiam, multiplex Numinis auxilium, gratiásque. Jsta turpiter dissimulâsse, ex somnolentia transijsse, insuper omnia habuisse, hoc denique crimen est, quod tartareos ciues in nouam Confusionem dabit & ruborem, nouos mali Vermis dentes, Morsúsque.

Damnati erubescunt, cùm vident se per ignauiam suam cælo excidisse.

PARAGRAPHVS I.

SOCORDIA IN PRECIBVS, causa Confusionis & Morsûs apud Damnatos.

I. QVantarum virium sit oratio, Psittaci docciles hominum discipuli, Magistros ipsi suos docere possunt. Basilius Macedo Jmperator, cum filium Leonem in carcerem conjecisset, oculos eidem ob intentatam parenti mortem erepturus; contigit vt seruulus quidam, miserabilem Leonis vicem identi-

Zonaras in Basilio Macedone.

dem

dem deploraret, & ſæpiuſcule verba iſta condolentis affectu repeteret, *O Leo! ô Leo!*

II. Audierat lamentantem aliquoties pſittacus, quem aula Cæſaris inter delicias habuit. & quia loqui didicerat, quáſque accepit humanas voces, fideliter reddere; ipſo illo tempore, quo herus ſuus Jmperator, cum Senatoribus cænabat, ales quaſi commiſeratione tacta erga Leonem, tetro ergaſtulo clauſum, ingeminare cæpit triſti cum clamore, *O Leo! O Leo!* Animatus tum in ſpem Senatus, præcurrente quaſi pſittaco deprecatore, pro ſalute Leonis interceſſit, impetrauítque vt pater filio parceret, quem implacabilis iam ira videbatur certo ſupplicio deſtinâſſe.

Pſittaci cõdolentia ſuper captiuato Cæſaris filio, occaſio fuit eius liberandi.

III. Audi aliud, & pſittacum pro ſe ipſo ac vita ſua, ſuperos orantem exorantémque contemplare. Hic quondam, aut doctus fuit humano magiſterio, aut ſponte ſuâ didicit, ſanctos in vota pia vocare; quemadmodum fortè more Orthodoxis iam olim recepto, ſæpius Diuos Diuáſque, ſuis quóſque nominibus, longâ ſerie atque ordine diſpoſitos, audierat inuocari. Et neſcio quâ ratione, præ cæteris omnibus cælitibus, S. Thomas Jndorum Apoſtolus, Jndicæ aui arriſerit; certè frequenter illud ſiue clamabat, ſiue cantillabat, *S. Thoma, ora pro nobis.*

Petrus Sanchez de regno Dei p. 7. cap. 3. ex Aquil. lib. 2. cap. 13.

Pſittacus ſacrarũ Litaniarum gnarus.

IV. Euenit, vt fortè ſedentem ſub patula feneſtra pſittacum, accipiter præteruolans conſpicaretur, ſecumque abriperet aut meditabundum, aut garrientem jucundas fabulas. Tum autem, vt miſer aduertit ſe in prædam ceſſiſſe, atque inter hoſtiles vngues, in ſpolium raptoris, mortíſque iturum; quaſi extremo neceſſitatis articulo opem poſtulaturus, contentiſſimâ voce ſolenne illud ſuum repetiuit, *S. Thoma, ora pro nobis.* Viſus eſt etiã Apoſtolus exaudiuiſſe ſupplicabundam volucrem. Siquidem continuò prædator accipiter in terram exanimis decidit; pſittacus autem & periculum exiuit, & libertate potitus eſt.

Indica auis pſittacus, ſub vngue vulturis, Indiæ Apoſtolum, Thomam inuocat, atque eripitur.

V. Nemo igitur dubitet, preces mortalium magnam apud DEVM vim habere, quando etiam auium qualis qualis oratio, robur apud ſanctos habuit. Et quidem, quantum impetrare homini poſſint precationes, pio cum affectu in cælum ad Numen miſſæ, teſtatur magnum Eccleſiæ oraculum Chryſoſtomus, hac, quæ ſequitur, luculentâ oratione. *Si beatus Dauid, cùm eſſet Rex & innumeris immerſus curis, & vndique diſtractus, ſepties in die Dominum rogabat; quam nos excuſationem habebimus, non continuè orantes, & cùm tantum lucri indè ca-*

Magna vis piarum precum.

D. Chryſoſt. homil. 78. ad popul. Antioch.

dè capere debeamus? impoßibile enim, impoßibile inquam eſt, hominem congruo precantem ſtudio, Deóque continuò ſupplicantem, vnquam peccare.

Qui precatur ſincerè jugitérque, peccare nō poteſt.

VI.

Nempe ſignificare vult ſanctus pontifex, frequenti, verâque prece, Numen ita hominibus conciliari, vt inter medios mali dæmonis inſultus, inter periculoſas carnis illecebras, & vafri blanditias mundi, inter tot amicorum, inimicorúmque tela, ipſe DEVS ſuum clypeum, latúſque obijciat, ne quà pateat vulneri locus in ſupplice.

Oratio ſeria, homini impetrat Dei clypeū, aduersùs tentationū ſpicula.

VII.

Neque tamen velim ſingulos mortalium ad longas quotidie comprecationes cogere, ſuffecerit pleriſque, juxta receptam apud probos fideles conſuetudinem, matutino tempore futuris diei negotijs per breuem oratiunculam præmittere, eâdem poſtea diem & labores claudere. Jnterdiu verò, ſaltem ad horas refectionis, prandij & cænæ, iterum aliquid precum, pro maiorum more, interſerere. Hoc decentia exigit. Jſtud autem ſingularis pietas ſuadet, ſingulis diebus ſacro, manè intereſſe, ad æris campani ſolitam, trinámque pulſationem, quotidie Deiparam cum angelo ſalutare. adiungere etiam ſub veſperum pia vota pro animabus, quæ illic piacularibus flammis vruntur. me-

Ratio quotidie orandi, recepta apud probos fideles.

Quid dictet pietas in dies ſingulos aut hebdomades, hominibus profanis?

miniſſe item Iouis, Veneríſque diebus, ſupremæ illius luctæ, quam Chriſtus Seruator. in monte oliueti; quin & mortis, ignominioſæ magis an doloroſæ? quam in monte Caluariæ, noſtro bono, malo ſuo ſuſtinuit & probro, apud maleuolos.

VIII. Denique illud obligationis eſt, dominicis, aliíſque Eccleſiæ ſtatutis diebus, intereſſe ſacro, vtique non brutâ preſentiâ, ſed quæ hominem Chriſtianum decet memorem conditionis ſuæ, diuinorúmque beneficiorum. tum enim, ſi vnquam aliàs, laudanda eſt æterni Dei infinita maieſtas; roganda etiam, vt porrò benefacere ſeruulo ſuo velit, firmare animum in aduerſis; in proſperis, ne qua exorbitet, continere; conflicturo aduersùs principem tenebrarum, auxiliarem manum, victuro palmam & coronam gloriæ porrigere.

Eccleſia quâ ratione certis diebus, ſacrum præſcribat audiendum?

IX. Nolim tamen, hîc quiſquam putet, ſtrenuè ſe officio ſuo ſatisfeciſſe, ſi præſcriptis ab Eccleſia temporibus, labia ſola moueat, ſine pio animi ſenſu; ſi multiplici garritu verba, precéſque ſine attentione congerat: nam vt pulchrè Iſidorus, *quid prodeſt ſtrepitus labiorum, vbi cor eſt mutum? ſicut enim vox ſine modulatione, eſt quaſi vox porcorum, ſic oratio ſine deuotione, eſt quaſi mugi-*

Iſidorus de ſum. bono. lib. 3. cap. 8.

mugitus boum. Quia verò nec porcorum grunnitus, nec taurorum mugitus, Deo facere delicias ſolet, ita multò minùs eius animum ſuauiter afficiunt preces, ſolâ linguâ profuſæ, ſine anima ſua, hoc eſt, piâ cordis motione.

Oratio ſine pietatis ſenſu, coram Deo eſt velut porcorũ grunnitus, mugitus boum.

X. Quæ quantum roboris habeat, quantum neruorum ſtringendo Numini, & in vota ſua trahendo, magno olim commodo gaudióque experta eſt Anna, mater Samuelis prophetæ, quando pro hoc filiolo, hærede familiæ ſuæ impetrando, ante fores templi Jeroſolymitani ſupplicabunda *orauit ad Dominum, flens largiter. Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius. porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* Valuit hic tacitus cordis clamor, penetrauit diuinas aures; atque vt pondus habuiſſe orationem ſuam intelligeret Anna, paulò pòſt in vtero paruulum Samuelem optatiſſimum pondus ſenſit, quem deinde magnum Vatem patriæ ſuæ feliciter enixa eſt.

Pulchrum rectè orandi exemplar, Anna, mater Samuelis.

1. *Reg.* 1. ℣. 11. & 12.

Oratio Annæ, pondus habuit, impetrauítque.

XI. Diſcamus ab hac fœmina verum precandi artificium. parum intereſt, etiamſi os tibi mutum ſit cùm oras, ſatis fuerit cor lo-

loqui; etiam ſilente linguâ, & labijs immotis, mentem Dei potes euerberare, tibíque propitiare per veros gemitus, & ſancta ſuſpiria. Quòd ſi verò cor obmuteſcat, & omnis prorſus abſit internæ pietatis ſenſus, omnis planè conatus eleuandi animi ad cæleſtia deficiat, tametſi roſaria, coronæ, litaniæ, aliæque precationes, ſine numero multiplicatæ, non tam dicantur, quàm profundantur, vno quaſi, continuóque flatu; nihil tamen virium habent, obnoxium potiùs faciunt ſupplicem, quàm obligatione abſoluunt.

Multiplicatæ preces ſine pio affectu, nihil virium habent.

XII. Eſt igitur conſultiſſimum; vt omnes, cùm rei diuinæ ex præcepto Eccleſiæ aſſiſtimus, ipſi nobis accinamus, quod olim more veteri, cùm ſacrificulus diuina facturus eſſet, præco voce altiſſimâ continuò clamauit: *hoc age, hoc age,* neque aliud; ſed ad vnum id, quod agis, animum omnem intendas.

Macrob. ſaturnal. lib. 3. cap. 3.

XIII. Sanè etiam Chriſtianus laborare in templo debet, vt miſſis familiæ domeſticæ curis, & cogitationibus in varias partes animum rapientibus, totum ſe præſenti negotio impendat; &, cùm cæteroquin hebdomade integrâ, per varias creaturas vagetur errabundus, dominico, feſtóq; diè ad Creatorem ſe ſuum recipiat, mentémque ſæcularium rerum mole diſtractam, in obſequium

Curæ vagantis animi, precaturo amandandæ.

Numi-

Numinis, ad horulam vnam colligat. Itaque *hoc agamus*; & iam descriptis modis, temporibusque in preces incumbamus; illud D. Chrysostomi nobis pro solatio identidem inculcantes, *impossibile est, hominem congruo precantem studio, Deóq; continuò supplicantem, vnquam peccare.* 1. *Apud Suarez. tom. 2. de Relig. lib 1. c. 28. & 29.*

XIV. Ex quibus verissimis verbis, per optimam consequentiam, ex mente sacri præsulis infero, fieri quoque non posse (de ordinaria via, vt loquuntur scholæ) quin mortales, orationum osores, neglectores diuinarum precationum, otiosi sacrificiorum spectatores, meræ templorum vmbræ, plurimis se sceleribus inuoluant; atque indè sibi velut è ferro catenam nectant, quâ trahantur in tartarum; nunquam trahendi, si in diuino cultu, & pijs precibus discerent solertes esse; atque hinc, velut è diuite armario, contra hostiles mali dæmonis impetus, sese munire.

Neglectores precũ, quâ ratione perire soleant.

XV. Nam, quemadmodum cum S. Thoma consspirant Theologi, Oratio cuiuis mortali ita præcepta est, vt simul sit necessarium saluti comparandæ medium. Et colligitur hæc necessitas ex ipsis Christi verbis. *Oportet semper orare: vigilate, & orate, ne intre-* *Luca 18. 1.*

Oratio necessariũ est ad salutem medium.

tis in

Matth. 26. 41. *tis in tentationem.* Sic quoque in ſeptem petitionibus à ſeruatore breui compendio præſcriptis, jubemur flagitare. *Ne nos inducas in tentationem.*

Matt. 6. 14.

XVI. Accedit SS. Patrum ſenſus; quos inter S. Auguſtinus ait: *Deum alia danda non orantibus, ſicut initium Fidei, alia non niſi orantibus præparâſſe, ſicut vſque in finem perſeuerantiam.* Eiuſdem S. Auguſtini nomine circumfertur hæc ſententia: *nullum credimus ad ſalutem, niſi Deo inuitante venire; nullum inuitatum ſalutem ſuam, niſi Deo auxiliante operari; nullum niſi orantem, auxilium promereri.*

D. Auguſt. lib. de Bono perſeuerãtia cap. 6.

In lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus c. 56.

XVII. Quia igitur pleríque ex miſero damnatorum numero nunc clariſſimè intelligunt, hîc ſe vitioſos, nimirúmque ſegnes fuiſſe, neque adhibuiſſe ſalutis ſuæ tam facile, tam ſuaue medium; hoc nempe illis erit materia æterni, cordolij, & nunquam finiendæ lamentationis.

Segnities in precibus, materia erubeſcendi apud Damnatos.

XVIII. Et velut cùm olim princeps Syriæ Naaman, tardior eſſet applicando balneo, quod Eliſæus lepræ medicinam præſcripſerat, à ſeruitio ſuo modeſtè increpitus, hæc audire debuit; *ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta,*

4. Reg. 5. 3.

pheta, certè facere debueras; ita planè perditi illic mortales ſibi ipſis perpetuò iſtud obtrudent; ſi magnus DEVS magna nos facere juſſiſſet, & grandia pro cælo obtinendo patrare; ſi alpes tranſcendere, ſi maria transmittere, ſi fluuios ſiccare, ſi *imponere Pelion Oſſæ*, ſi nouos ſoles quærere, ſi incogniti orbis Anthropophagos pellere, tum nempe totis viribus laborandũ fuiſſet; quantò magis poſtquàm preces, & ſupplices voces, & bona verba, & pia vota, voluit eſſe rationem conſequendæ beatitudinis, hîc induſtriæ aliquid collocandum fuit? quid facilius erat, quàm breui horulâ ſub officio diuino, diebus ab Eccleſia fixis, Dei maieſtatem dignis laudibus efferre? pro mille beneficijs, vnum præſtare obſequium linguæ? pro mille gratijs, vnas ſemel, iterúmque, ex ſubmiſſo corde gratias dicere? & quia *labia noſtra à nobis ſunt*, nihil expeditius fuerat, quàm confidenter à Numine poſtulare auxilia promouendæ ſaluti, quæ rogantibus ſe, daturum ſanctè in Euangelio iam dudum ſponderat Chriſtus.

1. *Ouid. Metam.*

Deum precibus colere, res minimè operoſa.

Pſal. 11. 5.

XIX. Poteramus igitur ſine maiore aliqua vi, ſine cruore & gladio, ſolius linguæ ac cordis conatu, pauculis verbis, breuibus oratiunculis, quin & gemitibus, ac ſuſpirijs non

non multis, cælum, tartarúmque expugnare. Sed heu pigritiam noſtram! ignaua pecora fuimus; nam tametſi, temporanei gratiâ lucelli, nullum adeò corporis noſtri membrum non ſtrenuè ſudauerit, diebus ſingulis; tamen aut pes officium ſuum negauit, cùm ſtatis horis ad templa eundum erat: aut ſi illuc ventum eſt, lingua cum corde defecit; quia ad diuinas laudes, ad veniam de peccatis rogandam, ad flagitanda bene viuendi ſubſidia, inter ſonantia blandè organa, inter muſicos hominum, angelorúmque choros, ſine vllo pietatis ſenſu, elingues, mutíque ſtetimus. nunc heu! facundi nimis miſerias noſtras (ſed ſine remedio) comploramus.

Querelæ Damnatorum, ſibi ipſis ſuam in diuino cultu pigritié exprobrantium.

XX. Has ſimiléſque exprobrationum alternarum cantilenas, malæ Conſcientiæ Vermis, improbis apud inferos ſuper ſocordia ſua ſuggerit, non ſine Confuſione Morſúque, miſerâ carnificinâ; quia domeſtica eſt, & quotidiana.

PARA-

PARAGRAPHVS II.

IGNAVIA IN EXCIPIENDO Dei Verbo, causa ruboris Morsúsque apud stygis cives.

I. HAbet hîc quoque materiam insaniendi mala Conscientia, dentémque figendi in sceleratum, perditúmq; mortalem; quoties occurrit, Verbum DEI in opportunissimis huius vitæ occasionibus, temerè, ignauéque neglectum fuisse. Poterit hoc alicui duriusculè dictum videri; cùm neminem Christianum, supremus Ecclesiæ magistratus, tam arctè obstringat ad diuini verbi auditionem, quemadmodum dominicis festísque diebus, ad sacrificij, missæque religiosam præsentiam.

Verbú Dei negloxisse, quibusdam est causa interitûs.

II. Et verò sic aio: esto; nemo fidelium teneatur lege Ecclesiasticâ interesse sacris oratoribus, quando certis temporibus pro concione ad populum dicunt; fieri nihilominus potest, vt quàm plurimi omnis ordinis, statúsque ac conditionis homines, præcepti altioris, nempè diuini imperio, idipsum facere debeant.

Multi ex præcepto diuino obligantur ad sacras concionas.

III. Ratio in promptu est. Cùm enim quisque Christianorum ex diuino præcepto scire teneatur ea omnia, quæ tum ad fidei catholicæ necessariam cognitionem, tum ad salutis

Ratio ob quam multi teneantur

tur ad audiendum Verbũ Dei.

ſalutis conſecutionem, velut ineuitabilia media pertinent; fieri autem frequentiſſimè ſoleat, vt magna mortalium pars ſit admodum ignara rerum ſpiritualium, myſteriorũ fidei, Sacramentorum, aliorúmque ad beatitudinem obtinendam mediorum inſcia; quandoquidem pauculi illorum de iſtis talibus aut in ſcholis olim, aut domi ſuæ, aut Chriſtianæ pueritiæ catecheſi ſufficienter inſtructi fuerunt: hinc defectus iſte ſupplendus eſt, excipiendis illis doctrinis, quæ vniuerſo fidelium populo publicè, atque ex pulpito proponuntur in templis.

IV. Ponamus verò, & liberaliter etiam concedamus, multos eſſe quàm optimè eruditos in articulis ad fidem ſpectantibus, aliiſque ad ſalutem rebus ſcitu perneceſſarijs; quis tamen negare poſſit, cum omni hac ſcientia, quàm plurimos malè viuere, & peſſum ire? vt longè diuerſum ſit, intelligere quid facto ſit opus, & re ipsâ præſtare, quod præſtandum cognoueris. Grauiter omninò Tullius hæc olim ſcripſit: *ſunt ingenijs noſtris ſemina innata virtutum; quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam perduceret natura. nunc autem ſimul atque editi in lucem ſumus, in omni conti-*

Aliud eſt noſſe rectũ, aliud facere.

Cicero lib. 3. Tuſcul. quæſt.

nuo

nuò prauitate versamur, vt penè cum lacte nutricis, errorem suxisse videamur.

Nimirum hîc omnis propè cardo vertitur; vt, quam recta ratio viam monstrauerit, voluntas humana sequatur. Quia verò plerique deflectunt in vitiorum auia, licentiâ & voluptate abstracti, periculosis suasoribus; hinc concionatores, velut apud biuium Herculis stantes, quà manu, quà clamore, ad honestatis semitam, & Christianæ vitæ normam reuocare nituntur, in exitium suum currentes. V. Concionibus mouetur voluntas humana ad bonum.

Quin potius ipsa Dei sapientia, per diuini verbi præcones sedulò negotiosa est, seruandis à præcipitio suo mortalibus, Salomone affirmante; *nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? in summis excelsísque verticibus, supra viam, in medijs semitis stans. Iuxta portas ciuitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens; ô viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum; audite, quoniam de rebus magnis locutura sum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. accipite disciplinam meam, doctrinam meam, magis quàm aurum eligite. melior est enim* VI. Sapientia Dei negotiosa est in Concionatoribus. *Prou. 8 à 6. 1. 6 usque ad 12.* Doctrina diuina, supra aurum pretiosa.

ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.

VII. Et ſanè, ſuum operæ pretium eſt, ſi vitioſiſſimi quoque mortales, diuinam ſapientiam hortantem, dehortantémque in concionatoribus audiant: ſic enim non ſemel compertum eſt, poſt aures accommodatas, etiam animos, quantumuis efferos, ceſſiſſe dicentibus.

Fructus Concionũ.

VIII. Jn quem finem facit; quod cæteroquin fabuloſum, narrat Samuel quidam, ex Rabinorum genere: Regem nempe Armeniæ minoris, ſchoba nomine, ingentibus copijs aduersùs Jſraëlitas aciem direxiſſe. huic Joſue (qui tum ſummæ rei apud Judæos præerat) cum florentiſſimo exercitu prodijſſe obuiam, vt furorem hoſtis reprimeret. Quod vbi Regis mater, veneficijs famoſa, cognouit; filio velificata, carminibus ſuis Hebræos, juxta ſeptem turrium ferrearum ſepta, incluſit. Eo ſpectaculo Joſue territus, conſilio à neceſſitate petito, & alligatâ ad columbæ alas epiſtolâ, eandem ad ducem Janiach, & ſacerdotem Phinees, auxilij implorandi causâ, dimiſit. Jlli igitur repente aduolant; & Phinees quidem, vt à Joſue fuerat monitus, reflexâ tubâ clariſſimè perſonat, non ſine ingenti prodigio, ad ſingulos clangores, ſingulis muris corruentibus, vt

Serrarius in Ioſue c. 24. Cauſinus parab. hiſtor. lib. 12. num. 67.

Commentum Rabinorum de Ioſue, eiúſque exercitu.

paula-

paulatim totus ille ex ferro labyrinthus, quo Jſraëlitæ tenebantur vndique circumuallati, aperiretur, exitúmque daret.

IX. Turres ſeptem ferratæ, ſeptem peccatis capitalibus cõparatæ.

Liceat hanc fabulam piè applicare ad eos homines, qui ſceleribus ſuis ſe captiua dæmoni mancipia fecerunt. Septem turres, ſeu potiùs carceres totidem, ſeptem ſunt lethalia peccata, quibus vt expediti aſſerantur in libertatem filiorum DEI, Columbæ, hoc eſt, Spiritus ſancti ductu, tubâque verbi diuini opus habent.

Spiritus S. Columbæ collatus.

X. *Origen. ho. 23. ſuper Num. Hieron. ſuper pſal. 79.*

Et ſanè ſi à Rabinorum commento, ad veritatem hiſtoriæ venire velimus, ipsáſque illas buccinas, quibus muri vrbis Jericho proſtrati ſunt; ſcio, veteres nonnullos Patres vim tam prodigioſi ſonitus ad verbum DEI accommodare, cuius efficaciâ ſcelerati complures dejecti non ſemel, erectíque fuerunt, quando cætera ferè omnia remedia inter deſperata habebantur; vt D. Auguſtinus nequaquam abſurdè dixerit, quibuſdam mortalibus magis eſſe neceſſarium Verbum DEI, quàm ſit Euchariſtia: quæ tametſi ſecundùm ſubſtantiæ ſuæ dignitatem longè antiſtet doctrinæ ſacræ, nihilominus tamen plus iſta roboris, & commoditatis habet conuertendis impijs.

Verbũ Dei tubis comparatum, quibus muri Iericho proſtrati.

Quibuſdã magis eſt neceſſariũ atq; S. Euchariſtia.

XI. Siquidem experientiâ doctrice, improbiſſimus quiſque quoties ore impuro, &

mente adhuc inquinatâ, panem illum angelicum; ſumit, diuini amoris fornacibus excoctum, plerumque in lapidem tranſit; adeò nihil melioris animi indè enaſcitur; cùm interim obfirmatos in malitia homines, Verbum DEI multoties ad emendationem vitæ, non minùs emolliuerit, quàm ignis ceram, glaciem, aut ferrum ſolet. Quò facit ſententia illa apud Prophetam, *nunquid nò verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram?*

Concionibus obſtinati peccatores emolliuntur.

Ierem. 23. 29.

XII. Et quidem petra olim fuerat S. Auguſtinus, adhuc Manichæorum hæreſi imbutus; imò, quod amplius eſt, ferrum fuit, ferróque durior chalybs; ſed ad Ambroſianam incudem hoc ſaxum ceſſit; cúmque minimè cogitaret, aut etiam vellet Auguſtinus, ad Ambroſianæ calorem eloquentiæ, animus eius ex ferro & chalybe in ceram fluxit, vt deinceps quam luberet, formam pietatis, virtutíſque, DEVS artifex poſſet imprimere.

Manichæus Auguſtinus ſaxum & ferrum.

XIII. Hac de re, tanquam felici conuerſionis ſuę principio, ipſe ſic Numen compellat. *Ambroſium ſeruum tuum, non vt doctorem veri, ſed vt hominem benignum in me, dilexi; & ſtudiosè audiebam diſputantem in popu-*

S. Auguſtinus Confeſſ. lib 5. cap. 13. & 14

populo, non intentione quâ debui, sed quasi explorans eius facundiam, vtrùm conueniat famæ suæ; & verbis eius suspendebar intentus, rerum autem incuriosus & contemptor astabam, & delectabar suauitate sermonis. Sed veniebant in animum meum simul cum verbis, quæ diligebam. & dum cor aperirem ad excipiendum, quàm diserte diceret, pariter intrabat & quàm verè diceret.

Cócionibus S. Ambrosij, præter intentionem suam inescatur Augustinus, & conuertitur.

XIV.

Quod D. Augustinus hoc loco sibi contigisse memorat, alij quoque mortales, siue fœdâ hæresi, siue flagitiosis moribus inquinati, commodo suo experti sunt, vt vel casu & temerè, vel ex destinatione mentis, ad sacras conciones delapsi, è templo redirent meliores multò, quàm intrauerunt. Hæc nempe vis est diuini verbi, posse depositos iam peccatores curare; quin etiam secundùm spiritum mortuos, ad vitam rursus animare Christianam.

Quidã impij temerè accedunt Verbũ Dei, & meliores recedunt.

XV.

Jmaginem huius olim DEVS propositurus, Ezechieli Prophetæ secundùm visionem imaginariam, monstrauit vastissimam campi planiciem, albis ossibus plenam, reliquijs humanorum corporũ. Mox interrogat; *fili hominis, putásne, viuent ossa ista?*

Imago sceleratorũ, ex Concionibus ad meliora reuiuiscentiũ. *Ezech.* 37. 3.

atq; ne otioſus ſpectator eſſet Ezechiel, juſſus eſt illis, Numinis vice vaticinari; fecítque exordium ab his verbis; *oſſa arida, audite verbum Domini.* Vix ea abſoluit, cùm ecce tibi, in auditoribus magnus dicentem motus conſecutus eſt. Sic enim ſcriptura refert. *Factus eſt ſonitus & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodque ad junctturam ſuam; & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt, & extenta eſt in ijs cutis deſuper, & ſpiritum non habebant.*

Ezechiel. 37. 4.

Ezechiel. 37. 6. 7. & 8.

XVI. Hoc enimuerò prodigio nouo ſimile fuit, moueri oſſeas moles, & neruis inuicem compingi, & carnibus accute veſtiri, interim tamen ſpiritu carere. Js ergo vt rediuiua corpora animaret, tum demum illuc ſe inſinuauit, quando vates ſermonem ſuum proſecutus eſt, ac planè perorauit apud tumulos, ſic affirmante ſacro textu; *& ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt, ſteteruntq; ſuper pedes ſuos, exercitus grandis nimis valde.* Sed nunc ad rhombum & orbitam. Quid putamus, in hoc magno Vniuerſo, quanti mortales mortuum animum in viuo corpore circumferunt! nempe quod de vidua olim malè deliciosâ Apoſtolus pronunciauit,

Ezechiel. 37. 10.

uit, *viuens mortua est*; sic quotquot homines vetitis scelerum voluptatibus merguntur, exanimem spiritum trahunt, viuentis corpusculi miseram appendicem. 1. *ad Timot.* 5. 6. Multi corpore viuũt, animo mortui.

XVII. Et quia non tantùm DEVS, rerum omnium ex alto arbiter, sed Cælites quoque beati quotidie, & passim toto orbe hæc talia spectacula vident, seu portenta potiùs, condolentium instar interrogant, *putásne viuent ossa ista?* seu potiùs infelices illi, quorum iam animas in corpore multiplex scelus extinxit? éstne super, tam graui morti, remedium aliquod vitæ? & vitæ beatæ, vitæ æternæ apud superos? Jta sanè, & illud certum satis, ac facilè; nempe Verbi DEI religiosa auditio. Hîc pessimus quisque honestatis osor, virtutis inimicus, proteruus Numinis sui contemptor, clamanti Prophetæ attendat; *ossa arida, audite Verbum Domini.* Beatorum sensus de peccatoribus magnis. Ratio animi resuscitandi Verbum Dei.

XVIII. Vix commodior via est, efficacior modus, suauior ratio, mentem in melius mutandi, etiam cùm malitia in consuetudinis necessitatem inueterauit; quàm piorum oratorum sacris ex cathedra concionibus, sedulò auscultare. Et quanquam initio (quod ossibus apud Ezechielem euenit) magni in audiente impio motus consurgant, quin &

turbidi fluctus, ac mixtæ terroribus difficultates, mentem in varias partes rapiant vulneratam; tamen, vbi constantia perruperit formidinem, & assueuerit Verbo DEI bona voluntas, paulatim tempestas, & venti ponunt, reditque animæ sua vita, & valeo facto improbitati, totus homo ad se, Deúmque reuertit. tam parui laboris est, posse & reuiuiscere secundùm spiritum, & resipiscere secundùm mores, & cœlum lucrari, téque ipsum, cùm volueris diuina audire, & Concionatores; vt proinde summæ ignauiæ argumentum fuerit, & perpetuę confusionis materia, hoc tam suaue salutis medium neglexisse.

Concionibus flagitiosi paulatim ad frugem reduceuntur.

XIX. Et profectò, si per terræ molem, nostrorum se oculorum acies porrigere posset, vsque ad infernale barathrum; multos ibi habitatores, rubore suo turpiter suffusos cerneremus, quorum inanes sunt istæ desitantia sua quærelæ. Ah! miseros nos! ex momento in æternitatem ivimus, ex breui luce ad longas tenebras, ex horario gaudio ad perennem tristitiam. Crimen nostrum est turpis ignauia. Placuit dies festos, profestos, vanis confabulationibus, & rerum ludicrarum narratiunculis, sine fructu comburere fastidiosi interim ad diuina; Verbum DEI, magnum salutis adjumentum,

Querimoniæ Damnatorum, se ipsos incusantium de neglectu Verbi diuini.

audire

audire dissimulauimus. clamabat, tonabat, inuitabat prætereuntes Sacerdos, vt salutis monita exciperemus; sed surdi ad Numinis vocem, sibilum alienum secuti sumus, & corruptæ societatis nutum. Jta solemne nobis fuit, eo tempore, quo alij piè peroranti in templo attendebant, somno, ambulatione, compotatione, lusu, secuturis diei horis præludere, donec sensim emarcuit medulla Christianæ pietatis, & omnis intra nos melior virtutis succus expirauit; inualuit interea vis scelerum, & toto pondere animam in impietate obstinatam, profundo æternitatis mersit. Hinc infortunati, etsi vel maximè supplices, ex orco ad DEVM preces mitteremus, nequaquam clamantes nos exaudiret, postquam ipsum, dum inter mortales fuimus, audire detrectauimus.

XX. Memorabile est, quod de rustico quodam fertur. Js nunquam adduci potuit, vt quo die Numen religiosiùs apud fideles in Ecclesijs colitur, concionantem audiret, hausturus ex sacra doctrina probæ vitæ magisterium. Ergo infirmitate corripitur, & quod solemus tandem omnes, naturæ debitum soluit. Postea verò, vbi illato in templum cadauere, præsente populo, parentare cæpit Sacerdos, ac justa funebria facere, visa est imago Crucifixi, manibus è ligno retra-

Iacobus de Vitriaco serm. 190. & ex eo specul Exempl. tit. Verbum Dei.

ctis, vtramque aurem occludere. ad eum modum, quo de Judæis, audire nolentibus S. Stephanum, in synagoga disputantem, scriptura ait; *continuerunt aures suas.*

Actor. 7. 57.

XXI. Attonitis ad insolens portentum spectatoribus, & de arcano eius sensu perplexis, tandem loci Sacerdos dubium omne abstulit, in hanc clarissimam sententiam, quam (vtique DEO dictante) magno cũ animi feruore enunciauit: *Vos scitis, quòd iste nunquam voluit audire Verbũ Dei, & ideo est nunc in manu diaboli, propter quod Deus obturauit aures suas, ne audiat preces, quas pro eo fundimus.* Simul illi vt audiêrunt interpretem prodigiosi miraculi, extra sacram ædem elatum corpus, communi cum bestijs sepulturâ, communi in agro glebâ obruerunt. Credibile est, virum hunc miserabilem, ex neglectu concionum perijsse, quasi contemptorem eius medij, quo si vsus fuisset tempori, ad meliorem mentem redijsset; sed quia ipse per omnem vitam aures suas occlusit Numini, loquenti per præconem suum ex suggestu, lege talionis punitus fuit.

Imago Christi è Cruce pendentis, obstruit aures ad preces, pro extincto rustico factas.

Lege talionis punitur à Deo, qui Verbo eius aures occludit.

XXII. Quemadmodum hodiéque multi alij in tartaro, ob similem culpam, eâdem pœnâ plectuntur; quam vt probè intelligant, Ver-

mis

mis Conſcientiæ non ſine acerbo Morſu, identidem illa DEI verba inculcat: *quia vocaui, & renuiſtis* (oppoſuiſtis auribus digitos) *deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id, quod timebatis aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam* (vtramq; etiam auriculam digitis obſtruam.) *Manè conſurgent, & non inuenient me; eò, quod exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint.* Prou. 1. à §. 24. §ſq. ad 30.

PARAGRAPHVS III.

PIGRITIA IN EXEMPLIS Diuorum imitandis, cauſa pudoris ſimul ac doloris apud Orci incolas.

I. NOuus hic locus eſt erubeſcendi Damnatis, noua malo Vermi occaſio iraſcendi, quotidiana Sanctorum Exempla potuiſſe, & noluiſſe ſequi. Auget ignauis culpam vis ipſa

ipsa Exempli, trahentis propè inuitos ad imitationem. plus enim valet vox operis, quàm oris; & omni facundiâ potentiùs loquitur vita integra, scelerísque pura.

II. D. Augustinus, quæ ipse quondam admirabundus conspexit in magnete fieri, recenset in hunc modum. *Magnetem lapidem nouimus mirabilem ferri esse raptorem; quod cùm primùm vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam à lapide ferreum annulum raptum, atque suspensum; deinde tanquam ferro, quod rapuerat, vim dedisset suam, communémque fecisset, idem annulus admotus est alteri, eúmque suspendit, atque vt ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo cohærebat. Accessit eodem modo tertius, accessit & quartus. Iámque sibi per mutua connexis circulis, non implicatorum intrinsecùs, sed extrinsecùs adhærentium, quasi catena pependerat annulorum. Quis istam vim lapidis non stuperet, quæ illi non solùm inerat, verùm etiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus ea vinculis subligabat.*

D. August. lib. 21 de Ciuit. Dei, cap. 4.

Vis admiranda magnetis in ferreos annulos.

III. Hoc idem ingenium est Exemplo; virtutem

tutem ſuam in ſpectatores deriuat, trahítque ad ſequelam hominum affectus, quaſi vnâ & longâ concatenatione. Et quoniam etiam quæ imbibunt eum colorem, quem vicinæ præferunt; ideo plurimùm intereſt, diſtinguere inter eos, quos imitari velis. Itaque vt Zeuxis, picturus Junonem, omnibus Agrigenti Virginibus inſpectis, quinque pulcherrimas elegit, ex quibus, quod eſſet in vnaquaque præcipuum, imitaretur; ita ex omni mortalium genere, optimi nobis ad exemplum vitæ proponendi ſunt. Qui verò ſint iſti, perſpicuè demonſtrat S. Baſilius, inhærens ſimilitudini de pictoribus, in hanc ſententiam. *Quemadmodum pictores cùm imaginem ab imagine pingunt, identidem exemplar ſpectantes, illorum lineamenta ad ſuum opificij vſum transferre ſtudent: ſic qui ſe ſtudet omnibus virtutis partibus perfectum efficere, debet elaborare, vt quaſi ad ſimulacra, motu & actione prædita, vitas Sanctorum, ſæpe oculos animi conuertat.*

Par vis Exempli in animos humanos.

Zeuzis pulcherrimam imaginem, ex quinque formoſiſſimis Virginibus depingit.

D. Baſilius in Epiſt. ad Gregor. de vita ſolitaria.

Sancti ad imitationē proponendi.

Et quidem inter Sanctos, jure merito primas tenet, omnis ſanctitatis ſcaturigo α & ω, principiū, & finis, *Chriſtus Dei filius*; cuius vt lingua ſuaſit virtutem, ſic vita perſuaſit;

IV.

Inter hos primo loco Chriſtus,

Sanctorum omnium caput.

ſuaſit ; plurimùm auctoritatis habitura, quando viuum, præſénſque Exemplum, ſui amorem ingeſſit mortalibus. Monet etiam Petrus Apoſtolus , ne velimus eſſe alienæ perfectionis otioſi ſpectatores; *Chriſtus*, inquit, *paſſus eſt pro nobis*; *vobis relinquens Exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Proh qualia veſtigia! etiam ſanguine ſuo ſignata, & ab eodem adhuc calentia; vt præeuntem Dominum ad probra, injurias, verbera, flagella, ſpinas, clauos, crucem, non pigeat ſequi. Hæc denique veriſſima boni Chriſtiani fuerit nota, planè ad mentem D. Auguſtini, dicentis: *Chriſtianus eſt, qui non aſpernatur viam Chriſti, ſed vult viam Chriſti ſequi, per paſſiones ipſius. Noli per aliam viam velle ire, quàm per illam, quâ ipſe iuit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via. alia fortè delicias habet, ſed latronibus plena eſt.* Et paulò anteriùs. *Per dura ambulauit; ſed magna promiſit: ſequere. Noli tantùm attendere, quà iturus es, ſed & quò venturus ſis. Tolerabis dura temporalia, ſed ad lætitiam peruenies ſempiternam.*

1. Pet. 2. 21.

Chriſtiani veri, veriſſima nota:

S. Auguſtinus in pſal. 36.

V. Neque dubitemus; iam pleni gaudij cæleſti-

leſtibus incedunt, quotquot Chriſti, Ducis ſui cruenta preſſerunt veſtigia, quotquot cum ipſo per ſanguinem ſuum, & ſupplicia ambulârunt ad cælos. Debetur hæc felicitas glorioſis Martyribus; qui, vt magni Dei ſe fortes athletas oſtenderent, nullis tormentotum doloribus ceſſerunt, nullis tyrannorum furijs manus dederunt; bis victores, & alienæ violentiæ, & ſui ipſorum. Jtaque hoc illi vnum inter delicias ſuas numerabant, poſſe pro fide Seruatoris ſui conteſtandâ mori, & per mille fluctus, ignes, laqueos, cruces, rotas, in amantis DEI ſui æternos amplexus ruere.

Martyres, perfectiſſimi Chriſti imitatores.

VI.

Nos interim humiles animæ, quibus aſpirare non licet, quò Heroes illi, & ſanguine ſuo purpurati Diui, aſcenderunt ad culmen Martyrij; ita tamen ſtemus in radice montis, vt ſicco ſaltem ſequamur veſtigio, ad Virtutes cæteras, Chriſtiano nomini, hominíque neceſſarias. S. Cypriani ſunt iſta, Seruatorem noſtrum alloquentis: *tecum paruuli ſimus, tecum circumcidamur, tecum baptizemur, tecum jeiunemus, tecum lotis pedibus panem Angelorum edamus, tecum crucifixi mundo viuamus, tecum Spiritu Sancto repleti, & corpore, & ſpiritu in*

S. Cyprianus tractatu de paſſione Domini, in fine.

æternum

æternum maneamus, qui viuis, & non vltrà morieris, in sæcula sæculorum. Hîc sanè nemo est, qui iam tergiuersari possit. citra ferrum & sanguineos sudores stat animi vera submissio : dissimulatio acceptæ injuriæ, & constantis patientiæ robur, & enormium fuga scelerum, & malarum victoria concupiscentiarum; vltra serium studium, & vegetum voluntatis conatum, nihil exigunt; vt proindè Christum imitatum esse, sit voluisse imitari.

Ratio omnibus Christianis facilis, Christũ imitandi in Virtute.

VII. Sed quia multorum oculos perstringit, sola nominis maiestas in filio DEI, & naturæ illius felicitas, quæ diuino Verbo ita conjuncta fuit, vt nulla in eam vel minimæ culpæ labes caderet, nullus non Virtutis apex illi velut proprius deberetur; age sis, atque ad mortalium iam cælis inscriptorum gradiamur Exempla. etiam hîc studium dabitur currendi, & sequendi præeuntes ad gloriam. neque calcar deerit, ipsa vna eadémque humanæ conditionis æqualitas, stimulabit pigritantes; præsertim postquam iter virtutis iam toties per anteambulones sanctos est complanatum, ruptáque multiplicium difficultatum glacies.

Exempla sanctorum, eiusdem nobiscum conditionis, inspicienda ac sequenda.

VIII. Experimento frequenti comprobatum est, cùm sæua hyemis asperitas aquam in glaciem constrinxerit, quà transeundum est auri-

aurigis, equitibúſque; ægrè aliquis primus eſt, timet quiſque equo ſuo, ne patiatur vulnus. At vbi ſemel fracta eſt glacialis cruſta, nemo admodum anxiè tentat ſequi antecedentem. Sic omnino nemini graue eſſe debet, pietatem, probóſque mores colere, quando tantâ copiâ Diui, Diuaéque per illuſtria, cælíſque laudata facinora, vexillum virtutis prætulerunt, ac perruptâ velut glacie nos iam indè ad ſequelam inuitant.

Diui complanárunt nobis iter ad Cælum, ruperúntque glaciẽ.

IX.

Sacræ litteræ narrant, Jacobum Patriarcham, cùm inter filios ſuos paternas benedictiones, ſeu bonas apprecationes, iam morti vicinus partiretur, ad Judam iſta locutum eſſe: *non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* Quibus verbis ſignificauit coronam Jſraëlitici regni, in tribum Judæ potiſſimùm, velut hæreditariam, ac ſucceſſione quadam perpetuâ, transferendam eſſe. Mirati ſunt non pauci, cur DEVS florentiſſimum regnum in hanc potiùs tribum, familiámque deriuare voluerit, quin etiam in eâdem continuò ſtabilire; quandoquidem minimè defuerunt ex reliquâ Jacobi ſobole, qui cum imperio præeſſe poſſent, & ſummam rei feliciter adminiſtrare. Rationem igitur Diuinæ voluntatis vt aliquam darent Hebræorum Rabini, hoc commen-

Gen. 49. 10.

Ius regni Iſraëlitici, collatum à Deo tribui Iuda.

tum finxerunt, instituto meo perquam accomodum.

X. Aiunt; eo tempore, quo Moyses prodigioso baculo mare rubrum exiccauit, fecitque peruium transituro DEI populo; cùm hinc altissimorum montium juga, indè immensorum fluctuum suspensa moles, formidinem injcerent; tametsi à tergo vis tota Ægyptij exercitûs premeret; diu tamen neminem ausum fuisse, iam sicci maris vadum tentare: donec Aminadab, tribûs Judæ princeps, sumpto vexillo simul & animo, primus penetrauit. Mox reliquos contribules, familiásque, vestigia præcedentis se ducis secutas esse. Hoc verò tam illustre factum, hunc tam generosum ausum, cordatissimi Aminadab, DEVM regni titulo, ac iure voluisse remunerari, vt summa imperandi authoritas, penès solos è Juda natos subsisteret.

Causa huius assignatur, ex fabuloso Rabinorum comento.

Aminadab sublato vexillo, primus mare rubrum penetrauit.

XI. Hîc circumspiciamus boni, malíque: nunquid enim ante nos grande pelagus, & heu! scopulis, naufragiísque infame! Mundus istè aspectabilis, mare est, quod jubemur omnes innoxiè transire; siue potiùs, per mille aduersitatum insultus, per mille infortuniorum turbines, per fulmina & odia malevolorum, per breuia occasionum lubricarum, per Sirenes blandientium voluptatum,

Mundus hic Mare est, per quod transeundũ est ad Cælum.

per

per applaudentis pellaciam ſocietatis, inoffenſo curſu, nauim ſaluam ad littus beatæ æternitatis appellere. Et quidem videri poterat ſupra humanas vires, inter tot diſcrimina, ac difficultates non perire, non mergi profundo; niſi haberemus Aminadabos, qui præiuiſſent, & Jaſones, qui feliciter hanc nauigationem abſoluiſſent: nempe Sanctos omnes, Beatorum iam numero adnumeratos. Hi tranſierunt & traiecerunt primi, ſimúlque docuerunt, periculoſum mundi iſtius Oceanum, poſſe tandem transmitti ſine naufragio; ſi vis cum induſtria adhibeatur.

Superârunt feliciter Sancti omnes, huius Mundi pelagus.

XII.

Clamant ijdem exemplo nunc ſuo, poſſe ſuperari malæ concupiſcentiæ impetus, effrænes animi affectus frænari, poſſe irroboratam in vitijs conſuetudinem frangi, libidinis æſtus temperari, domari vindictæ & maleuolentiæ furias, tolerari integras obviarum, atque vndique irruentium calamitatum tempeſtates. Hoc ipſum planè aſſerit Apoſtolus, quando copioſum ex Cælitibus catalogum, ſic conclúdit. *Alij ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres; lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuiêrunt in melotis, in pellibus caprinis,*

Docent ijdem à nobis quoque enauigari poſſe.

Ad Hebr. 11. à v. 36. vſq; ad finem.

egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ.

XIII. Quis adeò perfrictæ frontis sit, vt negare audeat hanc venerabilem Diuorum coronam, nobis velut glaciem rupisse, itérque feciſſe expeditũ ad imitanda pulcherrimarũ virtutum exempla? vt proindè pudenda sit ignauia, cunctari multùm, & nolle sequi. Et sanè hæc ipsa causa fuit, cuius gratiâ olim se castigatum fuisse meminit Augustinus, quando à DEO jussus erat, è castris Veneris transire ad Christianæ continentiæ magisterium. Sed quia nugæ nugarum, & vanitas vanitatum, antiquæ illius & amicæ voluptates, sutcutiebant vestem carneam, iámque discedere parantem, mussitando à dorso, & furtim vellicando, iterum hæsitare fecerant in executione saluberrimæ conuersionis, idcircò de se cunctabundo, ipse Augustinus sic scribit.

Facilis descensus auerni, sed reuocare gradum, hoc opus.

XIV. *Aperiebatur ab eâ parte, quà intenderam faciem, & quò transire trepidabam, casta dignitas Continentiæ, serena, & non dissolutè hilaris, honestè blandiens vt venirem, neque dubitarem; & extendens ad*

S. August. lib 8. Confess. cap. 11.

me

me ſuſcipiendum & amplectendũ pias manus, plenas gregibus bonorum Exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & Virgines anus, & in omnibus ipſa Continentia nequaquam ſterilis, ſed fœcunda mater filiorum gaudiorũ, de marito te Domine. Et irridebat me irriſione exhortatoriâ, quaſi diceret: Tu non poteris quod iſti, & iſtæ? an verò iſti, & iſtæ in ſemetipſis poſſunt? ac nõ in Domino Deo ſuo? Dominus Deus eorũ me dedit eis. Quid in te ſtas, & non ſtas? proijce te in eum, noli metuere, non ſe ſubtrahet, vt cadas. Proijce te ſecurus, excipiet, & ſanabit te. Neque expertus eſt aliud Auguſtinus, quando expugnatus à Conſcientia, poſt longam ac frequentem luctam, DEO, Diuorúmque tam fortibus exemplis manus dedit.

Pulcherrima Continentiæ exhortatio ad Veneris pullos.

XV.

Atque vtinam iſtum athletam, olim dum licuit, ſecuti fuiſſent, quos nunc lethæus carcer tenet captiuos! vtinam & alios à ſanctitate celebres Chriſtianos, omnis ætatis, ordinis, ſexûs. nunc quia turpis ſocordia optimis auſibus obſtitit; malum Vermem armauit in Morſus, & alienum ruborem.

Damnati, ſocordiã ſibi ſuã in neglectis Diuorũ Exemplis, ingiter exprobrãt.

Jtaque hæc perpetua eſt reæ Conſcientiæ cantilena, ad damnatum inferis hominem:

Iacob. 5. 17. *tu non poteras quod iſti, & iſtæ? an verò iſti, & iſtæ in ſemetipſis poterant, ac non in Domino Deo ſuo?* Jobus, homo *paſsibilis ſimilis nobis*, ex eodem luto ac limo terræ formatus, tot corporis acerbiſſimos dolores, tam longo temporis ſpatio, patientiſſimè tulerit; nunquam magis in DEI laudes effuſus, quàm cùm omnis vndique calamitas ſuper caput eius depluebat; & tu adeò delicatus miles fueris, vt ad ſingulas humanæ mortalitatis moleſtias, hominem exuere, induere beſtiã, & bruto velut more, obuios quoſque lacerare, quin etiam DEVM ipſum, blaſphemâ linguâ impetere auſus ſis?

Exprobratio prima.

XVI. Jam verò & faſtûs tui inſolentiam, & ventris intemperantiam, & laſciuientium turpitudinem membrorum, vide quantorum explodat modeſtia, ſobrietas, caſtitas? Neque inter impoſſibilia fuit, ludicris mundi vanitatibus nuncium remittere, remiſerunt alij; aut familiaritatibus ſe nocituris expedire, expediuerunt alij; aut occaſiones certi casûs euitare, euitarunt alij; aut neceſſitatem inolitæ conſuetudinis abrumpere, abruperunt alij; aut corruptæ concupiſcentiæ lupatum inijcere, & frænos, iniecêre alij.

Exprobratio altera.

Deni-

Denique & mentem Cælo natam, ſupra humum, aureáſque terræ glebas, ſupra inanes titulos & vacua nomina, ſupra fortunæ, hominúmque breuiſſimos fauores efferre, extulerunt alij feliciter; & ſe ipſis altiores, dum pedibus terram, mortaliáque premerent, animo aſtris inambulârunt, tantò propinquiores Numini, quanto longiùs ab humanis, terreníſque negotijs, affectus ſuos abſtraxerunt. XVII. Exprobratio tertia.

Ergo igitur, *tu non poteras, quod iſti & iſtæ?* ex Beatorum choro Diui, & Diuæ? an *iſti, & iſtæ ex ſemetipſis poterant, ac non in Domino Deo ſuo?* fortiter ire per paupertatis aſpera? per ſalebroſa perſecutionis itinera? per obuia tentationum pericula? per inſidiantis ſathanæ terriculamenta? ſimúlque & ſcelus exire, & regiam Virtutis tenere ad Cælum? Noluiſſe autem cum eiuſdem Numinis propitia dextera, aliquid moliri; noluiſſe, quæ poteras tot Exempla ſanctorum præeuntium ſequi, & extremæ dementiæ, & ſupremæ ignauiæ argumentum eſt, materia perpetui Morsûs, æterni Pudoris. XVIII. Exprobratio quarta. Neglectus Exempli boni, Damnatis materia æterni ruboris ac morsûs.

***

PARAGRAPHVS IV.

SOMNOLENTIA IN SVSCIpiendis legitimè Sacramentis, alia erubescendi causa apud Damnatos, alia occasio mordendi apud Vermem Conscientiæ.

I. PRoh! quantum hîc campum inueniet malus Vermis, excurrendi in pudendam Damnatorum mortalium socordiam! Cùm enim Sacramenta ab ipso Christo DEI filio instituta sint, velut saluberrimum salutis medium, ea neglexisse per ignauiæ vitium, aut non dignè vsurpâsse, est seipsum turpiter perdidisse.

Sacramenta à Christo instituta, sunt salutis media.

II. Dodecatheon (si Plinio credimus) herba est, cuius septem folia lactucis simillima, exeunt à lutea radice. aiunt etiam in aquis potam, morbis mederi. Agnoscere in hac herba possumus Ecclesiæ Catholicæ vim, humanâ maiorem. Siquidem non tam per septem foliorum species, quàm totidem Sacramenta, ægris animis salutarem facit medicinam, continuo quasi beneficio. Itaque quemadmodum pauperculæ viduæ quondam fluxit oleum, quamdiu vasa in promptu fuerunt, quibus exciperetur prodigiosa scaturigo; sic oleum diuinæ gratiæ, quam conferunt Sacramenta, dum fuerint homines qui

Plinius lib. 25. cap. 4.

Herba septem foliorū, septem sacramentorum in Ecclesia symbolum.

4. *Reg.* 4. 7.

Oleum cælestis gratiæ, fidelibus jugiter

qui dignè dispositi suscipiant, nunquam cursum sistet; sed largis canalibus in obuios, piosque animos se effundet. fluit ex sacramentis.

III. Imago aliqua huius fluxûs in Candelabro, descripto à Zacharia c. 4. v. 2. & 3.

Huius vmbram aliquam Zacharias depinxit, dum Candelabrum sibi quondam obiectum, diligenti calamo descripturus, sic ait: *vidi; & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius.* Tanta huius visionis obscuritas est, vt post varias expositiones fateatur denique S. Hieronymus, ingenioli sui vires (phrasis eius est) non parum fatigatas fuisse, neque fortassis scopum assecutas.

IV. Candelabrum Zachariæ obiectum, mysticè explicatur.

Sed ego cum accuratissimo Ribera, per Candelabrum aureum, intelligo Ecclesiam veram Catholicam; per lampadem super caput eius, Christum, fidelium omnium, cum suprema potestate magistrum; per septem lucernas, multitudinem justorum, septenario numero sæpiùs in scriptura significatam. Denique per septem infusoria, seu vasa oleum continentia, & lucernis materiam subministrantia, septem Sacramenta; adstipulante D. Hieronymo, dum ait: *septem infusoria, sunt septem Sacramenta, per quæ oleum* S. Hieronymus in citatū supra

Zacharia locum.

leum misericordiæ Dei, omniúmque virtutum Ecclesia suscipit, eóque fouetur, & conseruatur.

V. Quisquis igitur Christianorum, vult animam suam, seque ipsum fouere, conseruare, stabilire in vera pietate, munire contra Sathanæ machinationes, roborare aduersus irritamenta prauæ concupiscentiæ, ex prædictis septem infundibulis, diuinam gratiam hauriat, & Numinis fauores, & Spiritûs sancti ampliſſima dona; simúlque & contra inimicos arma acceperit, & contra formidinem audaciam, & pro vulneribus, fractísque viribus medelam. Egregiè hæc omnia comprobat Laurentius Justinianus, sequentibus similitudinibus in rem præsentem adductis.

Sacramentorum vtilitas atque efficacia.

VI. *Consueuerunt laborantes in agris, & in vineis, post sudores operis, meridiani æstûs ardorem declinare, umbras petere, atque virentia prata eligere, quatenus in ipsorum planicie & amænitate residentes, fesso corpori iucundiùs cibaria administrent. Habent etiam nautæ hoc proprium, vt post sedatas tempestates, post sulcata per tempus prolixum æquora, quærant portum, solicite per-*

Laurentius Iustinianus de disciplina & perfect: monast: c. 19.

tè perluſtrent littora, in quibus deſcendant, nauem religent, vela reſarciant, atque quidquid vetuſtate corruptum, aut procellis diſſipatum eſt, reſtaurent; quatenus iterum flante proſpero vento, marinis ſe fluctibus tradant. Campi Ductores quoque, & Exercituum Principes, diſponunt tentoria, & quædam ſpecialia deputant loca, in quibus pro reſumendis viribus, pro ſupplendis neceſſitatibus, ſeu medendi causâ accedere valeant bellatores. Sic quippe Dux noſter, ſic ſpiritualium militum inuictiſſimus Rex Chriſtus, certantibus in hoc ſpirituali, & inuiſibili ſtadio militantis Eccleſiæ, ſpiritualia quædam ordinauit munita præſidia, ad quæ pugnantes confugiant: vt in illis reſumptis viribus, iterum in campum redeant, acriùs bellaturi. Hæc nempè tutiſſima, & inexpugnabilia loca, à Domino Ieſu, eius parata militibus, ad refocillanda corda, & ad detergenda animæ vulnera ſpiritualia ſunt ſacramenta. Per hæc namque datur laſſis requies, debilibus robur, formidoloſis audacia, & ſemel proſtratis, fiducia dimicandi.

Spirituale armamentarium ſunt Eccleſiæ Sacramenta.

Hîc

VII. Hîc autem cum Theologis, inter Sacramenta diſcrimen facio; & aio, quorundam ſuſceptionem ita eſſe ad ſalutem hominis neceſſariam, vt hæc ſine illis obtineri nequaquam poſſit; puta Baptiſmo, item Pœnitentiâ, ſeu Exomologeſi, poſtquam lethiferam labem contraxeris, & copiam facultatémque habueris confitendi: Quin etiam Euchariſtiam, adultis omnibus inter fideles, ſacrum epulum fieri Chriſtus voluit, eiúſque ſumptionem, graui præcepto ſanciuit. Cætera ſacramenta, vt eſt Ordo, Matrimonium. Confirmatio, Extrema Vnctio, tametſi nullius præcepti neceſſitate præſcribantur, non tamen omni culpa vacabit, vltima duo ex merâ ſegnitie, cum facilis offertur ſuſcipiendi occaſio, negligere; quandoquidem ambo firmandis Chriſtianis ad luctam, pugnámque pro cælo feliciter depugnandam, ſunt certo DEI conſilio inuenta. Grauiùs multo eſt, cum quis Eccleſiæ mandatum de annua Confeſſione, atque Communione violat, vbi nulla cauſa legitimè excuſabilem facit.

Diſcrimen inter ſeptē Eccleſiæ ſacramenta, ratione vſûs.

Confirmatio, extremáque Vnctio, cùm facilis occaſio eius eſt, non negligenda.

VIII. Neque etiam illos omnes abſoluo, qui palliando ſuo veterno, jactant ſe quotannis hoc matris Eccleſiæ decretum ad amuſſim ſeruare: hic enim certus temporis limes, ita frigidis eſt Chriſtianis præfixus, vt nemo bo-

Frigidorū, ignauorúmque Chriſtianorū indiciū.

nus

nus prohibeatur sæpiùs id ipsum repetere, quod ignauissimi quique saltem semel iubentur præstare annuatim, ne salutis suæ incurij, saluberrimum medium penitus negligant.

IX. Tenetur quandoque fidelis sæpius quàm semel in anno duntaxat, ad Cõfessionis Eucharistiæque sacramentum.

Itaque si præter decretorios illos Ecclesiæ terminos, melior te quandoque spiritus afflauerit, atque (cùm opportunum est) mentem fortiter, constantérque stimulauerit ad frequentanda Synaxeos, Pœnitentiæque diuina mysteria; nego conscientiam tuam à crimine fore innoxiam, nisi cælestis luminis radios, & iniecta amantis DEI consilia, reuerenter in pectus admittas; præsertim vbi aduerteris Sacramentorum vsurpationem, tibi frænum esse sine quo exerrantes in brutum affectus, cogere non possis ad officium veri hominis. Et planè experientia multipliciter docuit, eos sæpè mortales degenerâsse, & velut in alienam naturam, indolémque bestiarum transijsse, quos tam salubris exercitij fastidium cæpit; vt neque optimis quibusuis occasionibus, ad pedes Sacerdotis in sacro tribunali accederent, neque ad mensam Eucharisticam, epulúmque conuiuatoris DEI accumberent.

Qui rari sunt in frequentanda Exhomologesi, sacróque epulo, in bestias degenerãt.

X. Testem produco vnum ex mille alijs, Rufinum; hic tristem fæminæ casum, quem ignauia ipsi sua peperit, commemorat in-

sequen-

Rufinus lib. 2. c. 28. & in Vitis PP. lib. 8. cap. 19. & 20. apud Rosweid.

ſequentem modum. Ægyptius homo, mala cupidine inflammatus, cùm mulierem cæterà ingenuam, caſtámque (alteram quaſi Suſannam dixiſſes) implicare in Veneris retia, verbis ſuis, amoribúſque non poſſet, præſtigiatorem largo pretio eò adduxit, vt magicis artibus animum mariti, erga fidam ſibi conjugem exaſperaret, & vel inuitam cum ſtomacho à ſe dimitteret; ita tandem facturam ſui copiam nouo amatori.

XI. Cecidit res ex ſententia proci; nam paulò poſt, vi præſtigiarum mulier in equam abijt. Jámque vir ſuus, domi pro conjuge pecudem reperit. Proh! qualem metamorphoſin! certè lacrymas excuſſit ſpectatoribus, multóque maxime marito, qui lateri ſuo, ſiue in triclinio, ſiue in thalamo, non iam vxorem, ſed equam habuit adhærentem. quam tametſi multa interrogaret, multa peteret, nihil tamen præter barbarum vocis ſtridorem, brutum murmur impeditæ linguæ, & moleſtum adhinnientis beſtiæ clamorem abſtulit. Triduum tenuit infelix conſortium, conjugis viri cum fæmina equa, & tempus videbatur quærendi remedium inſolenti malo.

Præſtigiator fæminã in Equam mutat.

XII. Quoniam igitur eâ tempeſtate, Macarius Ægyptius, ſanctitatis vbique famâ celebrabatur, eum ſtatuit conuenire miſer maritus

ritus, quem viduum fecit non tam mors vxoris, quam fœda in beſtiam transmutatio. Itaque injecto in caput fræno, equam fæminam poſt ſe trahit, nouo coniugibus ſpectaculo. Atque vbi ad Macarium peruenit, virum DEI quàm poterat ſtudioſiſſimè rogat, vt preces ſuas malis artibus opponeret, piiſque apud DEVM votis, veteratoris præſtigias elideret; quiſquis ille denique vxorem ſuam, pudoris, fideíque maritalis obſeruantiſſimam, in equinam formam tam turpiter transtuliſſet. Dictum factum. ad pauculas precatiunculas, & benedicti fontis aſperſionem, priſtinum hominis ſchema, vultúmque genuinum recepit fæmina.

Mulier Equa, à marito ad S. Macarium Ægyptium adducitur.

Ab ea reſtituitur ad formã, ſpeciémque priſtinam.

XIII. Quam tamen priuſquam dimitteret Macarius, hoc documento inſtruxit: *nunquam Eccleſiam deſeras; hæc enim tibi acciderunt, quòd iam quinque hebdomadibus non acceſſiſti ad intemerata noſtri Seruatoris Sacramenta.* Cognouit ſcilicet vir DEI, ipſo Numine magiſtro, nihil mali dæmonis, magicæque artis machinamenta, profectura fuiſſe, ſi mulier cæteroquin continens, frequentiori ſacrorum myſteriorum vſu, mentem præſtigijs obarmâſſet. vnus Sacramentorum neglectus in beſtiam mutauit.

Neglectus Sacramentorum frequentior vſus, cauſa turpiſſimæ metamorphoſis.

O quot,

XIV. O quot, quantíque hoc paſſim orbe, hodiéque obambulant, quos ſi Diogenes ad lucernam examinaret, bruta & pecudes diceret; ita nihil vero homine dignum agunt, nihil ad rectæ rationis dictamen, nihil ad trutinam honeſti, nihil ad diuinæ legis regulam, omnia ad beſtiarum mores, impetúmque. Non vni Chriſtiano, obiecit æuo ſuo quondam S. Chryſoſtomus, non vni etiamnum hoc ſæculo inculcandum: *cùm tanquam aſinus recalcitres, laſciuias autem vt taurus, tanquam equus vero poſt mulieres hinnias, ventri tanquam vrſus indulgeas, & vt mulus carnem impingues, & malum memoria teneas velut camelus; porrò rapias quidem vt lupus, & vt ſerpens iraſcaris, ferias vt ſcorpius, ſis ſubdolus vt vulpes; nequitiæ vero tanquam aſpis & vipera venenum ſerues, quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te natura ſigna cum non intuear?*

D. Chryſoſt. ad popul. Antioch. homil. 29.

Homines brutis ſimillimi.

V. Profectò, quiſquis denique brutorum, ferarúmque indomitos ſequitur affectus, is in DEI obtutu, ſanctorúmque Angelorum oculis, iam non homo, ſed beſtia eſt. Vnde autem tam frequenter nos homines, ab humano ingenio tranſimus ad belluinum? quis

Cur aliqui hominem exuant, induant beſtiam?

aciem

aciem intellectûs hebetat? quis fascinat mentem? si Macarium audimus, supra monuit mulierem, de causa & culpa metamorphosis suæ; *hæc tibi acciderunt, quod iam quinque hebdomadibus, non accessisti ad intemerata nostri Seruatoris Sacramenta.* Quid ergo videtur, cùm quis mensibus quinque, septem, octo, ne dicam annis, abstinet exhomologeseos, atque Eucharistiæ vsu, mirum sit, si hominem exuat, brutum induat, brutámque vitam? mirum sit, si, postquam salute suâ excidit, totâ æternitate pudendum commissæ ignauiæ scelus exectetur? mirum sit, si clausus infelici damnationis vrnâ, contra se ipsum atrum mittat calculum inter perennes exprobratoris Vermis morsus ac dentes?

PARAGRAPHVS V.

VLTERIOR EIVSDEM materiæ tractatio.

I. NEque hîc se expediunt, qui sæpe quidem crimina sua fatentur apud sacerdotem judicem, aut frequentes cõuiuæ sunt ad Dei aram; interim tamen absque vllo doloris veri sensu, absque serio emendationis proposito, insuper cum voluntaria quorundam aut vnius etiam erubescendi sceleris sup-

Sacrilega diuinorum mysteriorum vsurpatio, nil

prodeſt, multum obeſt.

preſſione, ſe ſacro tribunali, vel diuino conuiuio ſiſtunt. Nihil ſanè ſic juuat pium eſſe, quando tota pietas ſtat in peruerſa ſimulatione & ſacrilegio, duplici flagitio, quorum neutro animus humanus mutatur in melius; qui ſi etiam deflexit ad belluinas pecudum actiones, non tam indè eripitur, quàm mergitur grauiùs, frequentatâ toties indignâ Sacramentorum ſuſceptione.

II. Atque hæc ipſa olim materiam dabit malo Vermi, vt exercere poſſit damnatam illic animam, perenni morſu, vſque ad pudorem dolori mixtum, ſuper ignauiæ ſuæ turpitudine. Teſtem profero iterum mulierem, nobili in Italia genere natam, ſed miſerè inter occulta ſcelera denatam. Liberalitas in egenos, templorum viſitatio, externa operum facies, ad Chriſtianæ legis normam formata, neſcio quam in fæmina ſanctitatem mentiebantur; ſed ipſa poſt mortem & fata ſua, omnia alia loquebatur, quando filiæ ſuo, pro defuncta matre ad DEVM ſupplicanti, ſub ſpecie excoriati, aſſatique porci ſe ſtitit, ſui ipſius in hanc ſententiam accuſatrix.

Seraphinus Razius in hortulo Exemplorum. tit. de Confeſſ cap. 3.

III. Habes mea filia, parentem tuam ante oculos, heu! quam alieno, fædo, triſti ſchemate! habes & me ream, nunc ſincerè confitentem; vtinam hoc egiſſem dum inter mortа-

mortales vos vixi, non orci præda essem. iam pudor me malus perdidit, quando pluribus annis erubui dicere sacerdoti, quod facere non erubui. facinus meum, cuius me olim male puduit, colligere potes ex sordidâ pecoris formâ, & stygia mephiti, quam circumfero: heu! nunc illud ignibus plectitur æternis, eóque atrociùs, quia nouo sacrilegio auxi, quoties sacra mysteria frequentaui. Jtaque silentium tibi, filia mea, indîco, iam pia amplius esse in matrem non potes; ignauus pudor, & indignus Sacramentorum vsus (ah! quam facilè olim corrigenda mala!) me fecerunt æternùm miseram, nunquam tamen DEO miserandam. Hæc vbi questa est, illuc redijt larua, vnde proruperat; filiâ in stupore simul ac metu relictâ.

Damnatæ matris ob mutilam confessionem. Oratio, ad filiam superstitem.

IV.

Nemo hîc putet, solam istam infelicem animam, in sui dedecus facundam fuisse; sunt hodiéque magno numero qui ex pari culpa, simili socordia, ijsdem siue cantilenis, siue querelis inferos implent. Vna hæc plurimorum est comploratio, aut perperam neglexisse, aut sacrilegè vsurpasse Sacramenta. Jtaque cum Jobo Dei amico, illi Numinis inimici, inter calidas ab igne lacrymas, hoc vnum suspirant, ingeminántque votum: *quis mihi tribuat, vt sim juxta menses pri-*

Facundi in dedecus suum Damnati.

Iob. 29. v. 2. & 6.

ſtinos, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?

V. Antiquus mos fuit, & varijs gentibus receptus, lauandi etiam vnguento pedes, quo tempore genialibus, lautíſque epulis indulgebatur. Fortaſſis igitur Jobus, in meliori ſua fortuna, ſimile aliquid egerit ex cõuiuiorum conſuetudine. Quanquam, quia butyri & olei mentionem fecit (quorum vix vſus eſt pro pedibus) ſignificare potiùs voluerit magnam rerũ abundantiam, quam è re ruſtica & pecuaria, armentorum gregibus, varijſque agrorum prouentibus hauſerat, cùm floreret. quaſi ea fuerit vini, olei, lactis, butyri copia, vt ad balneum ſufficeret.

Mos pedes vngendi apud veteres in epulis.

VI. Sed nunc aduertamus querulos in ſui miſeriam Damnatos. Quid enim ſinguli aliud clamant, gemunt, optant, quàm illud, *quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, quando lauabam pedes meos butyro?* certè lauare poteram cæleſtis miſericordiæ lacte; & pedes, & manus, & caput, totámque cum corpore animam, in tam candidum, tam ſuaue balneum mergere? *quis mihi tribuat, vt ſim juxta menſes priſtinos, quando petra fundebat riuos olei?*

Accuſant Damnati ſe ipſos, de neglecto Sacramentorũ frequentiore vſu.

ah!

ah! dum inter mortales olim accenſus fui, Chriſtus JESVS, vera & viua petra, tot canalibus, quot vulnera accepit, effudit mihi ſuum, ſiue gratiæ oleum, ſiue ſanguinem, & ſanguinis inæſtimabile pretium; atque ne vnquam lauando, purgandóque animo deficeret liquor, ſeptem Sacramenta fontes fecit, è quibus in ſalutis noſtræ medium jugis ſcaturigo flueret; & vel ſingularia diuini fauoris auxilia, vel cæleſtium donorum grátias, aut ſupernaturalium virtutum plenos theſauros ſecum veheret. Ego interim proh dolor! adeò ignauus fui, vt has feliciſſimas tam ſancti amoris thermas inſuper habuerim, & vel temerè neglexerim vſurpationem Sacramentorum, vel ſacrilegam fecerim.

VII. Item de malo, & ſacrilego vſu.

Huc me impulit illecebroſa multorum ſcelerum voluptas, quæ vbi ſemel faſcinauerat mentem, non permiſit diuina cogitare, multò minùs reſilire ab aſſuetis. ita fiebat, vt nulla animum ſubiret pœnitudo de ebrietate, gula, venere, centies exercita. Neque verò cùm alijs noxius fui, & peculio alieno, famæ, vitæ, damnum feci, voluntas ſubijt imperare deinceps maleuolentiæ, & legem iniurijs, odiiſque ponere. Jgitur in iſta tam mala mentis conſtitutione, plerumque ad epulas Euchariſticas acceſſi, & quod neceſſe fuit, deterior receſſi.

VIII. Quid quod in arcano Confessionis judicio, iudicem sacerdotem fefelli? imo DEVM meum, qui scrutatur corda hominum & renes, intimósque secretissimarum cogitationum recessus. heu! postquam adulter, scortator, veneficus fui, non erubui pudenda feciſſe, erubui dicere. Hoc igitur est, quo perij; non tam impudentem fuisse, quàm noluisse fateri, vbi vel maximè debueram, imò & poteram. vna robustior voluntas noxiam verecundiam valuit elidere.

Præsertim de Confessione mutilata.

IX. Nunc quia vinci volui, etiam cùm nolo, sentire tamen debeo riuulos butyri, oleíque, per septem Sacramentorum ostia jugiter manantes, penitus exaruisse. Sanè nihil vltra mors Christi depositi mihi patrocinabitur. heu! iterum, iterúmque heu! solum istud corui restat, *oleum & operam perdidi.* parum hoc. cœlum, DEVM, me ipsum perdidi; seu potiùs (quod turpissimum est) ignauia me mea perdidit. En, vt malus Vermis dentem acuit? vt mordet illic nocentes? vt cum dolore ruborem prouocat inuitis?

Damnati oleum & operam perdiderunt; quin etiam cælum, Deum, seipsos.

PARA-

PARAGRAPHVS VI.

NEGLECTVS DIVINÆ VOcationis, materiam pudendi dabit Damnatis, Conſcientiæ mordendi.

I. COmmiſeratione dignus non eſt, qui in præcipitio perit, quando auxiliatricem porrigentis manum, cùm iuuari potuit, repudiauit. Interitus volentis ſe perdere, nolentis ſeruari, plùs indignationis mouet, quàm condolentiæ apud ſpectatores. Extremæ eſt ſiue malitiæ, ſiue deſperationis, ſiue ignauiæ, nolle caſum exire cùm poſſis; aut vbi periculosè lapſus fueris, nolle admittere dexteram, erigentis amici. Atque iſtud argumentum erit, in quo malus Conſcientiæ Vermis ingenium ſuum exercebit, contra impios illic ſtygis incolas, non ſine graui eorum rubore, intimóque vulneris ſenſu, poſt veriſſimas exprobrationes de neglectu diuinæ Vocationis, hoc eſt, repudiatâ Numinis manu, volentis indè eruere, vbi nunc æternis doloribus oppreſſi iacent.

Auxiliarem manum repudiare, ſumma inſolentia, aut ignauia.

II. Hîc ego cum angelico Doctore, diuinam Vocationem appello, *internum quendam mentis inſtinctum, quo cor hominis mouetur à Deo, ad aſſentiendum hiſquæ*

Vocatio Dei quid? S. Thomas lect. 2. in c. 8. ad Rom.

ſunt fidei, vel virtutis. Conſiſtit iſte interior Numinis afflatus, partim in pijs inſpirationibus, ſanctíſque affectibus, quibus voluntas mortalium ad meliora impellitur; partim in humani intellectûs illuſtratione, quâ clariſſimè diuinas veritates complectitur. Et meritò huc applicaueris, quod Dauid quondam de fulgetris è nubium conflictu excuſſis, dixit; *illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt, & contremuit terra.*

Pſal.76.19.

III. Jtaque cùm homo infidelis, aut hæreticus, propitij DEI meliore radio illuſtratus, intelligere occipit, & quaſi palpare, ſectæ ſuæ errores, perfidiámque, ſolet in ſe ipſum excandeſcere, vt qui mortua idola viuo Numini, luci caliginem, ſinceræ veritati purum putum mendacium præhabuerit. Vis hoc totum velut in ſpeculo contemplari? S. Auguſtinum inſpice, iam non ampliùs Manichæum, ſed Chriſtianum. O! vt arſit in ſui reprehenſionem! vt efferbuit toto pectore in diuinas laudes, poſtquam ſe tandem expeditum vidit falſiſſimis dogmatibus, quibus longo tempore in ruinam trahebatur, propriâ ſuaſore pertinaciâ! verba eius audi, gemmis & auro inſculpenda.

Vocatio diuina ſimilis fulguri, & motui terræ.

IV. *Quis ſimilis tibi in Dijs Domine? quis ſimilis*

similis tibi? magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? serò te cognoui lumen verum, serò te cognoui. Erat nubes magna & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non possem solem iustitiæ, & lumen veritatis. Inuoluebar in tenebris filius tenebrarum; tenebras meas amabam, quia lumen non cognoscebam. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. S. August. soliloq. c. 33.

V. *Quis inde me eduxit? vbi eram homo cæcus, sedens in tenebris, & vmbra mortis? quis accepit manum meam, vt inde me educeret? quis est ille illuminator meus? non enim quærebam, & ipse sciuit me; non vocabam eum, & ipse vocauit me. Quis est ille? tu es Domine Deus meus, misericors & miserator, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; tu sancte Domine Deus meus, quem confiteor toto corde meo, gratias agens nomini tuo.*

Agnoscit S. Augustinus auxiliarem Dei manum.

VI. *Non te quærebam, tu me quæsiuisti; non te inuocabam, tu me vocasti. Vocasti*

Gratia Dei prior impij conuersione.

enim me nomine tuo, intonasti desuper voce grandi, interiorem aurem cordis mei: fiat lux, & facta est lux; & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos; & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam, & dixi; verè Domine, tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & umbra mortis, & vocâsti me in admirabile lumen tuum, & ecce video.

VII.

Gratia S. Augustini, pro Gratia diuinæ Vocationis.

Gratias tibi illuminator meus. Et conuersus sum, & vidi tenebras in quibus fueram, nubem tenebrosam, in qua iacueram, & contremui, & expaui, & dixi: Uæ, væ tenebris meis, in quibus iacui; Ua, væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli; Uæ, væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoscebam te ô Domine. Gratias tibi ago illuminator & liberator meus, quoniam illuminâsti me, & cognoui te. Serò te cognoui Veritas antiqua: Serò te cognoui Veritas æterna; tu eras in lumine, & ego in tenebris, & cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te.

Quàm

Quàm verè hîc dixeris cum regio Vate ad DEVM, *illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ; commota eſt, & contremuit terra.* VIII.

Sanè D. Auguſtinus, ad cæleſtis radios jubaris, non ſine ingenti mentis ſuæ motu, hæreſis inſaniam reliquit, mutauítque cum fide orthodoxa. tantæ molis eſt deſerere malum, cùm ſemel inueterauit. Magnę molis eſt conuerſio hæretici.

Hinc etiam illos, qui religionem quidem Catholicam mordicus tenent inuiolatam, interim ad deuia ſcelerum, præcipiti pertinaciâ deflexerunt, vt reducat in frugem, & meliora perſuadeat, nihil non molitur DEVS. Ponit enim clariſſimè ante oculos, omnem vitæ huius breuitatem, & momentum quo diſtamus ab æternitate, tum dein' vanitatem earum rerum, quas Orbis iſte miratur; præſertim miſerias voluptatibus mixtas, velut Leſbio mero acetum, & fel melli perfuſum. Poſthæc turpidinem criminum, Judicis tribunal, neſcium flecti ſupplicum clamoribus. Poſtremò inexplicabiles tartari pœnas. IX. Ratio quā Deus tenet vocandis impijs ad pietatem. Proponendo ante oculos præſentium vanitatem. Turpitudiné peccati. Seueritatē judicij. Grauitatē tartari.

Neque tantum hæc triſtia, ſed vero etiam lætiora DEVS obiicit conuertendis improbis; amænitatem Virtutum, dignam coli; diuinorum copiam beneficiorum, dignam amari; cæleſtium gratiarum multitudinem, X. Virtutis pulchritudinem. Beneficiorū copiam. Auxilia gratiæ.

Gloriæ cæleſtis æternitatem.

dinem, magnitudinem futuræ gloriæ, æternorum bonorum remunerationem; proh! quanta ad verā pietatem incitamenta! Hæc talia, cùm probè humana ratio capit, vehementer vrgent voluntatem, vt Spiritûs ſancti tam ſalutares affiatus, tam certos ductus, tam clarum lumen ſequatur, ad ſalutis compendium.

XI. Siquidem vt D. Gregorius affirmat; *hoc magnum lumen, tenebras cordis euacuat, mentis oculos purgat, animos erigit, corda accendit, edocet ſemitas iuſtitiæ, deſiderium Virtutis adauget. Magnum lumen, per quod vitamus offendicula, præcipitia præcauemus, euadimus pericula, pertranſimus laqueos, non timemus proſpera, ſuſtinemus aduerſa, reſpuimus errores, ſequimur veritatem, dæmonem vincimus, & ſequimur Chriſtum.*

In pſalm. 6. pœnitent. ad verſ. 6.

Vocatio Dei quàm nobile lumen?

XII. Sed quia plerumque admodùm ardua eſt impij emendatio; & nemo vnus poteſt ſuis viribus ex ſcelerum voragine, cùm ſemel merſus fuerit, eluctari; optimus DEVS, quod iam olim fecit, manum porrigit ſurgere volentibus. Jta teſtatur apud prophetā: *Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum. expandi manus meas*

Deus manū porrigit ſurgere volenti.

Iſai. 65. 1.

tota

tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, post cogitationes suas, populus qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper.

XIII. Hac querimoniâ Judæi maximè feriuntur, quibus lucrandis, iam indè DEVS pleno sinu liberalitatem suam profudit; quin & ambas manus, brachiáque in Cruce extendit, siue vt amplecteretur redituros ad officium, siue vt eriperet hærentes in scelere idololatriæ, aut certè, vt ex vmbra ad veritatem, atque à Moysis lege, siue potius patria superstitione, ad Christiana sacra posteros transferret.

Iudæi Numinis manũ repudiârunt.

XIV. Quoniam verò gens Hebræa, veteri vitio, voluntatem suam obfirmauit; DEVS etiam ei fauores posthàc suos negauit, atque infra Gentes abiecit. adeò periculosum est, oblatam Numinis dexteram respuere, & trahere volentem ad se, cælósque contemnere DEVM. Erit hæc ipsa improbo Vermi copiosa olim materies, rodendi ignaua pecora, torpidos mortales, quorum æterna hæc culpa est, nullo rubore emendanda, trahentis ad se Dei manum, excussisse.

Puniuntur qui auxiliarem Dei manum excutiunt.

PARA-

PARAGRAPHVS VII.

PROSEQVIMVR ARGVmentum superius, & amabiliſsimam diuinæ Vocationis, trahentíſque ad ſe Dei, rationem exponimus, Magiſtrâ S. Gertrude Virgine.

I. VTinam omnes ſuauiſſimum diuinæ prouidentiæ modum conſideraremus, ſeruati ſolitum circa improbi hominis conuerſionem; cuius ipſa in ſe S. Gertrudis, aliquod ſenſit experimentum, quando ſingulari Dei beneficio, ætatis ſuæ anno XXVI. cæpit verè religioſum animum induere, cùm antea tantùm eius vmbram in nomine, externóque veſtium religioſarum cultu circumferret. Sed juuat ipſius audire verba, quibus olim conſignauit rationem, locum, occaſionem, tempus, melioris ſibi mentis injectæ. Jtaque fronti capitis hoc thema præfixit. *Gratiarum actio viſceroſa pro prima gratia, quâ Dominus animam ad ſe traxit.*

S. Gertrudis poſtquã diu portauit habitũ religioſum, animum denique religioſum induit.

II. Rem omnem luculentè S. Gertrudis ſic proſequitur. *Abyſſus increatæ ſapientiæ, inuocat abyſſum admirabilis omnipotentiæ: ad laudem & extollentiam tam ſtupendæ benenio-*

Inſinuationis diuinæ pietatis lib. 2. cap. 1.

beneuolentiæ, quæ per supereffluentiam infinitæ misericordiæ tuæ, ô dulcissime Deus vitæ meæ, vnice dilecte animæ meæ, per deserta, & inuia, & inaquosa (hoc est, per multiplicia, quæ posui gratiæ tuæ obstacula) defluxit ad vallem miseriæ meæ; dum anno ætatis meæ vicesimo sexto, in illa mihi saluberrima feria secunda, ante festum Purificationis castissimæ Matris tuæ, horâ satis optabili, post completorium, in initio crepusculi, tu Veritas Deus, omni luce serenior, sed omni secreto intimior (qui densitatem tenebrarum mearum fugare decreueras) conuersionem meam, blandè lenitérque exorsus es, cum sedatione turbationis cuiusdam, quàm ante mensem in corde meo excitaueras; quâ quidem turbatione (vt credo) destruere nitebaris turrim vanitatis, & curiositatis meæ (quam superbia mea erexerat in me ipsa, licet inaniter nomen & vestem religiosam gestarem) vt vel sic inuenires iter, quo ostenderes mihi salutare tuum.

Conuersionem Gertrudis, præcedit mentis turbatio.

Igitur dum horâ, quâ dixi, starem in III.

medio

PARAGRAPHVS VII.

PROSEQVIMVR ARGVmentum superius, & amabilißimam diuinæ Vocationis, trahentísque ad se Dei, rationem exponimus, Magistrâ S. Gertrude Virgine.

I. VTinam omnes suauissimum diuinæ prouidentiæ modum consideraremus, seruari solitum circa improbi hominis conuersionem; cuius ipsa in se S. Gertrudis, aliquod sensit experimentum, quando singulari Dei beneficio, ætatis suæ anno XXVI. cæpit verè religiosum animum induere, cùm antea tantùm eius vmbram in nomine, externóque vestium religiosarum cultu circumferret. Sed juuat ipsius audire verba, quibus olim consignauit rationem, locum, occasionem, tempus, melioris sibi mentis injectæ. Jtaque fronti capitis hoc thema præfixit. *Gratiarum actio viscerosa pro prima gratia, quâ Dominus animam ad se traxit.*

S. Gertrudis postquã diu portauit habitũ religiosum, animum denique religiosum induit.

II. Rem omnem luculentè S. Gertrudis sic prosequitur. *Abyssus increatæ sapientiæ, inuocat abyssum admirabilis omnipotentiæ: ad laudem & extollentiam tam stupendæ benevo-*

Insinuationis diuinæ pietatis lib. 2. cap. 1.

beneuolentiæ, quæ per supereffluentiam infinitæ misericordiæ tuæ, ô dulcissime Deus vitæ meæ, vnice dilecte animæ meæ, per deserta, & inuia, & inaquosa (hoc est, per multiplicia, quæ posui gratiæ tuæ obstacula) defluxit ad vallem miseriæ meæ; dum anno ætatis meæ vicesimo sexto, in illa mihi saluberrima feria secunda, ante festum Purificationis castissimæ Matris tuæ, horâ satis optabili, post completorium, in initio crepusculi, tu Veritas Deus, omni luce serenior, sed omni secreto intimior (qui densitatem tenebrarum mearum fugare decreueras) conuersionem meam, blandè lenitérque exorsus es, cum sedatione turbationis cuiusdam, quàm ante mensem in corde meo excitaueras; quâ quidem turbatione (vt credo) destruere nitebaris turrim vanitatis, & curiositatis meæ (quam superbia mea erexerat in me ipsa, licet inaniter nomen & vestem religiosam gestarem) vt vel sic inuenires iter, quo ostenderes mihi salutare tuum.

Conuersionem Gertrudis, præcedit mentis turbatio.

Igitur dum horâ, quâ dixi, starem in III.

medio

medio dormitorij noſtri, ecce video te dulciſſimum amatorem, & redemptorem meum, præ filijs hominum forma ſpecioſum, in ſpecie quidem honeſti & amabilis juuenis, quaſi ſedecim annorum (ita enim dignabaris immenſam gloriæ tuæ claritatem, imbecillitati capacitatis meæ attemperare) mihi adſtantem, blandis, lenibúſque verbis dicentem: citò veniet ſalus tua, quare mœrore conſumeris?

Chriſtus amicè ſolatur trepidam Gertrudem.

IV. *Hoc cùm dixiſſes, quamuis corporaliter me ſcirem in loco, quem prædixi, ſtare: videbar tamen mihi eſſe in Choro noſtro, in angulo, vbi tepidum orationem meam facere conſueui, ibíque audiui ſequentia verba: Saluabo te, & liberabo te, noli timere. Quæ cùm audiſſem, vidi te, tuâ prænobili & delicatâ dexterâ, tenere dexteram meam, quaſi hæc verba ſtipulando firmares: & adieciſti dicens: cum inimicis meis terram lambiſti, & mel inter ſpinas linxiſti; tandem reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te, ac torrente diuinæ voluptatis meæ inebriabo te.*

Promittit eidem ſalutem, ſtipulatâ manu.

Quæ

Quæ cùm dixisses, liquefacta est in me anima mea, & cùm tibi propinquare vellem, respiciens vidi inter te & me, videlicet ad dexteram tuam & sinistram meam, sepem tantæ longitudinis, vt nec ante, nec post me finis illius appareret vllus, quæ in sui summitate tantâ spinarum densitate videbatur operta, vt prorsus nusquam mihi pateret aditus, ad te, vnicum animæ meæ solatium reuertendi. Hinc dum pro defectibus & peccatis meis (quæ per sepem inter me & te diuidentem, haud dubium signabantur) starem gemens, & præ desiderio tui æstuans, atque deficiens, tu pater pauperum (cuius miserationes sunt super omnia opera tua) apprehensâ manu meâ, mox absque vlla difficultate statuisti me iuxta te. V.

Sepes inter Christum & Gertrudem.

Veràm cùm pretiosam manum tuam, ex qua stipulationem prædictam recepi, aspicerem, recognoui in te, dulcis IESV, vulnerum illorum præclara monilia, quibus omnium hostium irritantur chirographa. His igitur & alijs, dignantißimis vocationis tuæ primitijs, vanam mentem meam illu- VI.

Gertrudis post diuinâ Vocationem, tota transit in Dei amorem.

minans & molliens, ab amore inordinato literarum, & omnium vanitatum mearum, tuâ internâ vnctione potenter abstraxisti, ita vt externa cuncta, quæ paulò, ô Deus cordis mei, mihi protinus vilescerent, & tu solus infecto palato animæ meæ, sapere inciperes.

VII. *Pro quibus laudo, benedico, adoro te, & gratias ago, quales possum, non quales debeo, ex intimis medullis mentis meæ, sapienti misericordiæ, & misericordi sapientiæ tuæ, quod tu Creator, & redemptor meus, modo duram ceruicem meam, suaui jugo tuo subdere conabaris, conficiens temperatißimam potionem, aduersæ valetudini meæ optimè congruentem, quâ spiritum meum nouæ lucis infusione adeò serenâsti, vt ex tunc in odorem suauiter redolentium vnguentorum tuorum currere inciperem, & iugum tuum putarem suaue, & onus leue, quod paulò ante videbatur mihi durum, & quasi importabile.*

Gratiarum actio Gertrudis pro diuina Vocatione.

VIII. Habemus hîc veriſſimam iconem, ſiue rationem, quam DEVS tenere ſolet, conuerten-

uertendis ad frugem impijs, viuis quasi coloribus adumbratam in Virgine Gertrude, quando Numinis beneficio mores suos, ad religiosæ vitæ nitelam perfectiùs formauit. Principiò enim, quemadmodum apud Gertrudem multum domi turbarum fuit, iniectis vndique siue terroribus, siue timoribus in animum: ita plerumque apud sceleratos, secururæ conuersionis anteambulo est metus, formido, tristitia, mala ea, quæ incutere solet suprema Judicis, ac vindicis Dei cogitatio, justissimè decernentis æterna supplicia, obstinatis in improbitate mortalibus, heu! quale præmium!

Metus cõmuniter præcedit impij conuersionem.

IX. Vbi igitur homo, animo incipit angi, hinc suorum flagitiorum mole oppressus, indè superuenturi mali atrocitate exagitatus, audit intus quod Gertrudis, illud solatij & spei plenissimum; *citò veniet salus tua, quare mœrore consumeris? saluabo te, & liberabo te, noli timere.* Et ne dubium esse possit, dulcissimus animorum Sponsus, etiã quasi stipulatâ manu, juratam fidem facit.

Spes consequitur metum, in cõuersione peccatoris.

X. Quin & fastidium terrenarum rerum iniectans, ad opes suas, sinceriss imáque gaudia prouocat, his ipsis impiorum vnumquemque compellans, quibus Gertrudem inuitauerat verbis: *cum inimicis meis ter-*

ram lambisti. Quid enim aliud est congerere Orbis huius diuitias, malis artibus, comparare gemmas, iniquis fraudibus, margaritas per vim piscari, vniones alienos cum auro intra arcas recondere, & satiare aspectu tam blando velle mentem, quàm de lucida terræ particula lambere? famémque sacram non tam extinguere, quàm obsonare?

Terram lambit, qui terræ opes intemperanter cumulat.

XI. Pergit qui locutus est Virgini: *& mel inter spinas linxisti.* Nempe quoties peccator, magna nomina & dignitates venatur, cum injuria innocentium: quoties contra naturæ aut Numinis leges, sectatur malas delicias, & gulæ, ventris, Veneris oblectatiunculas, humi natas, humi iterum sepeliendas; toties mellis aliquid lingit, vndique spinis aculeísque Conscientiæ reclamantis obseptas delicias, atque hoc ipso nomine repudiandas, quòd sine vulnere gustari non possint.

Qui malas voluptates venatur, & saltum, mel inter spinas lingit.

XII. Vt igitur brutus homo, hanc ideò perniciosam gulam fastidire incipiat, magnus DEVS cælestis suæ mensæ cupedias offert, fontésque omni melle ac saccaro dulciores: *reuertere ad me, & ego suscipiam te, ac torrente diuinæ voluptatis meæ, inebriabo te.* Cuius non flagitiosi hominis animus (quod Gertrudi euênit) liquefieret, ad tam liquidas, pretio-

Christus improbum inuitat, ad cælestium deliciarum fontem.

Digitized by Google

pretiosásque promissiones? quis non valeat facere et vanitatibus sæculi, & magnis passibus ad DEVM properaret, quando sectatores suos tam munificè prosequitur?

XIII. Impedimēta multiplicia Conuersionis,

Ergo igitur, cùm iam humana mens supra mortalia ista assurgere conatur, & astris propior fieri; tum enimuero mille obstacula, mille impedimenta conuersioni opponuntur; ac velut ingens sepes longo spatio proiecta, Gertrudem à Christo diuisit, sic illa liberū ad meliora consilia. Deúmque, transitum negant. Nam & prauæ societatis blanditiæ, fortissima remora; & amicorum malè amantium violentæ preces, abituro in via se substernunt. quin & centies gustata perimentium suauitas illecebrarum, & irroboratus in vitijs vsus, duráque consuetudinis necessitas, ita se obijciunt festinantibus ad Virtutem, vt non tam sepem, quam ferreos muros inueniant penetrandos. atque nisi humanâ vis maior opituletur, actum est; tantus difficultatum labyrinthus ad desperationem impellit, & resilire facit à conatu ipsa moles operis, volentem ad cælos currere.

XIV. Deus manu suâ ad se trahit volentem.

Sed, quæ Dei est bonitas, ipse (vt sponsæ Gertrudi fecit) ita cuiuis alteri manum suam porrigit, signatam amoris vulnere; & modo non inueniat reluctantem animum,

amicâ violentiâ ad ſe trahit rapítque, nihil obſtantibus tot illis impedimentis, quibus malus dæmon viam ſalutis intercepit. Poſſumus etiam verè hîc omnes dicere cum S. Auguſtino: *vocâſti, clamâſti, rupiſti ſurditatem meam; coruſcâſti, ſplenduiſti, & fugâſti cæcitatem meam.* Nemo noſtrũ aliquando fuit impius, qui vt probus euaderet, non audierit hos intus Dei clamores, non ſenſerit intrantis Dei radios, & omnem animam illuſtrantis; quod ipſum eſt beneuolè ſuauitérque trahere ad meliora.

D. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. cap. 27.

XV. Itaque penes quemque eſt ſua ſalus, ſi trahi ad pietatem, virtutem, cælum volumus, & quidem amabili Numinis manu, quia charitatis teſtem, accepti vulneris cicatricem circumfert. Væ illis, qui hanc obuiam beneuolentiam excutiunt, neque cùm poſſunt, cùm debent, venerabundi exoſculantur. Illud enim olim contra ſe Dei fulmen audient: *vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Comedent igitur fructum viæ ſuæ, ſuíſque conſilijs ſaturabuntur.*

Plectuntur qui manum Dei repudiant.

Prou. 1. 6. 24. & 31.

XVI. Sed nempè & ipſos illos, quos ſua ignauia perdidit, nolentes etiam diuinâ dexterâ ad cælos trahi, fatigabit domeſticus Vermis, vt cum rubore exclament, quod olim Theodoſius

doſius Jmperator. Hic enim poſt cædem innocentium Theſſalonicæ mandato ſuo patratam, cùm varijs animi tempeſtatibus exagitaretur (præſertim quòd ob eam cauſam à D. Ambroſio, Epiſcopo Mediolanenſi, anathemate percuſſus eſſet) Rufino familiari ſuo, humi proſtratus inter lacrymas, hæc aliquando memoranda ingeſſit: *O Rufine tu mea mala non ſentis, ego lamentor, & gemo calamitatem meam; quia ſeruis quidem, & mendicantibus aperta ſunt templa Dei, & proprium Dominum ingredientes licitè exorant; mihi verò ingreſſus ad ea non eſt. Inſuper etiam Cæli mihi clauſi ſunt.* Hæc dicens verba, ſingula ſingultibus interrumpebat; neque quieuit, dum à D. Ambroſio metu excommunicationis ſolueretur.

Theodoſius Imperator anathemate percutitur, ob cædem innocentium.

Theodor. Hiſt. trip. 9. cap. 40 Chokier in theſauro polit. aphoriſ. lib. 1. cap. 6. num. 5.

Anathema quanti fecerit Theodoſius?

XVII.

Eadem pariter erit cantilena miſerorum apud inferos ciuium, ſingulis inter gemitus vociferantibus: *Cæli mihi clauſi ſunt. eheu! Cæli mihi clauſi ſunt.* atque ideo clauſi, quia cùm aperti ſtarent, intrare nolui, & (quod ignauiſſimum eſt) nolui etiam illuc à Deo trahi. Jſta, & huius generis plura alia, improbus Vermis perditis illic mortalibus, non ſine ſarcaſmo, Morſúque obtrudet,

Damnatorum ſera pœnitudo, de Vocatione Dei, eiúſque manu excuſſa.

materiam æterni pudoris, & nunquam emendandæ oſcitantiæ.

PARAGRAPHVS VIII.

LIBRI CONSCIENTIARVM, omnibus & perpetuò aperti, perpetuum pudorem, Vermíſque improbi morſum, conciliabunt mortalibus ad inferos condemnatis.

I. COmmune hoc impijs vitium eſt hominibus, nolle videri, qui eſſe volunt. amant ſcelera, & amata patrant, neque tamen aut haberi, aut dici ſe ſceleratos patiuntur, quales ſunt. Eapropter quidquid vel loquuntur improbè, vel faciunt, totum illud cupiunt mutis piſcibus dictum, & terræ defoſſum, ne in lucem proferantur gloriæ ſuæ dedecora. Adeò impietas pro nominis ſui integritate laborat apud mortales, quando eam apud ſuperos dudum proſtitnit. Et quoniam multis fama præ vita eſt, id vnum agunt gnauiter, ne quam exercuerunt, in publicum ſolem trahatur nequitia. Facinus graue quamprimùm ad aures, oculóſque Principis, Conſulis, Judicis, Patrisfamilias, delatum eſt, perdit auctorem ſuum. Mauult peſſimus quiſque mori cum flagitijs, quam prodi.

Impij nolunt videri, nolunt haberi, quales ſunt.

Tenebris cupit ſepulta ſua dedecora improbus.

Et ta-

II. Occultiſſima denique hominum flagitia in lucem venient.

Et tamen ea nobis vniuerſis impoſita eſt neceſſitas, vt illa tandem omnia ad clariſſimam diem veniant, quæ, velut inuiſa mundo ſcelera, occultiſſimè inter tenebras, humana deſignauit malitia. Veriſſimè Poëta:

Manilius 4.

Quæſitor ſcelerum veniet, vindéxque reorum,
Qui cõmiſſa ſuis rimabitur argumentis,
In lucémque trahet, tacitâque latentia fraude.

III. *Æneas Sylvius in hiſt. Bohemica c. 27. Gerardus de Roo in hiſt. Auſtriaca lib. 1.*

Ottocarus Rex Bohemiæ, hîc mihi in mentem venit, cuius faſtus poſteaquam patefactus eſt Orbi, riſum hodiéque facit. Rudolphus inclitum Habſpurgicæ Gentis decus, & quem virtus ſua, factáque illuſtria, primum ex Auſtriacorum ſanguine, Romanum Imperatorem fecerunt; inter refractarios principio regiminis, Ottocarum habuit. Hic, quoniam in ſuis olim ſeruitijs, Rudolphum numerauit, aulæ ſuæ Palatinum, ei deinde ad faſces impetij euecto, recuſauit debita obſequia præſtare, ínque illius verba iurare; veritus dignitatis regiæ imminutionem, ſi Cæſari ſe Rex ſubjeciſſet. Jámque ad prælium ſpectare res videbatur, nolente Ottocaro officium facere, quod jure optimo Rudolphus poſtulabat.

IV. Quin etiam in campos iam itum erat, iam acies vtrinque disposítæ, iam explicata signa; hinc Aquila Jmperij, illinc Bohemicus Leo: cùm formidanti Ottocaro iniecta est denique melior mens, peteret per Legatos apud Jmperatorem, hoc sibi dari, vt sub tentorio coram Principibus clam facere liceret, quæ in vtriusque exercitûs conspectu, pudor vetabat; nempe sacramentum fidelitatis. Adeò delicata est mortalium superbia, vt nolit spectatores admittere, cùm se ex debito aliorum pedibus substernit.

Ottocarus Bohemiæ Rex, Cæsari Rudolpho I. clam sub tentorio vult sacramentum fidelitatis præstare.

V. Et quanquam hunc palliatum insolentis animi fastum, repudiare poterat Cæsar, accepit tamen preces; statímque ad Danubij insulam tentorium excitari jubet, ingeniosæ fraudi opportunum. Nam cùm ante Rudolphum, Augustali subnixum solio, Ottocarus genu posito, fidem conceptis verbis præstaret, adducto artificiosè funiculo, quatuor tentorij latera ita subitò conciderunt, vt exercitus vterque ingeniculantem Jmperatori Regem cerneret, acclamantibus & plaudentibus hinc Germanis, illinc frementibus, & dolum tacitè execrantibus Bohemis. Præsertim verò ea res animum vsit confusi turpiter Ottocari, vt justo bello statuerit ignominiam vindicare. Sed consilio infelici, siquidem tum à suis, tum à fortuna desertus, in conflictu cecidit.

Pulchro stratagemate elusus Ottocari fastus.

Ha-

VI. Habent hîc, quod metuant & formident, quotquot nunc in latibulis ſub papilionibus, tentorijs, tectis, fornicibus, tabulatis, laquearibus, committunt flagitia, quæ ſidera & cælum benigno oculo non poſſunt aſpicere: detegentur hæc eorum probra, cùm ſublato ſipario, nos DEVS in ampliſſimo mundi theatro olim ſtatuet, omnibus conſpicuos, quo tempore ad tribunal diuinæ ſeueritatis erit ambulandum.

Scelera omnia clanculum facta, olim detegentur.

VII. Diſertè omnino D. Chryſoſtomus; *omnia peccata in tam aperto, támque illuſtri theatro denudata, orbi vniuerſo palam facta, hominum nobis partim cognitorum, partim incognitorum oculis ſubijcientur.* Jtaque quod optabat Momus, feneſtratum cor quiſque ad Judicem DEVM feret, in quo deprehendi ab alijs, cerníque poſſit, quidquid omni vitâ peccatum fuerit. Neque opus erit perforare pectus, vt quondam Ezechiel iuſſus eſt murum perfodere, inſpiciendis quæ clanculum fiebant; omnia tum arcaniſſima mentis conſilia, proba, improba, ſponte ſuâ patebunt.

S. Chryſoſt. homil. 5. in epiſt. ad Roman.

Iuxta Momi votum, feneſtrata erunt hominũ corda ante tribunal Dei.

VIII. Sub id tempus, quo Jechonias Rex Judæorum, cum populo ſuo Babylonicâ captiuitate tenebatur, illi, quos pertinacia ſua Jeroſolymæ retinuerat, tam enormia domi

domi perpetrarunt facinora, vt ad nouas iras, diráſque Numen prouocare velle videri potuerint. Quanquam autem & viri & feminæ, profani ac Sacerdotes, toties vetitum Idololatriæ ſcelus, clam quantâ maximâ poterant cautelâ, exercerent, mundi tamen huius oculum, DEVM, effugere neutiquam quiuerunt; quin etiam Ezechiel ſpectare debuit, quæ noluit, abominanda gentis ſuæ dedecora.

Iudæi promiſcuè ex omni ſexu, ſtatúque, clam Idololatræ.

IX. Rem omnem, quemadmodum imaginariâ ſpecie Vati obiecta fuit, ipſe deſcribit in ſequentem ſententiam. *Dixit ad me* (DEVS) *fili hominis, putaſne vides tu, quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſraël facit hîc, vt procul recedam à Sanctuario meo? Et introduxit me ad oſtium atrij, & dixit ad me; fili hominis, fode parietem. Et cùm fodiſſem parietem, apparuit oſtium vnum. Et dixit ad me: ingredere, & vide abominationes peßimas, quas iſti faciunt hîc. Et ingreſſus, vidi; & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuerſa idola domûs Iſraël, ſtabant ante picturas, & vnuſquiſque habebat thuribulum in ma-*

Ezechiel. 8. à v. 6. *uſque ad* 12.

nu

nu sua, & vapor nebulæ de thure surgebat.

Sciendum est, superstitiosam olim gentilitatem, ad tantam descendisse insaniam, vt Jdola, humanarum manuum opera, pro Dijs religiosè, imò sacrilegè coleret. Quid, quod Ægyptij diuinum aliquid bestijs tribuerunt, & crocodilos, talpas, feles, scarabæos, vespertiliones, Cercopithecos, Jbin, Deorum instar venerati sunt? Quia igitur Hebræi pessimis vicinarum gentium moribus corrupti, ad se quoque fictitia transtulerunt numina, per omnem muri ambitum, varij generis animalia, depicta vidit Ezechiel, præter Moabitarum Jdola; Beelphegor, Chamor, Baal; Ammonitarum, Moloch & Melchom; Sidoniorum, Astaroth, & Astarthen; Madianitarum, Phegor; Philistinorum, Dagon; Accaronitarum, Beelzebub; Ægyptiorum, Apin. XI. Bestiæ variæ, Gentium Dij. Idola populorum à vera fide alienorum.

His, aliisque monstris, visi sunt siue Sacerdotes, siue Sanctioris consilij Senatores, thimiama offerre, quod erat veri Dei jugulum petere. Sed vulnus redijt in autorem, postquam ille secretorum omnium arbiter Numinis oculus, occultam populi sui perfidiam contemplatus est; adscito Ezechiele in testem alienæ Jdololatriæ. XI. Dijs, idolisque gentium thus offerunt seniores Israel.

Prose-

XII. Prosequitur verò Vates vlterius narrationis suæ filum. *Et dixit ad me* (DEVS) *adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portæ Domini, quod respiciebat ad Aquilonem; & ecce ibi mulieres sedentes, & plangentes Adonidem.* Noua hîc justissimæ indignationis materia, quia nouum crimen. nam ne solus apud viros furor staret, etiam fæmineus sexus voluit insanire, & quidem incesto Adonidis luctu, stultitiam suam prodere.

Indæorum mulieres Adonidi parentant.

XIII. Adolescens hic olim Veneris fertur amasius fuisse ob formæ excellentiam tantis ei in delicijs, vt cùm apri dente sub inguine percussus esset, tristissimam mortem Venus ipsa lacrymis prosequeretur. legem insuper fixit, vt annuo semper planctu, Adonidis jacturam sui deplorarent. Credibile est igitur Hebræas mulieres, ex Veneris præscripto, ad amasij Adonidis statuam considentes, eius lamentabile fatum, annuo planctu recoluisse, & quibus poterant gemitibus interfecto parentasse. Hem nefas! hem sceleratum facinus! & Judaicæ religioni execrabile, & diuinæ bonitati intolerabile.

Adonis Veneris amasius, annui luctûs materia.

XIV. Sed à propudioso fæminarum Choro, reuertitur propheta ad viros, telámque, quam

quam orsus est in descriptione obiectæ sibi speciei, sic porrò pertexit. *Et dixit ad me* (Dominus.) *Certè vidisti fili hominis; adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domûs Domini interius; & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis.* Hæc demum fuit extrema impietatis linea, DEO, eiúsque glorioſæ Arcæ, dorsum obuertere, soli orienti faciem; hunc manè more Gentilium adorare, & diuinam sideris venerationem testari manûs exosculatione; veri interim Numinis cultum dissimulare, negligere, aspernari.

Dorsum Deo, faciem soli obuertunt sacerdotes Iudæi.

XV.

Et quoniam hoc Sacerdotes egerunt, tanto grauior culpa euasit, quanto sanctius officium fuit personæ peccantis. Et quid putamus, cùm hæc talia clarissimè DEVS spectare debuit, tam multiplices populi sui idololatrias, verissima iracundiæ suæ irritamenta, quantus dolor diuinum pectus vsserit? sanè Ezechieli, oculato secum testi, querenti similis dixit: *vides fili hominis, quæ seniores domûs Israel faciunt in tenebris? vnus-*

Sensit Deus scelus Idololatrarum Iudæorum.

Ezechiel. 8. 12.

quis-

quisque in abscondito cubilis sui? Dicunt enim, non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

XVI. Sed nemo solos Judæos accuset, quasi lucifugas; sunt hodieque inter Christianos non pauci tenebriones, qui nequitias suas caligine & noctibus inuoluunt. S. Cypriani hoc votum est: *ô si possis in sublimi specula constitutus, oculos tuos inferere secretis, recludere cubiculorum obductas fores, & ad Conscientiam hominum, penetralia occulta referare! videas quod crimen sit & videre, videas quod vitiorum furore dementes gessisse senegant, & gerere festinant. Idem in publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores pariter & nocentes. Damnant foris, quod intus operantur; quorum quo secretior culpa, maior est audacia.*

S. Cyprianus lib. 2. Epist. 2.

Clam multipliciter peccant Christiani.

XVII. Quanti obsecro homines obambulant per vrbes, quos ipsa Virtus Christiana, ad nutum suum videtur finxisse; ita nihil contra honestatis, fideique leges in publico audent. Sed vbi clancularij sunt, & positi extra mortales oculos, iam nihil non audent; statuúntque ad exemplum Judaicæ perfidiæ, sibi no-

bi noua Idola, Deum Ventrem, Faſtum, Plutum, Bacchum. Itaque rem ſuam, peculiúmque augere clandeſtinis fraudibus; per cuniculos & injuriam è dignitatis gradu alium deijcere; domi etiam ſuæ, atque in ſilentio, dies noctéſque pergræcationibus conſumere, nihil admodum anguntur animo, abſolui ſe credunt, quòd iſta palàm non faciant. Et quoniam à fratre Baccho, non multum ſolet diſtare ſoror Venus, eius amaſij paſſim Adonidem lugent, lugendi ipſi, quando furtiuis libidinibus deploranda faciunt, & caſtitatis hoſtes, & ſui ipſorum, cùm vel maximè amare ſe dicunt.

Idola impiorũ Chriſtianorum.

Qui ex Chriſtianis Adonidem colant.

Sed omnia alia flagitia, illud facilè longéque ſuperat, quod venefici, ſagæ, ſtriges, nocturnis plerumque horis committunt; quo tempore conuenticula ſua celebrant inter feſtiua tripudia, & fallaces menſarum lautitias. Sicut enim tum Conuiuatorem diabolum, maximis obſequijs, ſummáque veneratione proſequuntur, vſque ad fœda fœdiſſimarum partium oſcula; ſic pariter facundiã ſuam omnem expromunt in blaſphemijs, diris, execrationibus, contra magnum Deum iaciendis.

XVIII.

Grauiſſima veneficorũ, ſagarúmque ſcelera, in nocturnis cõuenticulis.

Quin etiam Euchariſtico pani, Angelorum cibo, adorando propter Chriſti præſentiam, inijcere non verentur inceſtas manus,

XIX.

Iniuria Euchariſtico pani illata.

nus, armatáſque acu, ſubulâ, ſtylo ferreo, cultris, pugione; quibus velut furoris ſui inſtrumentis, ſæuiunt in Seruatorem, neſcium ampliùs pati. Fluxit tamen inter hos tales improbiſſimos auſus, non rarò prodigioſus ſanguis ex ſacro pane, documentum malitioſiſſimæ voluntatis, cupientis Chriſto vulnus facere, iam dudum poſito extra hoſtilium molitionum iniurias. An verò hoc excuſabilius malum eſt, quam tergum obuertere Numini, ſolémque in ortu ſuo cum oſculo adorare, quo crimine ſe olim impiarunt Iſraëlitæ?

Venefici & ſagæ tergũ Deo, faciem Cacodæmoni obuertunt.

Horat. ſat. 5.

———*Credat Iudæus Apella, Non ego.*

Declarabit quondam decretorius iudicij dies, quantum hoc ſcelus, quantum alia ponderis habeant, trahendis ad tartarum impijs.

XX. Nemo etiam ſibi pueriliter blandiatur, quia clam fuerit malus; nam omnes ibi hominum machinationes, erunt in propatulo. Neque opus erit facere, quod Dominus Ezechielem juſſit: *fode tibi parietem*; cuiúſque cor apertum ſtabit, & quaſi in tabula (inſpicere volentibus) monſtrabit depicta illa omnia, quæ mens improba malitioſè cogitauit, lingua edixit, membra, ſenſúſque corporis egerunt. Planè S. Hieronymus atque dilucidè; *aderit dies illa, in qua omnia facta homi-*

Conſcientia hominis pictæ tabulæ comparata.

D Hieronymus Epiſto-

hominis, quasi in quadam tabula picta de-monstrabuntur. *stola ad Oceanum.*

XXI. Paulo explicatiùs in hac materia D. Basilius sic ait: *omnia facta nostra non summatim & indigestè cernentur, sed omnia velut in tabula per partes diligenter expressa intuebuntur. quomodo adperpetrandum adulterium quisque properans è lecto surrexit; quibus passibus incedere visus est; quo motu corporis, lentiore an concitatiore; quem habitum, dum progrederetur, assumpsit; & quâ ex parte irrumpens, alienam vxorem violauit. Hæc omnia velut in tabula expressa cernentur.* *D. Basilius in tractatu de Virginitate.*

XXII. Nulla vel Appellæa manus, vel æmulus Protogenis penicillus, poterit veriùs mortalium singulorum delicta, oculis spectanda obijcere; atque ipsa reorum stantium ad Dei tribunal propria Conscientia. Quam etiam D. Joannes comparat libro patenti, quando mentione factâ futuri olim judicij, inter alia sic loquitur: *Et vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secun-* Conscientia libro patenti collata. *Apocal. 20. 12.*

dum opera eorum. Vbi librorum nomine accipienda est Conscientia, & memoria hominum singulorum, in quibus quasi explicatis voluminibus, descriptum erit, quidquid vel ad laudem, vel ad vituperium fecerit.

XXII. Atque vt probi plenum lætitiâ pectus circumferent, cùm egregia pulcherrimarum Virtutum facinora inspicienda dabunt Judici DEO, accusatoribus, testibus, spectatoribus vtroque ex orbe, mortalibus immortalibus; sic impius quisque mærore simul ac dolore contabescet, quando prohibere non poterit, quin ab oculis omnium legantur ignominiæ suæ dedecora; præsertim verò quæ clancularia esse voluit, & tenebris recondita, puta, perfidas in summa capita coniurationes, patriæ clandestinas proditiones, dissimulata in fraudem odia, expugnatam munusculis Justitiam, corrupta publicæ fidei instrumenta, violatas debitorum syngraphas, stipendia seruitijs, opificibus, militibus malè dilata, mutilata, negata; vim factam honestati, ac pudori Virginum, matronarum: adulterinos clam congressus ad alienum thorum; sacra Religionis profanata; grassationes in pauperem viduarum pupillorúmque fortunam; supplices libellos cum damno offerentium suppressos; venditum auro

Gaudebunt pij, quorum Conscientia spectandas olim, legendásque virtutes dabit.

Dolebunt impij, quorum Conscientia monstrabit mera dedecora.

Clandestina crimina, olim in lucem tracta, mirè torquebunt autores suos.

Digitized by Google

auro iuſiurandum; ſtratagemata ex Machiauelli legibus concinnata; cumulatas malis dolis opes, dignitates, titulos, nomina; condemnatam ad mulctam, ferrum, laqueum, innocentiam; extortas alijs animas per occulta venena, veneficia, cultros, gladios, fiſtulas; & ſexcenta alia probra, ſub noctis, aut ſecreti velamine patrata.

XXIV. Probi homines, minutulorum etiam næuorum manifeſtationem olim futuram horrent.

Quæ omnia vbi in clarum diem emergent, & trabalibus quaſi literis in corde faci noroſorum exarata hominum, legenda ſe dabunt omnibus, qui Chriſti judicantis olim ſubſellia circumſtabunt; proh! quæ ſuffuſio improbam faciem obruet? præſertim cum pij quoque formident ibi ſuos, quantumuis minutulos næuos, ab alijs obſeruari.

XXV.

Bernardus ſanè, ille VIRGINIS MATRIS pullus deliciæque, Eccleſiæ lumen, religionis gloria, ſanctitatis exemplar, ſpeculum honeſtatis, Virtutum norma, de ſe ita ſcripſit. *Ecce ego iam iam præſentabor ante diſtrictum Iudicem, de operibus meis rationem redditurus. Væ mihi miſero, cùm veniet dies illa Iudicij, & aperti fuerint libri, in quibus omnes mei actus, & cogitationes Domino præſentandæ recitabuntur. Tunc demiſſo capite, præ confuſione malæ Con-*

S. Bernardus lib. Meditat. c. 2.

ſcientiæ, in iudicio coram Domino ſtabo trepidus, & anxius, vtpote commemorans ſcelerum commiſſa meorum.

XXVI. S. Auguſtinus, in eadem de ſe materia, verbis propè ijſdem exclamat. *Væ mihi miſero, cùm venerit dies Iudicij, & aperti fuerint libri Conſcientiarum, cùm dicetur de me; ecce homo, & opera eius. Quid faciam tunc Domine Deus meus, cùm Cæli reuelabunt iniquitatem meam, & aduerſum me terra conſurget? ecce nihil reſpondere potero, ſed demiſſo capite præ confuſione, coram te ſtabo trepidus & confuſus.*

S. Auguſtinus lib. Meditat. c. 39.

XXVII. Jtaque ſi aurum ſibi timet propter modicæ mixturam ſcoriæ; plumbum, ſtannum, æs, omni ex parte luto, limo, terræ fecibus immerſum, non trepidabit, cùm venerit ad rigidum ignis examen? Et ſi prædicti Patres militantis ſub Chriſto Eccleſiæ, firmiſſimæ olim columnæ columináque, horrorem induerunt, ſuper manifeſtatione humanæ infirmitatis, cuius impetu tenui nonnunquam animam labeculâ aſperſerunt: quantò rectiùs metuere debent, qui nunc vndique vitijs obſepti, per ſummam viuendi licentiam, non alia forè faciunt, quam puenda. Et

Magnorum ibi ſcelerũ patefactio, non paruũ erit impijs malum.

da. Et sanè in Judicis DEI confessu, illa omnium oculis contemplanda subijcere, etiam effrontibus plus faceſſet negotij, quàm nunc plerique sibi persuadent.

PARAGRAPHVS IX.

IDEM ARGVMENTVM, de morsu & rubore Damnatorum, nascituro ex apertis Conscientiæ libris, amplius illustratur.

I. INsolens est, quod furi quondam eueniſſe lego. D. Corbinianus, Frisingensium Pontifex, mulam habuit, quam vbi vnus aliquis solam in pascuis conspexit, & neminem putaret audaciæ suæ arbitrum, furto sublegit. Interim cùm vespera in noctem vergeret, & agaso heri sui animal, vbi priùs reliquerat, in campo quæreret, neque reperiret vspiam, rem omnem ad S. Corbinianum detulit. Is in genua, precésque abiectus, siue Deo questurus luculentam injuriam, siue raptori veniam impetraturus, cum Angeli monitu, intelligit manè cum rapina adfore.

Surius in Vita S Corbiniani, ad 8. Septemb.

II. Interim dum pius Præsul coacto omni domestico famulitio, venientem præstolatur, mula affixum quasi dorso suo reum sistit, vultu lacero, & fœdis stigmatibus notato. Tunc igitur miſellus homo, culpam suam

Raptor mulæ, abipsa mula raptatur, &

sistitur S. Corbiniano Frisingensium Pontifici.

sponte fateri cæpit, ac sanctè jurare, se ab animali subitò per ardua montium, ima vallium, per syluarum latibula, ferarum lustra, per dumeta & vepreta, tantâ vi illuc asportatum fuisse, vt contra occultam necessitatem nihil machinari potuerit; neque se quidem à mula expedire, rigentibus passim membris, totóque corpore velut exanimi.

Confitens reus, impetrat veniam.

Itaque quod nuperrimè clam patrauerat furtum, postea palàm confessus ac detestatus, clementiam à S. Pontifice Corbiniano postulatam, facilè obtinuit.

III. Hîc autem cogita, quæ mens quis animus huic homini fuerit, quando vidit se à furto suo, adamantinâ violentiâ eò portari, vbi necessariò de crimine conuictus, nominis sui famæque jacturam faceret; vix reparabile damnum. Proh! quis tum color faciem pinxerit? quàm totus in purpura steterit? quàm rubore suffusus fuerit? deprehensus adeò in flagranti ab omnibus ijs, qui cum Episcopo ipsum circumsteterant, siue admirabundi, siue indignabundi, super homuncionis temeritate. Quod si graue hoc furi accidit, ab omni domestica S. Corbiniani familia notatum fuisse; quantùm auxisset pudoris sensum, si mula raptorem suum, eâdem necessitate circumtulisset per pagorum vicinias, oppida, vrbes, vt spectabi-

Fur deprehensus in flagranti, quantùm erubuerit?

lior

lior fieret in autore ſuo, clam commiſſa nequitia!

IV.

Hinc colligere licet, quàm intolerabile illud futurum ſit impijs dedecus, quando cum vniuerſo occultiſſimorum ſcelerum apparatu, cum ingenti peſſimorum facinorum comitatu, ad ſolium judiciale DEI, ita ſiſtentur, vt ea omnis orbis, & quotquot erunt oculi, penitiſſimè introſpicere, ac velut ordine perlegere poſſint: Egregiè omnino, atque in rem præſentem D. Chryſoſtomus ratiocinatur: *ſi noſtrum cuiuſquam occultum crimen, hoc ipſo die in medium delatum, huic modo conſeſſui innoteſceret; nonne fieret, vt ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quàm tam multos peccati ſui teſtes, habere mallet? Quid igitur tum nobis fiet miſeris, cùm omnia Orbi vniuerſo palàm facta, in tam aperto, támque illuſtri theatro denudata, hominum nobis partim incognitorum, oculis ſubijcientur?*

Turpiùs erubeſcent, qui dedecora ſua ad Numinis tribunal portabunt.

D. Chryſoſt. homil. 5. ad Rom.

V.

Deum immortalem! quis ſenſus erit improbo, quando eum ſcelera ſua, obuijs quibuſque, intus & in cute conſiderandum ſiſtent? quàm acerbum fuerit Chriſtiano, pati impietatis ſuæ cenſores, homines, Judæos, Turcas, Gentiles, Atheos? Vix ferre

Graue erit Chriſtiano olim cenſeri à Iudæis, Turcis, Paganis, Atheis.

possumus sine stomacho, cùm naturæ nobis errores monstrantur in corpore; struma collo adnata, gibbosa dorsi appendix, nasus in promontorium declinans, ac si quæ alia sunt vitia monstrosæ originis, & non nostra. Multò igitur minùs videbitur tolerabile, cùm fatali illo die, ipsius labes animæ, vera & nostra flagitia, atque in illud momentum latentia, intentis singulorum digitis ostendentur.

Hîc erubescimus ob vitia non nostra.

Ibi ob nostra suffundemur rubore.

VI. Memorabilis est stropha, quam Joannes Teutonicus, retundendæ quorundam iactantiæ, magis ingeniosè, quàm religiosè excogitauit. Nam vt narrat Delrius, Joannes Teutonicus quem dixi, tametsi & obscuris natalibus, & illegitimo thoro genitus esset, quia tamen singularis eruditionis titulo inclaruit, Halberstadiensem Canonicatum, solis cæteroquin nobilibus concedi solitum, accepit. Sed (quod familiare nobilitatis malum est) Collegæ eum duplici nomine contempserunt, tanquam ignobilem, & nothum. Itaque volabant passim sarcasmi, & verba aculeata, quibus Joannis aures vulnerabantur; tandem & patientia expugnabatur. Cúmque mederi malo, & petulantiæ alienæ statuisset, Collegas illos maleuolos inuitat ad conuiuium, lautissiméque habet.

Delrius lib. Disquisit. Magic. q. 30 sect. 2.

Canonicus nothus & ignobilis, sed litteratus, contemnitur à socijs.

VII. Inter reliquas conuiuialis mensæ festiuitates, inijcit mentionem acroamatis magici,

gici, & quærit num ſuos ſinguli parentes aſpicere cupiant. Atque vbi ſenſit ſingulos ardere ſtudio videndi, elicit malo carmine vmbras deformes, Coqui, Stabularij, Morionis, quorum facies illi in paternis ædibus aliquando ſe conſpexiſſe fatebantur. Suum quoque patrem exhibuit habitu Sacerdotis, pingui aqualiculo. Dimiſſis laruis; Eia inquit, dicite, fide bonâ, eccuius patrem nobiliorem judicatis? Sed illi pertertiti, & pudore ſuffuſi, quando ex infimæ ſortis hominibus ſe prognatos intellexerunt, vitio adulterarum matrum, ſuam quiſque domum reperiêre, nec vltra Joanni vitium ſanguinis exprobrauêre.

Sed cõtemptores Canonicos in ruborem dat, ſiſtendo eorum parentes.

VIII.

Quid vero? nunquid felices iſtos dixerimus, qui concepto rubore ſuper dedecore non ſuo, ſed alieno parentum probro, ſubducere ſe poterant? iactumque in ſe telum pudoris exire? Sed heu! miſeri illi mortales, quos inferorum flammæ vt ſcoriam excoquent, nunquam expurgabunt; ad infelicitatis ſuæ cumulum, ſic patratorum verecundiâ criminum plectentur, vt malum hoc ſubterfugere nunquam poſſint, ſemper audire debeant, acres cenſuras, exprobrationes, ſibilos, quamdiu Orcum & velum ſuæ Conſcientiæ inſpectores habebunt, obſeruatoréſque eius peruerſiſſimæ impietatis,

Damnati ſubducere ſe rubori nunquam poterunt.

quam

quam apud ſingulos tabula cordis deſcriptam proponet, charactere indelebili. Numinis olim ad Hebræam gentem hæc fuerunt verba: *peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum.* Et quidem peccatum illud, ſcelus fuit perfidiæ atque Idololatriæ, quod ita dicitur inſculptũ eſſe fortiter pectoribus reorum, vt nullâ liturâ obduci, nullâ vi eradi poſſit.

Ierem. 17. 1.

Iudæorum perfidia atque idololatria, ſtylo ferreo inſcripta cordibus eorũ.

IX. Sic planè res habet cum Damnatis, in libro Conſcientiæ ſuæ, non atramento circumferunt inſcriptas culpas, eluendas lacrymis, fontanâ, nitro, aut quâuis aliâ tinctura; graphio adamantino inciſas habent, & quaſi æternitati depictas. Quò referas illud Origenis; *nudabitur pectoris mei Conſcientia, & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcriptæ ſunt; atque vniuerſa ſpectantium multitudo, leget in pectore meo ſingulas imagines peccatorum.*

Origenes homil. 12.

Cordis Cõſcientia, apertus in Iudicio liber.

X. Sanè Veneres omnes, omnis gula, vis omnis & fraus, cum injuria innocentium facta; præterea in gratiam amici violatæ DEI leges, Juſtitia, Veritas; denique ſacramentum fidei, & iuſiurandum cacodæmoni factum,

ctum, pro impetrandis breuissimæ vitæ gaudijs, voluptatibus, præstigijs, & admirandis, non imitandis artibus. Hæc aliáque huius generis facinora, erunt peccata illa, scripta stylo ferreo, in vngue adamantino, exarata super latitudinem cordis, inspicienda legendáque ab omnibus, non vno temporis momento interrupto, postquam Christus Iudex ante tribunal suum, laruam improbis detraxerit, libróque Conscientiarum omnium aperuerit.

Libro Conscientiæ omnia inscripta scelera, omnibus ibi patebunt.

XI.

Et profectò pessimus quisque, Vermem etiam malum, sibi infestum ibi sentiet, quando cum cæteris ipse sua inspiciet clancularia probra, ignominiámque. Quem in sensum diuinè omnino S. Bernardus scribit: *nullus de tanta numerositate spectantium molestior oculo suo cuiusque. Non est aspectus siue in cælo, siue in terra, quem tenebrosa Conscientia suffugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ vel seipsas, se vident, quæ aliud non vident. Opera tenebrarum sequuntur illos, nec est quo se abscondant ab illis, ne in tenebris quidem. Hic est Vermis, qui non moritur, memoria præteritorum. Semel iectus, vel potiùs innatus*

D. Bernardus lib. 5. de Consider. ad Eugen. cap. 12.

In Iudicio Dei, sua impium flagitia debere inspicere, quantum tormentũ?

per pec-

per peccatum, hæsit firmiter, nequaquam deinceps auellendus. Nec cessat rodere Conscientiam, eáque pastus, escâ vtique inconsumptibili, perpetuat vitam. Horreo Vermem mordacem, & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis, & vitæ morientis. Itaque durante animâ, durat & memoria. Sed qualis? fœda flagitijs, horrida facinoribus, vanitate tumida, contemptu hispida & neglecta. Quæ priora, transierunt, & non transierunt. transierunt à manu, sed non à mente. Quod factum est, factum esse non potest. Proinde etsi facere in tempore fuit, sed fecisse in sempiternum manet. Non transibit cum tempore, quod tempora transit. In æternum ergo necesse est cruciet, quod perperam te egisse, in æternum memineris. Addo, quod & alij in æternum videbunt, te feciſſe perperam.

Vermis Cõscientiæ, & patratorum scelerum memoria, grauis Damnatorum cruciatus.

XII. Jgitur quæ communiter in hac vita mortalibus horaria est confusio, aut raro producta ad dies aliquot, menses, annos; ibi in sæcula, & milliones sæculorum, ipsámque æternitatem excurret. Nemo damnatorum poterit se ad momentum vnum subtrahere

Memoria & verecundia præteritarum culpa-

rubori,

rubori, ab illo temporis articulo, quo (perditâ iam ſalutis causâ) ipſum ſcelerum ſuorum cæperit pudere, apud ludicis DEI exedram.

rum, apud Damnatos æterna erunt.

XIII. Ab eo articulo infelicitatis ſuæ, quid condemnatus ad ſtygem mortalis, aliud ingeminabit, quam illam Dauidis cantilenam; *Confuſio faciei meæ cooperuit me, à facie exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis, totâ die verecundia contra me eſt:* veriùs ille dicet, totâ æternitate; quia Superis & inferis, continua eſt fabula impius, cachinnante etiam malitiâ ſuper eius interitu. Interim ipſe, quem tota feriet cataſtrophe, & lugendus tragœdiæ exitus conſtringet, inter veriſſimas lacrymas, ſinceróſque gemitus, his prophetæ lamentis inferos, terras, cælum omne implebit.

Pſal. 43. §. 16. & 17.

Pudor rubóréq; perditi apud inferos hominis, ſempiternus.

XIV. *Maledicta dies, in qua natus ſum; dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens, natus eſt tibi puer maſculus, & quaſi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eum; audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridia-*

Ierem. 20. à §. 14. §ſque ad 18.

Damnatorum mortalium, fata ſua lamentantiũ cantilena.

ridiano, quia non me interfecit & vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egressus sum vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in Confusione dies mei? Et profectò istæ tam acerbæ, tam seriæ, siue querelæ, siue lamentationes, ipsissimi Morsus sunt, quos damnatis animabus crudelis carnifex, malus Vermis non vno dente facit.

XV. Nos si hæc vulnera euitare volumus, & malæ bestiæ furores æternos exire, sequamur Magni Basilij consilium, ita salubriter suadentis: *Cogites profundum barathrum, inextricabiles tenebras, ignem carentem splendore. Postremò quod suppliciorum omnium grauissimum est, opprobrium illud, & Confusionem sempiternam. Hæc time, & hoc timore correptus, animam à peccatorum concupiscentia, tanquam fræno quodam cohibe.* Ita tibi sanctè promitto, nulla te ibi Conscientia vret, nullus te ibi nocens Vermis perstringet; eximius eris à malis dentibus, morsibus, stimulis.

Ratio euitandi hunc lessum & tartari carcerem.

CORO-

Lamentabile Spectaculum! Laocoon cum geminis filiis, à geminis Serpentib' miserabiliter extinctus. (Virgil: lib: 2. Aeneid.) Mihi crede, VERMIS MALAE CONSCIENTIAE, quos semel in stygę complex' fuerit, grauiùs cruciabit, nunquam extinguendo.

Digitized by Google

CORONIS.

SIVE,

EPILOGVS

OPERIS,

DE BONO BONAE CONSCIENTIAE.

HACTENVS cum peſſimo Verme, hoc eſt, improbi hominis Conſcientia, nobis fuit negotium, longius illud fortaſſis, atque ipſi nobis promiſeramus in aditu; viſum tamen eſt, è re plurimum fore, ſi huius Carnificis furias, lanienam, dentes, morſus, & fixa vtroque orbe ſupplicia, ante oculos ſceleratorum mortalium poneremus. Fit enim frequenter, vt tum faſtidiamus malum, quando illius magnitudinem plenè perſpicimus. I. Mala euentur cùm agnoſcuntur.

Vtinam igitur quemadmodum vniuerſi, ex his quæ dicta ſunt, cognouimus ingentia damna, velut quendam infelicem prauæ Conſcientiæ partum, ſic eiuſdem fontes, peccata ac ſcelera obſtruamus, viam aperturi beatæ tranquilitati, quam pijs omnibus adfert bona Conſcientia. Et quoniam eius II. Conſcientiæ malæ partus, ingentia damna.

magnum est pretium, multiplex fructus, velut optimæ merci, hederam coronidis loco suspendam, animaturus lectorem, vt bonæ Conscientiæ, hoc est, suæ felicitati studere velit.

Conscientiæ bonæ multiplex felicitas.

III. Philosophi Gentiles facundi, in commendando bono bonæ Conscientiæ.

Quo in genere, ipsos melioris indolis ethnicos habemus anteambulones, quos cò credibiliùs est curam solertem integræ vitæ, conseruandæque innocentiæ gessisse, quia in commendando bonæ Conscientiæ bono, mirè facundi, fusique fuerunt. Christianè omnino Philosophus, tametsi non Christianus, ista nobis suggerit: *Sapiens nunquam sine gaudio est, gaudium hoc non nascitur nisi ex virtutum Conscientia. Non potest gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans.* Et alio loco: *Sola Virtus præstat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modo interuenit, quæ infrà feruntur, nec vnquam diem vincunt.* In eandem sententiam aureis planè verbis ita subscripsit Plutarchus: *honestas & virtus, proprium jubar, magnámque lucem habet in animo, & gaudium domesticum parit, siue videat aliquis, siue lateat omnes, & Deos & homines.*

Seneca Epist. 59.

Idem Epist. 27.

Plutarchus de Cupidis diuitiarũ.

Conspi-

Conſpirat Tullius,& amplius hoc dicit; IV.
ſi optimorum conſiliorum atque factorum, teſtis in omni vita fuerit Conſcientia, ſine vllo motu, ſumma cum honeſtate viuemus. *Cicero pro Cluent.*
Idem alibi iterum ait: *acta ætas honeſtè atque ſplendidè, tantam adfert conſolationem, vt eos, qui ita vixerunt, aut nō tangat ægritudo, aut leuiter pungat animi dolor.* *Cicero lib. 3. Tuſcul. quæſt.*
Itaque etiam Socrates interroganti, quis poſſit viuere omnis perturbationis liber? reſpondit, *qui ſibi nihil conſcius eſt mali.* Et Bias, inter paganos ſui temporis ſapiens, ſiue inter cæcos luſcus, cùm juſſus eſſet dicere, quidnam in vita hac metu careret, *bona*, inquit, *Conſcientia.*

Demonſtrauit luculentè hanc veriſſimā veritatem, toties victor Africanus, cui cùm ad populum dicta dies eſſet (peculatûs enim inſimulabatur, quaſi ex præda Antiochi ærarium defraudâſſet) hac ait *die, Quirites, Carthaginem vici, Deo agendæ ſunt gratiæ.* Mox proſequente omni populo, Capitolium conſcendit, relicto judicio, cum actuſatore & præcone tantùm. Quamuis autem & culpam deprecati, & crimen facilè amoliri potuiſſet, ac etiam tribunitias injurias propulſare, voluntariū tamen exilium ſubire maluit, V. *Chokier theſauri polit. aphoriſ. lib. 1. cap. 6.* Victoris Africani imperterrita conſtantia.

maluit, contentus quòd innocentiâ ſuâ, & Conſcientiæ ſententiâ abſolueretur.

VI. Conſcientia integra probũ hominem metu liberat etiam inter pericula.

Adeò pietas non formidat, formidanda, impijs mala. Tutatur probos inconcuſſa integritas, facítque ſuperiores, ſiue humanæ malitiæ, ſiue aduerſæ fortunæ machinationibus; etiam adſtipulante ſapientiſſimo Salomone, atque enunciante, *iuſtus quaſi Leo confidens, abſque terrore erit.* Videas Leonem à Venatoribus ſeptum, volantibus hinc telis, indè fulgurantibus haſtis, aliunde moloſſis ad nobilem prædam feſtinantibus; nihil tamen turbari animo: ſed explicatis ad faſtum iubis, vultu eodem & pede conſiſtere, atque arbitrari quem ex hoſtili numero primum, quem ſecundum, tertiúmque morti victimam facere velit; & vel caudâ ferire, vel vnguibus ac dentibus lacerare.

Prou. 28.1.

Leonis ſecuritas inter venantium inſidias atque inſultus.

VII. Similis eſt confidentia mortalium ſibi bene conſciorũ.

Sic igitur ex mente ſapientis, *iuſtus quaſi Leo confidens, abſque terrore erit.* Minetur illi exilium hîc ruinam; ibi malenolorum perfidia interitum; alibi tyrannus necem; vbique velut coniuratione factâ inſultet tellus & orcus; eâdem tamen facie iuſtus, hoc eſt, ſemper ſerenâ excipiet inimicos impetus, vno, eodémque ſtabit immobilis veſtigio; quia ne nutare poſſit & deijci, bona Conſcientia fulcit, ac ſecuritatem præſtat.

Con-

VIII. *Conſcientia bona* (profero verba ipſiſſima S. Bernardi) *titulus eſt religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium Angelorum, arca fœderis, theſaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti. Nihil eſt jucundius, nihil tutius, nihil ditius bona Conſcientiâ. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit ſecura. Cùm mundus omni volubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, tranſeat, nunquam marceſcit bona Conſcientia. Subijciatur corpus in pœna, in jeiunijs maceretur, verberibus lanietur, equuleo diſtendatur, gladio trucidetur, crucis ſupplicio affligatur, ſecura erit Conſcientia.*

D Bernardus libro de Interiori domo c. 22.

Securitas bonæ Conſcientiæ, quouis fortunæ articulo.

IX. Quin & herum ſuum hominem, adeò extra metum ponit, vt inter media pericula, fœuiſſimáſque tempeſtatis, ſuauiſſimè faciat obdormiſcere. Jmaginem habémus in Seruatore Chriſto, quem Euangeliſta ait ſuper *cerui*cal cubantem, placido ſomno in nauicula indulſiſſe, ipſo deſperatiſſimo temporis articulo, quo Apoſtoli iam iam ſe fluctibus hauriendos rebantur. Nempe probis mortalibus molle puluinar eſt ſua Conſcientia;

Conſciẽtia bona etiam inter pericula, ſuauẽ homini ſomnum conciliat.

Imago huius Chriſtus.

Matth. 4. 48.

Conſcientia innocés mollis pulluillus.

etiam inter præſentis periculi timores; blandè quieſcit omnis animus, qui ſibi inſontem Conſcientiam poteſt ſubſternere.

X.

In act. Apoſt. c. 12. 6.

Ita S. Petrus olim optatiſſimum ſoporem trahebat, quando iam Jeroſolymæ capite damnatus, in carcerem incluſus, geminâ catenâ vinctus, à militari cuſtodia ſeruabatur. Siccine verò? hoc tempus dormiendi eſt Petre? ſuprema iſta tibi nox eſt, & inſtat cras vltimum manè, & libet adhuc dormire? iam locus ſupplicio deſcriptus eſt, iam ferrum jugulo tuo acuitur; iam ligna transuerſaria in feralem Crucem cómpinguntur, vt tu indè Petre pendeas, heu! contemptibile onus; & nondum formidas? & adhuc ſtertis? neque triſtia mortis ſomnia, ſomnum tibi grauem excutiunt?

Altera imago Petrus Apoſtolus.

XI.

Reus vnâ nocte incaneſcit, metu futuri ſupplicij.

Fuit reus, quem denunciata mentis ſententia, & futura ſequentis diei fata, adeò ſolicitum ac timentem effecerunt, vt nocte illâ, quam habuit poſtremam, toto capillo incanuerit. Sed de Petro ait Lucas: *in ipſa nocte erat Petrus dormiens, vinctus catenis duabus.* Quæſo vnde hæc viro confidentiſſima ſecuritas? vnde iſta omnis curæ ac ſolicitudinis expers tranquillitas, vt inter vigilum manus, inter carceris anguſtias, inter ferreas compedes, ſtans ante mortis confinia

Petrus,

Digitized by Google

Petrus, adhuc tamen placido ſopore mergatur? Credo quia cauſæ bonitas, & proprium inſontis Conſcientiæ teſtimonium, ei pluuillus fuêre, vt nullo lectiſternio molliùs, ſuauiúſque cubaret. Quies ſuauiſſima, quę bonæ Conſcientiæ incumbit.

XII. Quiſquis imperturbatâ, placidâque optat quiete frui, iſtud capiti ſuo ſuppona;

Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ. Horat. lib. 1. Epiſt. 1.

Et ſpondeo; —— *Si fractus illabatur Orbis,* Horat. 3. Od. 3.

Impauidum ferient ruinæ.

Nunquã conſtantior corporis & animi quies eſt, quàm cùm mentis innoxiæ fulcro nititur. Viſúſque eſt huc S. Auguſtinus alludere voluiſſe, quando dixit; *tu qui veram requiem, poſt hanc vitam quæris, etiam hîc eam inter amariſſimas vitæ moleſtias, ſuauem jucundámque guſtabis, ſi Dei præcepta dilexeris. Citò enim ſenties dulciores eſſe juſtitiæ fructus, quam iniquitatis; & veriùs atque iucundius gaudere hominem de bona Conſcientia inter moleſtias, quam de mala inter delicias.* S. Auguſtinus de Catech. Rudibus. Animus ſibi bene cõſcius gaudet inter moleſtias.

XIII. Neque refert pios nonnunquam ſub pondere aduerſitatum ingemiſcere, manuſ-

Infirmitatis humanæ eſt, quando pius inter aduerſa gemit.

que ſupplices cum oculis ad cęlum & Deum extendere. Mortalitatis noſtræ hæc eſt infirmitas, cùm premimur & dolemus, doloris ſenſum prodere, quà ſuſpirijs, quà voce. Jſta autem gratiæ debetur, atque innocentiæ felicitas, non opprimi ſub ſarcina vſque ad impatientis animi vitium; neque cùm vreris, omninò conflagrare, aut in fornace tribulationis indignis modis aduerſus Numinis placita ſententiámque excandeſcere, ſed medias inter flammas ſtare animo infracto, & velut rubo illi ſimilis, quem Moyſes cum admiratione inſolentis prodigij, conſpexit vndique ardere, & tamen nuſquam comburi, nullâ ſui parte cinefieri. Jta DEVS qui rubo incumbens ſpectabilem ſe Moyſi exhibuit, ſupra omnes naturæ leges cauit, ne ab igne violaretur.

Gratiæ diuinæ eſt, nõ ſuccumbere aduerſis.

Exod. 3.2.

XIV. Cùm igitur idem iſte Magnus DEVS, ſæpe totum probi hominis cor occupet, quid adeò mirum ſit, ſi illud inter incendia, non tamen æſtuet? ſi inter malignæ fortunæ difficiles caſus, inter æterna mortalium odia, inter hoſtiles elementorum inſultus, inter perpetuas miſeriarum ſe conſequentium catenas, ſibi tamen conſtet; neque deijciatur ad illas voces, quæ olere ſolent iracundiam, vindictam, impatientiam, puſillanimitatem, deſperationem.

Pius homo ſimilis rubo, quem Moyſes innoxium inter flammas conſpexit.

Jtaque

Jtaque audias non paucos Christianos, quando coniurata quasi omnis infelicitas in caput eorum ruit, nihilominus tamen cum Dauide, ad Deum gratulabundos exclamare, ac dicere: *dedisti lætitiam in corde meo.* Audias eos cum Jobo in fimeto, non tam suspirare, quàm exultare; cum ternario Hebræorum juuenum in furno babylonico, etiam lætos concentus edere, atque in Numinis laudes ingeniosos esse. Nimirum omne hoc pectoris gaudium, quo pij mortales pleni incedunt, etiam medias inter calamitatum tempestates, ex bona Conscientia scaturit. XV. Animus insons inter tristia exultat, exéplo sanctorum. *Psal. 4. 7.* Scaturigo gaudij inter calamitates, innocens Conscientia.

Jta disertè D. Chrysostomus fatetur, cùm ait: *animi tranquillitatem & lætitiam non potentia, non corporis fortitudo, non mensæ sumptuosæ, non vestium ornatus, non aliud quidquam rerum humanarum afferre consueuit, præterquam rectè facta, & Conscientia bona; quam certè qui puram habet, licet pannosus sit, licet cum fame luctetur, tranquillior beatiórque est ijs, qui inter delicias magnoperè degunt.* XVI. *S. Chrysost. homil. 1. in Epist. ad Rom.* Conscientia bona apud miseros, fons est lætitiæ & tranquillitatis.

Cùm verò tandem hoc orbe exeundum erit, non alinnde maius morituro solatium accedet, quàm ex animo sibi benè conscio. XVII.

Iterum hoc ſuper argumento eloquentiſſimum ex Patribus Chryſoſtomũ audi: *nihil,* inquit, *bonâ ſuauius Conſcientiâ. Et ſi vultis hoc diſcere, hinc migraturum interrogemus, & commonefacientes eum lautæ menſæ, quâ quondam oblectabatur, & honoris, & gloriæ, & bonorum operum, quæ vnquam fecit: rogemus in quibus magis exultat? Et in illis quidem videbimus erubeſcentem, in his verò geſtientem. Sic & Ezechias cùm ægrotauit, non gloriæ, non regni, non opiparæ meminit menſæ, ſed iuſtitiæ: ait enim, memento Domine quomodo ambulauerim in conſpectu tuo, in via recta. Non nôſtis in nouiſſima die, quomodo peccata animam conuoluunt? qualiter ab imo cor mouent? tunc igitur cùm iſta fiunt, bonorum operum memoria, tanquam in tempeſtate ſerenitas, animam conſolatur tumultuantem.*

D. Chryſoſt. homil. 37. ad popul. Antioch.

Summum ſolatium morientis, ſana Conſcientia.

XVIII. Et hæc omnia, ſingulis nobis juſtiſſima incitamenta eſſe poſſunt, ad ſtudium integræ vitæ; quiſquis ſine hac alterum mundum ingreſſus fuerit, cælum non intrabit. Nullam ad ſe DEVS admittet animam, niſi immu-

immunem à grauiori noxa, niſi inſontis Conſcientiæ depictam candore. Sola mens caſta, munda, integra, candida, delicias Numini facit, longè maiores ac veriores, atque olim albus Elephas Regibus Indiarum.

Mens pura & munda à ſceleribus, eſt Numini in amoribus.

XIX.

Memorant rarum eſſe animal, atque ex eo capite pretioſum, candidum Elephantem. Hunc qui nactus fuit apud Indos, Dominum ſe ſcripſit albi Elephantis, titulo perquàm honorifico & inuidendo; cuius gratiâ multum humani ſanguinis eſt non ſemel effuſum, certantibus æmulis Regibus pro candida beſtia, donec in cruore ſuo purpurati ſtarent, aut caderent. Et auctor eſt Ferdinandus Mendozius, Societatis noſtræ religioſus, quo tempore Indias percurrit, operæ facturus pretium in animabus Deo lucrandis, regni Sornao Regem ſuperbiuiſſe in Elephante albo. Quem vt obtineret Rex Brama, trecenta millia armatorum in aciem eduxit, ratus tum impenſas belli optimè collocatas fore, ſi dignitatis gloriæque ſuæ, huculentum auctarium adieciſſet, niueam beluam. Nihil tamen promouit, ſed re infectâ, & imminutâ tertiâ parte exercitûs ſui, vndè venerat redire coactus eſt.

Elephantis candidi pretium apud Indos.

Ferdinandus Mendozius in Epiſtola 21. ſcripta anno à Chriſto nato M.D.LIV.

Materia ingentis belli ſumptuúmque Elephas candidus.

XX.

Fecit ea res, vt Elephas tot ſumptuum materia, & tam cruentæ cladis occaſio, altero tanto Regi ſuo fieret charior; ipſa beſtia in hu-

Elephantis albi in publicũ procedentis, ſolennis pompa.

in humano ſanguine, ſui pretium excandefecit. Itaque nunquam in publicum producebatur, ſine inſigni pompa, & ampliſſimo comitatu, qualem ſupra dictus Mendozius deſcribit, ſe aliquando conſpexiſſe, quando regium animal ad fluuium, & balneas ibat.

XXI. Anteambulones proceres in equis, & plebeis Elephantis.

Præcedebant magnâ coronâ proceres, partim equis centum ſexaginta vecti, partim Elephantis octoginta tribus; qui quòd plebei eſſent, atque ex communi ſorte, velut obſequij causâ, ſiue ante Regem ſuum, ſiue Regis beſtiam ambulabant. Hos conſequebatur candidus Elephas, auro argentóque grauis, obiectis ſupra ipſum viginti quatuor ex filo ſerico vmbellis, aduerſus ſolis radios; ipſe in proboſcide auratam ſphæram, orbis globum, geſtabat. Atque vt ab omni vi, injuriáque tutus eſſet, latera vtrinque cinxerunt tria millia ſatellitum, armis probè inſtructorum. Neque defuit muſicorum inſtrumentorum apparatus; ſingulæ vrbis plateæ fidibus, vocibus, feſto applauſu reſonabant. Denique agmen clauſerunt quadraginta viri principes, totidem elephantis geſtati.

Candidus Elephas, auro grauis, aureum orbis globũ geſtat.

Latera eius ſtipant tria millia ſatellitum.

In comitatu ſunt Choraulæ & Muſici.

Agmẽ claudunt principes quadraginta.

XXII. Quacunque tranſitura erat pompa, muri & parietes pretioſis tapetibus, aulæíſque ſuperbiebant; putares Regis honori ſuſpenſa, ſecuturi in triumphali quadriga. Quoties beſtia

beſtia conſiſtebat, nemini licebat pedem mouere. Cùm verò etiam (honos ſit oculis, auribúſque) vrinam redderet, ea in aurea pelui excepta, ad Magnates totius regni mittebatur, ſolitos illo ſe fonte abluere. Poſtremò vt nulla mortalium felicitas eſt perpetua, etiam Regi ſuo amatus, pretioſúſque Elephas occubuit, communi omnis populi luctu, quem frequentes per integrum mensem lacrymæ, toto regno fuſæ, ſatis ſupérque comprobârunt.

Abſurda & inſolita lauatio.

Elephas albus occumbit, cum luctu totius regni.

XXIII. Illud ſingulare fuit, quod beſtiæ ſuæ iam in buſtum conuerſæ, magnificè Rex parentauerit; adeò, vt in eius exequias impenderit viginti quatuor millia coronatorum. Sed paulò poſt iactura amiſſi Elephantis candidi, reparata eſt, quando alius eiuſdem generis, ſed corpore minor, inter deſerta & ſyluas inuentus, Regique oblatus fuit. Cuius ſi nomen quæras, *Oprecaoſale* dicebatur; quod tantundem ſignificat, atque, *altera Dei perſona*. Superbum nimis nomen, ſupráque mortalis regis conditionem.

Ei Rex ſuus magnificè parentat.

Regis ſuperbum nomen.

XXIV. Ab hac fictitia Numinis perſona, ego ad verum DEVM, Deique Filium, ſecundam in Trinitate perſonam, facio gradum, & aio; illum non tam Elephantis albi, quam candidæ, bonáque Conſcientiæ, illibatæ mentis, pectoris grauiori ſcelere puri, denique inſontis

Homines bonæ Conſciétię, ſunt Deo in deliciis.

ſontis animi amatorem eſſe. Quo referas illa diuinæ Sapientiæ verba, *deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*. Quam ſententiam Hugo Cardinalis ingeniosâ hâc ſimilitudine explicat. *Potius ſunt ei deliciæ in filijs hominum, quam in Angelis, vel in alijs creaturis à ſe conditis; quia de his quæ aucupio ſeu venatione capiuntur fiunt deliciæ; non autem de domeſticis. Angeli verò ad domeſticas res pertinent; homines autem venatione prædicationis, & aucupio Crucis cepit.*

Prou. 30. 31.

Cur mortales potius ſint Deo in delicijs, quã boni angeli?

XXV. Jtaque volupe eſt immortali DEO, mortalibus nobis adeſſe, vtpotè à ſe tantâ molitione redemptis. Neque tamen æqualiter omnes ipſi delicias facimus; nam qui in luto ſcelerum enormium, in ſordibus turpiſſimorum flagitiorum fœdè inquinati iacent, qui naturæ iura, humanas diuináſque leges euertunt, & magiſtrâ vitæ licentiâ, pari paſſu gradiuntur ad fas & nefas, lucelli vnius gratiâ, aut breui morituræ voluptatis, etiam grauem nauſeam Deo creant. Soli illum ſuauiter deliniunt, quos morum Chriſtianorũ integritas, ſtudium Virtutis, fuga vitiorum, ſuî victoria facit commendabiles. Denique quibus bona Conſcientia pro lacte, niue, ebore eſt. De talibus veriſſimum fit illud,

Improbi homines nullas Deo faciunt delicias.

Sed ſoli pij, probíque.

deliciæ

deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Rem verbo accipe; recta, proba, pia, casta, munda, candida, bona Conscientia, Deum ad se trahit, & Cælum.

Mens munda cælos, Deúmq; ad se trahit.

XXVI. Quis non igitur æstimet pro dignitate bonum bonæ Conscientiæ? quis non exclamet cum Sapiente, *præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius? nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua; & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.*

Sapient. 7. v. 8. 9. 11.

Pretium inæstimabile Conscientiæ insontis.

XXVII. I modò, benevole Lector; mentem tuam & Conscientiam, vt debes, excole; atque à culpis, præsertim mortiferis, eximiam sincerámque seruato; dabit illa amplissimum laboris præmium, Numinis amores, Numinis fauores, gratias, diuitias, gloriam, beatitudinem. Ita mihi; ita tibi precor,

fiat, fiat.

Præmium bonæ Conscientiæ.

Psal. 40. 14.

Ad maiorem Dei, Deiparæ, S. Ignatij, Diuorúmque omnium gloriam.

INDEX

niti arundineis, & fragilibus huius vitæ bonis, robore corporis, formâ, opibus, nobilitate, societate, amicitiâ. Lib. 4. cap. 2. toto. §. 6.

C.

Conſcientia.

De malo malæ Conſcientiæ, ſiue de tyrannide & carnificina Vermis cõſcientiæ, quâ plectitur ſceleratus homo. Lib. 1. cap. 1. toto. §. 1. 2. 3. & 4. Tractatur etiam de hoc argumento fusè. Lib. 3. cap. 2. totis quinque §. §.

De bono bonæ Conſcientiæ, ſiue multiplici fructu, quo pij gaudent, agitur in Coronide, ſeu Epilogo operis.

Contritio.

In quo conſiſtat vera contritio, quæ etiã illius ſint neceſſariæ appendices, oſtenditur. Lib. 1. cap. 2. toto. §. 1. 2. & 3.

Cultus corporis.

Infantile ſtudium eſt, pupas ornare. Hoc agunt, qui nimio cultu corpus ſuum, atque intemperanter ornant. Lib. 4. cap. 2. toto. §. 2.

D.

Dæmon.

De vaniſſimis Sathanæ promiſſionibus, quibus mortales ad obſequium ſuũ tractos, turpiter dementat. Lib. 4. cap. 1. toto §. 2.

Damnati.

Damnati ex probabili ſententia, veros patientur apud inferos Vermes, quos ipſi ſibi ſceleribus ſuis pepererunt. Lib. 3. c. 1. toto §. 3. & 4.

Deus.

De Deo iuſto impiorum vindice, quos etiam (præſertim ob faſtum) exiguis non raro beſtiolis caſtigauit. Lib. 3. cap. 1. toto §. 1. & 2.

E.

Exemplum.

Exempla Diuorum, Diuarúmque imitanda. Lib. 4. cap. toto §. 3.

F.

Fiducia.

Inanis eorum omnium eſt fiducia, qui cùm peßimè viuant, ſecuritatem tamen ſalutis ſuæ ſibi ſecuriſſimè ſpondent. Lib. 4. cap. 2. toto §. 5.

H.

Honor.

Honoris aucupium, demonſtratur ſimile eſſe venatui papilionum, quem pueri exercent. Lib. 4. cap. 2. toto §. 7.

I.

Infantia.

Infantes crepitaculis oppidò gaudent. ita maturi quoque mortales, tam infantes ſiunt, quando famæ, nomini, præconijs, laudibus comparandis ſtudent. Lib. 4. cap. 2. toto §. 3. Illi vero, qui cum luxu ſpendidas domos ædificant, ſimiles ſunt pueris, machinantibus ex luto & arena perituras fabricas. Lib. 4. cap. 2. toto §. 4.

L.

Lacrymæ.

De bono, pretio, atque vtilitate lacrymarum, ex vera ſuper peccatis pœnitentia fluentium. Lib. 1. cap. 1, toto §. 5. 6. 7. 8. vſque ad finem.

Liber Conſcientiæ.

De libris Conſcientiarum aperiendis ad tribunal Iudicis Dei, & Suffuſione, atque

pudore impiorum in ea re. Lib. 4. cap. 3. toto §. 8. & 9.

M.

Mundi Vanitas.

De huius mundi, hoc est bonorum temporalium vanitate, opum, dignitatum, voluptatum. Lib. 4. cap. 1. toto §. 2.

O.

Occasio. Vide Tempus.

Oratio.

De ratione orandi atque precandi, seruanda cuiuis fideli, qui inter Ecclesiasticos, aut Religiosos non accensentur. Lib. 4. c. 3. toto §. 2.

P.

Peccati effectus, ac pœna multiplex.

Spinas Conscientiæ patitur improbus post culpam. Lib. 3. cap. 2. toto §. 1. Eiusdem cor miserè laniatur & laceratur post patratum scelus. Lib. 3. cap. 2. toto §. 2. De flagris & flagellis quibus impij castigantur. Lib. 3. cap. 2. toto §. 3. De terroribus spectrorum, tristiúmque umbrarum, vindi-

vindicantium sceleratos & scelera. Lib. 3. cap. 2. toto §. 4. De continuo metu ac timore, quo concutiuntur mortales post flagitia commissa. Lib. 3. cap. 2. toto §. 5.

Perseuerantia.

De modo ac medijs impetrandæ à Deo perseuerantiæ. Lib. 2. cap. 2. totis §. 4. & 5. in gratiam eorum qui semper formidant, súntque plùs æquo de salute sua soliciti.

Prædestinatio.

Quodnam sit probabile signum prædestinationis, seu, indicium consequendæ olim beatitudinis; iterum pro erigendis in hac materia perplexis, diffidentibus, aut desperantibus. Lib. 2. cap. 2. toto §. 3. De prædestinatione fidelium, sub conditione meritorum, bonorúmque operum, aduersus ignauos Christianos. Lib. 2. cap. 2. totis §. 1. & 2.

S.

Sacramentum.

De Sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ, legitimè ac frequenter suscipiendis. Lib. 4. cap. 3. totis §. 4. & 5.

T.

Tempus.

De irreparabili eorum jactura, qui in hac vita tempus Gratiæ negligunt, & occasionem salutis consequendæ. Lib. 4. cap. 1. toto §. 3.

V.

Verbum Dei.

Verbum Dei diligenter audiendum, neq; temerè negligendum esse. Lib. 4. c. 3. toto §. 2.

Vocatio Dei.

Vocationem diuinam, bonósque S. Spiritûs impulsus, nequaquam mortalibus esse prætereundos; item de modo ac ratione vocantis Dei, & trahentis ad se hominem. Lib. 4. cap. 3. totis §. 6. & 7.

Voluptas.

De vanis, falsis, malis huius vitæ voluptatibus, atque illecebris. Lib. 2. cap. 1. toto §. 1. 2. & 3. De permutatione gaudij & luctûs, felicitatis ac miseriæ apud probos improbósque in altera vita. Lib. 2. cap. 1. toto §. 4.

INDEX

RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, Ordine alphabetico digestus, in quo prior numerus paginam, alter numerum marginalem indicat.

A.

ADVLATIO magnum aulis malum. 229. 9.
Æternitatis consideratio vtilis Christiano. 167. 9.
Æternitas pœnarum apud inferos exaggerata. 378. 2. & 386. 16.
Æternitati numerandæ calculus petitus à muscis, à pigritiâ animali pigro, tardóque, à cochleâ. 388. 2. & seqq.
Æternorũ Suppliciorũ acerbitas. 394. 10. & 305. 12.
Æternitatis consideratio S. Theresæ initium fuit sanctitatis. 397. 1.
Æternitas Dauidi argumentum nocturnæ fuit meditationis. 401. 10.
Ædificiorum vanitas exaggerata. 431. 1.
Ambitio quantum malum. 461. 12.
Amicitiæ humanæ imbecillis arundo. 450. 9.
Annua Comploratio Iudæorum ad rudera Templi Salomonæi. 68. 2.
Anima infanti comparata. 294. 16.
Angeli Confessarij, Concionatores, nuncij sunt Dei. 299. 23.
Attritionis qualia sint motiua. 64. 6.
Auaritiæ sordes per sordida animalia significatæ. 248. 10.

B.

Bessus hirundines enecat de parricidio suo ratus eas

confabulari. 27. 10.
Beliſarij præclara facinora victoriæque. 457. 6.
Blaſphemus aleator Numinis aſſertores prouocat ad duellum. 218. 4.
Bulla plenariæ Indulgentiæ ſunt lachrymæ. 41. 13.
Bullam plenariæ Indulgentiæ impetrat Raymundus à Chriſto. 42. 11.

C.

Captiui ergaſtulo clauſi formidoloſi. 26. 7.
Caſtitatis victoria in fuga conſiſtit. 111. 2.
Caluini fœda, & miſera mors. 232. 12.
Calumniatores anſeribus ſimiles. 340. 3.
Cæſarum quorundam breue Jmperium. 416. 4.
Cani Æſopico ſimiles multi mortales 146. 1.
Candelabrum Zachariæ ſeptem Sacramentorũ ſymbolum. 505. 4.
Chriſtus infans fleuit, & Vir. 58. 2.
Chriſtus in Cœlis quæ hominum flagitia defleat. 62. 7. &c.
Chriſto debemus collacrymari ſuper flagitijs noſtris. 65. 12.
Chriſtus iubet homines flere & deflere ſua peccata, cauſas pœnarum. 67. 1.
Chriſti Vaticinium de excidio Jeroſolymæ. 68. 2.
Chriſti amor erga animam culpis fœdam. 293. 14.
Chriſtus ſponſam ſuam, animam nempe, quomodo exornauerit. 294. 15.
Chriſtus pro anima ſeruit tanquam pro ſponſa. 296. 19.
Chriſtus tam amans, & amabilis quo affectu ſit à nobis redamandus. 297. 20.
Chriſtus Judex fulmen in manu, imò ore gerit. 332. 8.
Chriſti deſertorum pœna, vultur conſcientiæ. 299. 24.
Chriſtus leoni comparatus. 256. 4.
Chriſti Seruatoris beneficia ſunt mellis loco. 257. 6.

Chri-

Christus parcit reo supplici. 258. 8.
Christi è cruce pendentis imago obstruit aures ad preces pro extincto rustico factas. 490. 21.
Christi Imitatores perfectissimi, sunt Martyres. 495. 5.
Christus improbum inuitat ad Cœlestium deliciarum fontem degustandum. 534. 12.
Christum imitandi facilis ratio. 496. 6.
Circulus rerum humanarum semper rotatus. 149. 6.
Cleopatræ vnio in cœnâ absumtus. 52. 11.
Conscientia actus intellectûs. 3. 4.
Eius diuisio. ibidem.
Eius remorsus cur vermis dicatur. 4. 1.
Conscientiæ malæ omnes culpæ se sistunt præter expectationem. 6. 4.
Conscientia mala omnem lætitiam corrumpit. 12. 13.
Conscius malè, suspicatur contra se alios loqui. 27. 9.
Conscientia mala flagellum impiorum. 301. 2. & 302. 2.
Conscientia mala ericio similis. 272. 1.
Conscientiæ malæ tristitia, & angor, tineæ, & vermiculo non absimilis. 271. 2.
Conscientiæ tranquillandæ ratio. 120. 7.
Conscientia mala spinam figit Dauidi. 273. 3.
Quam grauis hic aculeus. 278. 10. & 27. 12.
Nunquam damnatis euellendus. 281. 14.
Conscientiæ malæ spectra. 315. 3. & 326. 23.
Conscientiæ malæ fulmina. 329. 2. & 337. 16.
Conscientia accusatrix impiorum. 340. 4.
Judex & Carnifex in hoc orbe & altero. 406. 4.
Conscientiarum libi aperti. 536. 1.
Concionum sacrarum fructus. 482. 7.
Continentiæ pulcherrima exhortatio. 501. 14.
Confessionis & Eucharistiæ præceptum. 509. 9.
Constantia pij expugnata vitio humanæ infirmitatis. 381. 6.
Contritionis perfectæ descriptio. 80. 1. &c.

Conuerſionis ordo. 531. 8.
Impedimenta. 533. 13.
Corporis cultus ſuperfluus quàm vanus, & noxius. 413. 1. &c.
Corporis robur infirma arundo. 446. 3.
Corporis elegantia, fragilis arundo. 448. 4.

D.

Dæmonem lictorem ad latus habet impius. 55. 15.
Dæmon vrſo comparatus. 359. 9.
Dæmonis vanæ pollicitationes. 355. 1. &c.
Damoclis fictitij Regis miſerabiles epulæ. 150. 1.
Damnati damnant inſanias ſuas, & petulantias. 145. 16.
Damnati circulatoribus comparati. 238. 9.
Damnatæ matris ob mutilam confeſſionem oratio ad filiam ſuperſtitem. 515. 3.
Damnati ſe accuſant ob neglectum, & ob ſacrilegum vſum Sacramentorum. 516. 6.
Dauid ſanctorum, culpas deplorantium, exemplum. 45. 1.
Dauid Viuum Pietatis ſimulachrum, norma Regum, Principúmque. 209. 1.
Dauid Rex poſt adulterium pluribus malis obijcitur. 227. 2.
Dauidi mala Conſcientia ſpinam fixit. 237. 3.
Deo debitam Gloriam mortales ad ſe rapiunt. 288. 5.
Deus omnibus alijs conceſſis, ſolam ſibi gloriã ſuam vult eſſe integram. 289. 7.
Dei ludus cum hoc Mundo, Mundíque imperio. 408. 1.
Deo Gloriam ſuffurantes lancinantur ab aquila. 292. 11.
Deo dorſum, faciem ſoli obuertunt peccatores. 543. 14.
Deum repudiantes in delicijs tormentum habent. 128. 7.

Deum

Deum fontem omnis boni deseruisse, caput est accusationis aduersùs impium. 129. 9.
Dies homini dictus inter hilaria abrumpit gaudia. 12. 14.
Dies & nox albo atróque musculo comparata. 133. 16.
Dilemma impiorum. 171. 1.
Dilemmatis huius solutio. 174. 8.
Duellum inter hominem, & draconem. 31. 3.

E.

Equus, & molossi aduersùs draconem docti pugnare. 73. 2.
Erubescentia damnatorum. ob virtutem relictam. 430. 15.
Ob neglectum Cœlum, & animum ad fabricas conuersum. 437. 11. & 443. 8.
Ob socordiam, & neglectum Diuorum exemplorum. 501. 15.
Ob Cœlum per ignauiam amissum. 468. 7.
Quòd infirmis arundinibus in hoc orbe nixi sunt. 453. 13.
Quòd cum infantibus papiliones venati sunt. 462. 12.
Erubescentia commissi sceleris hominem miserrimè vexat. 212. 6.
Ad extrema consilia impellit. 213. 7.
Erubescendi justissima causa cùm ab honesto recedituc. 465. 2.
Erubescunt parentes cùm vident verecundiam suis liberis perijsse. 467. 6.
Exempli vis in animos humanos. 493. 3.
Exilium à Sacerdote iniunctum pœnitenti ob neglectum charitatis opus. 31. 3.

F.

Fama ex grauibus sceleribus quæsita, 404. 1. & 429. 13.

Famæ apud mortales æternandæ ſtultus labor. 423.4.
Fames, & ſitis damnatorum. 385.15.
Faſtus Deo, & hominibus inuiſum malum. 216.1.
Faſtus mortalium punitur à Deo putidis vermibus. 228 & 129.7.
Faſtus Ottocari Bohemorum Regis. 538.4.
Fel & mel in hoc alteróque orbe ſe mutuò conſequuntur. 153.12.
Feræ manſuefieri poſſunt, vix mala fæmina. 291.
Fidelium in Eccleſia Chriſti felicitas. 236.6.
Flagellum Conſcientiæ. 308.15 & 313.24
Flagellum Dæmonis in damnatos. 307.14.
Fletus Damnatorum. 384.13.
Fœneratoris cibi in ranas, & ſerpentes abeunt. 248 9.
Fulmen Damnatis eſt Iudicis ſententia. 330.4.
Fulmine caſtigata Salomonei ambitio. 331.7.
Fulminibus obiectus damnatus. 336.16.
Funiculus triplex, quo trahi debemus ad Deum. 202. 13.
Fur veniam commiſſi furti precatur à S. Medardo, & accipit. 10.9.

G.

Gallus eques peſtiferi draconis ingenioſus Victor. 372.
S. Gertrudis poſtquam diu geſtauit habitum, denique etiam animum Religioſum induit. 526.1.
Eius Conuerſionem præcedit mentis turbatio. 527.2.
Eam trepidantem Chriſtus ſolatur. 528.3.
Gertrudem inter & Chriſtum ſepes obiecta. 529.5.
Eius in Chriſtum amor, & gratiarum Actio. 530 7.
Gentium Dij beſtiæ variæ. 541.11.
Gladius Vindicis Dei pendet ſuper Sathanæ conuiuas. 155.16.
Gladius iniquitatum vltor, ſtimulat Thomam Morum ad conſtantiam. 165.5.

Gratitudo leonis erga Geraſimum medicum ſuum. 280. 13.

H.

Herba ſeptem foliorum, ſeptem Sacramentorum ſymbolum. 504. 2.
S. Hieronymus ad tribunal Dei raptus. 310. 18.
Homo ſimilis pomo Sodomitico. 2. 2.
Homini improbo ſuus vermis. ibidem
Hominũ Corpuſcula, vaſa ſunt artificis Dei, continentia animas vice theſauri. 105. 6.
Homines lynces ad præſentia, noctuæ ad futura. 267. 21.
Homo inter Dæmonum flagella exanimatus miſerabili ſpectaculo. 307. 13.
Homo veluti pila in manu Dei. 409 2.
Honores, & dignitates papilionibus ſimiles. 454 2.
Humani fauoris imbecillis arundo. 450 9.

I.

Imago Chriſti flet cum flente, & pœnitente peccatore. 61. 6.
Impij poſt flagitia erubeſcunt oculos ad Cœlum tollere. 6. 5.
Impijs nunquam ſunt feriæ à ſuo verme. 17. 7.
Impio ſuus vermis quarta furiarum. 17. 8.
Impijs in ipsâ ſomni quiete nulla qũies. 18 10.
Impij ſunt verbi diuini oſores. 26. 8. & 118. 3.
Impius nuſquam eſt domi, omnibus eum locis pellit rea conſcientia. 115. 11.
Impunitatis pernicioſa perſuaſio. 305. 9.
Infantes à parentibus ſeducti eorum ſunt in ſtyge tortores. 322 17.
Infantium quotidianæ lacrymæ. 168. 1.
Infantilium lacrymarum medicina ſunt cymbala. 169. 1.
Infantibus collati Senes. 169. 2.
Inſtabilitas rerum humanarum. 445. 1.

Iuuentus inſtabilis arundo. 446. 2.

L.

Lacrymæ Pœnitentium aceti vice ſunt ad improbum vermem ſuffocandum. 40. 4.
Lacrymis deploranda humana miſeria, ſed multò magis peccata. 41. 9.
Lacrymas pœnitentiæ, ſequitur tranquillitas mentis. 42. 10.
Lacrymæ dolentis Magdalenæ quàm Chriſto gratæ. 50. 8.
Lacrymarum quantum bonum. 51. 9.
Vnionibus comparatæ. 53. 11.
Soluunt vincula ſceleratorum. 54. 14.
Rumpunt catenam Sathanæ. 55. 15.
Commendantur reſipiſcentibus. 56. 17.
Quæ earum digna materies. 65. 13.
Rogum à peccatis ſuccenſum extingunt. 70. 5.
Non debent eſſe nimis ſeræ. 71. 7.
Medium ſunt peccatis abluendis, etſi non vnicum. 75. 12.
Abſque contritione extra ſacramentum, nullum mortiferum ſcelus delent. 77. 1.
Lacrymæ pretio emtæ. 69. 3.
Lacrymæ Iudæorum ſine fructu. ibidem
Lacrymas Dauidis Annalibus ſuis Deus inſcripſit. 113. 24.
Lacrymæ Dauidis, & Ionathæ vaſculo eodem ſeruatæ. 65. 11.
Lacrymarum Chriſti materia, Ieroſolyma. 59. 3.
Laus & commendatio crepitacula ſunt adultorum. 422. 2.
Laudis humanæ vanitas. 426. 8.
Laudis veræ fœcunda parens Pietas. 228. 12.
Lazarus, & diues helluo nouercæ fortunæ imago. 151. 9
Legis diuinæ obſeruatio homines exaltat. 241. 15.

Liberorum querimonia aduersus parentes in stygę. 323. 19.
Libidinis vultur in Tytio. 286. 2.
Libri turpes lectoribus quales pœnas concilient. 312. 23.
Ludouici Landgrafij praua ratiocinatio. 117. 14.
Ludouicus Senerus Bauarorum Princeps vnâ nocte canescit. 15. 4.
Lusor Deum rogat vt fortunam aspiret. 217. 2.
Lutherus qualis animarum medicus. 116. 1.
Lutherum dociles discipuli plures sequuntur. 117. 2.

M.

Maria Virgo B. Volconi imponit munus concionandi. 247. 8.
Periclitantem quendam à fulmine liberat. 334. 13.
Maria Magdalena sanctorum, culpas deplorantium, exemplum. 49. 7.
Macarius Alexandrinus ignes cupidinis, stimulis culicum extinguit. 265. 19.
Eius moribundi ad lacrymas adhortatio. 71. 6.
Magisterium in Academia Sathanæ detestabile. 321. 17.
Manes insontium occisorum damnatos torquent. 320. 14.
Medulla stygiorum vermium ferax, quæ, & qualis. 244. 3.
Melle illecebrarum in transitu huius vitæ abstinendum. 140. 10.
Mellis paululum erit apud damnatos, tota voluptatum series. 141. 12.
Mel illecebrarum, & fel pœnarum alternant in hoc atque altero mundo. 148. 3.
Mens bona amplum pio homini hospitium. 211. 3.
Mensa epulæque Luciferi declinandæ. 154. 15.
Mensæ Magnatum quâ cautelâ adeundæ. 153. 13.
Mensæ delicatæ Luciferi, quàm fatales sint conuiuis. 157. 3.

Militum

Militum mores, atque ingenium. 61. 5.
Minimorum magna vis, atque efficacia. 114 1.
Misericordiam Dei prouocandi in Concione patrius alicubi mos, quidque de eo sentiendum.
Moyses splendoris, opum, deliciarum præ Cœlo contemtor. 158 4.
Infans Regiam Pharaonis coronam conculcat. 160. 6.
Adoptatur à filia Pharaonis. 159. 6.
Non vult esse filius filiæ Pharaonis. 160. 8.
Eius pulchra ratiocinatio, & conclusio. 161. 10.
Moysis erga sponsam Æthyopissam Amor. 293. 13.
Mors Monoceroti comparata. 132. 14.
Mores hominum cum infantilibus studijs collati. 412. 1.
Mulierum familiaritas castitati periculosissima. 210. 18.
Muscæ, & cyniphes exercitus in fugam agunt. 226. 2.
Muscas Narcissi lacessere Hispanis prouerbiũ. 226. 3.
Muscæ, vespæ, crabrones scelerum vindices ad Dei imperium aduolant. 2. 17.

N.

Naturæ ordo in omnibus rebus. 3. 1.
Nero parricida matris specie, ac veluti furijs exagitatur. 18. 9.
Nobilitatis omnis principium, aratrum, & ligo. 449. 7.

O.

Obedientiæ neglectæ grauis increpatio. 44. 14.
Oblectatio breuis cum æternis pœnis collata. 144. 17.
Occasiones peccandi duplicis sunt generis. 100. 2.
Occasiones malorum quàm olim cauerint gentiles. 101. 4.
Occasiones malæ vt declinandæ. 103. 7.
Occasionis neglectus materia tormenti in stygę. 365. 18.
Olympij eremitæ cyniphes in hoc orbe. 265. 18.
Opes mortalium inanis arundo. 406. 5.

Oratio

Oratio medium obtinendæ perſeuerantiæ. 192. 5.
Vt ſit efficax requirit conſcientiam puram. 200 10.
In Oratione manus, & cor eleuandum. 199. 8.
Orationis magna vis. 470. 5.
Oratio Deiclypeum homini impetrat aduerſus ſpicula tentationum. 471. 6.
Oratio ſine pietatis ſenſu, grunnitus pecorum 473 9.
Neceſſarium medium ad ſalutem. 475. 14.
Eius neglectores vt pereant, 475. 15.
Orandi pulchrum exemplum Anna mater Samuelis. 473. 10.

P.

Pauperes oppreſſi damnatos in ſtyge torquent. 321. 16.
Peccatori minimus ſtrepitus eſt ſuſpectus. 22. 14.
Peccati voluptas temulentum hominem facit. 35. 8.
Perſeuerantiæ cura etiam Sanctos exercet. 290. 2.
Perſeuerantiæ obtinendæ medium eſt, conſtans oratio. 192. 5.
Perſeuerantiæ ſignum Orationis donum. 194. 8.
Perſeuerantiam F. Eliæ impetrat S. Franciſcus. 197. 5.
Perſeueraturos ſe confidant qui pro virili ſalutem ſuam curant. 191. 3.
Petrus Apoſtolus exemplum ſanctorum culpas ſuas deplorantium. 47. 3.
Pietas laudis veræ fæcunda parens. 428. 12.
Pharaonis Regis aduerſus Deum inſolentia. 220. 7.
Eius errogantiam Deus debellat muſcis, locuſtis, ranis. 221. 8.
Pharaonis imitatores Reges quinam? 222. 10.
Philiſtæi muſculis plectuntur. 214. 14.
Piacularis flammæ acerbitas in altero mundo. 382. 8.
Pœna multiplex peccantibus ſtatuta. 310. 1.
Pœnitentiæ agendæ ſanum Conſilium à ſano homine. 444. 10.
Pœnitudo ſera damnatorum de excuſsâ Dei vocatione.

ne. 535. 17.
Prædestinationis ad beatitudinem triplex indicium. 183. 3.
Propositi sinceri prototypon. 45. 4.
Propositum serium non peccandi quid sit. 87. 1.
Propositum verum quousque se extendat. 9. 8.
Psittacus sacrarum litaniarum gnarus. 469. 3.
Psittaci condolentia Cæsaris filium liberat. 469. 2.
Pueris comparati mores hominum. 410. 5.
Pusillanimitatis solatium. 188. 12.

Q.

Querimonia Dei aduersus eos qui creaturis inhiant, neglecto creatore. 114. 1.
Querimonia damnatorum. 323. 19.

R.

Radbodo Regi aureum palatium promittit Dæmon si Baptismo abstineat. 560. 10.
Radbodus igneâ circumdatus catenâ post mortem apparet. 361. 12.
Regis Lyceri in ædificando vanitas. 438. 1.

S.

Sacramentorum à Christo instituta sunt salutis remedia. 504. 5.
Sacramentorum vtilitas, & efficacia. 506. 5.
Sacramentorum neglectus causa frequens turpissimæ metamorphosis. 511. 13.
Sacrilega diuinorum Mysteriorum vsurpatio quantum obest. 514. 1.
Sacrum certis diebus præscribit Ecclesia. 472. 8.
Salus aut damnatio nulli in hac vitâ certa. 182. 1.
Salus & damnatio nostra pendet ex hac vitâ, vitaque actionibus. 179. 18.
Salutis signa. 182. 2.
Salomonis palatia, horti pomaria, piscinæ. 345. 5.
Sancti quomodo imitandi. 496. 7.
Satisfactio tolerabilis, poenitenti non recusanda. 292.

Securitas in hoc mundo turris est in aëre structa. 440. 3.
Semen Beatitudinis opera bona, Damnationis mala. 175. 11.
Sermo de Cœlestibus quam vtilis. 95. 14.
Serpens immanis oppugnatus, atque expugnatus ab Attilij Reguli exercitu. 38. 3.
Serpens è Cleomenis medulla natus. 243. 1.
Spes consequitur metum in impij Conuersione. 531. 9.
Spes & metus duo validissimi affectus. 245. 5.
Stupor impiorum circa æterna. 66. 14.
Suspicio præceps, multiplicis mali causa. 14. 2.
Syncheresis quid. 2. 3.

T.

Tellus, & Cœlum conspirant in Cain post Fratricidium. 5. 2.
Temporis neglectus, materia tormenti apud inferos. 365. 2. 371. 12. & seqq.
Tenebræ, inferorum supplicium. 384. 12.
Terram lambit qui terræ opes intemperanter cumulat. 352. 8.
Thais rectè pœnitentium, ac proponentium idea. 93. 11.
Thomæ Mori certamen cum Aloysia vxore. 163. 3.
Timor Communiter præcedit impij conuersionem. 538. 8.

V.

Vanitas occasio peccandi plurimis. 344. 3.
Vanitas magna post omnes Salomonis conatus. 349. 13.
Vanitatem rerum terrenarum sero nimis agnoscunt damnati. 351. 16.
Vanitatibus mundi valedicendum. 363. 16.
Verbum Dei ratio animi resuscitans. 487. 17.
Verbi Dei neglectus, quibusdã causa interitus. 479. 1.
Verbum Dei tubis Ierichuntinis comparatum. 483. 10.

Veris optata, atque amata amœnitas. 12. 23. 5.
Vermis malæ Conſcientiæ componitur æri campano olim ad currus triumphantium appendi ſolito. 12. 11.
Impio eſt apparitor, accuſator, teſtis, Iudex, Carnifex. 128. 14.
Damnatorum æternus Carnifex. 215. 9. & 261. 14.
Quomodo non ſopiendus. 206. 20. & 116. 3.
Declaratur exemplo. 121. 8.
Quomodo perimendus. 35. 9. & 38. 4.
Eius tormenta. 405. 2.
Colubro comparatus. 260. 10.
Per totam vitam quietus in morte furit. 128. 8.
Quomodo B. Mechtildi obiectus. 261. 12.
Vermes ſepulchrales cum verme Conſcientiæ delicioſum iuuenem exagitant. 119. 5.
Vermem malæ Conſcientiæ veluti hoſtem perſequi ab ipſa infantia debemus. 36. 1.
Vermes etiam in altero orbe impios excruciant. 132. 1. & ſeqq.
Veſpa blaſphemum caſtigans. 218. 5.
Vigilantiæ animal anſeres. 338. 1.
Vindicta Numinis tandem comprehendit impium. 236. 3.
Virgo defloratа quantum erubeſcere debeat coram Chriſto, Sanctis, Apoſtolis, Virgine Maria. 7. 6.
Virtutum ſuaue ſtudium. 328. 1.
Vocatio Dei quid? 519. 5.
Vocationis diuinæ ratio. 523. 8.
Vocationem Dei negligentes puniuntur. 525. 14.
Vocatio Dei quam nobile lumen. 524. 11.
Voluptas vera in quo conſiſtat. 257. 5.
Voluptas vana Vmbræ curſui, volatui Comparata. 353. 19.
Voluptatibus inſania coniuncta. 136. 5.

INDEX RERVM.

Voluptates huius vitæ non diuturnæ. 144. 18.
Voluptatum mel quale. 131. 12.
Voluptates illicitæ mel, & venenum trahunt. 130.
10.
Voluptatibus feruientes subita mors occupat. 138. 7.
Vrna Fortunæ à Dæmone proposita. 276. 8.
Vsurarij pœnitentis inauditum facinus. 249. 11.

FINIS.

Potestas

Poteſtas

BIBLIOPOLÆ FACTA,

A R. P.

PROVINCIALI

SOCIETATIS IESV, PER GERMANIAM SVPERIOREM.

CVM Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Decreto, omnibus & ſingulis Typographis, & Bibliopolis ac alijs quamcunque librariam negotiationem exercentibus, ſeriò firmitérque inhibeatur, ne quiſquam vllus libros à noſtris Patribus hactenus editos, vel in poſterum edendos, intra S. R. Imperij, Regnorum, & Dominiorum ſuæ Cæſareæ Maieſtatis hereditariorum, fines, ſimili, vel alio characteris genere, aut formâ, ſiue in toto, ſiue in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos adducere, vendere, & diſtrahere, clam, ſeu palam, citra judicium, ac teſtimonium ſupradictorum Patrum, audeat, vel præſumat: Concedo ego ANTONIVS WELSER, Societatis IESV per Germaniam Superiorem Præpoſitus Prouincialis, (poteſtate mihi ad id factâ ab admodum R. P. N. Generali Mutio Vitelleſco) Cornelio Leyſſerio Electorali Typographo, ac Bibliopolæ Monacenſi, vt Vermem malæ Conſcientiæ, à P. Paulo Zehentner, Societatis noſtræ Theologo, conſcriptum excudere excuſúmq; (nemine ius eius interuertente) diſtrahere liberè poſſit. In quorum fidem hoc ei teſtimonium dari curauimus manu, ſigillóque noſtro conſignatum. Monachij Idibus Iunij. Anno M. DC. XXXIII.

ANTONIVS WELSER.

d by Google

MONACHII,

Sumptibus & formis CORNELII LEYSSERII, Electoralis Typographi & Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XXXIII.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

8-1

Digitized by Google